CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

VOL. LIV.

S. EVSEBII HIERONYMI

OPERA (SECT. I PARS I).

EPISTVLARVM PARS I:

EPISTVLAE I—LXX.

RECENSVIT

ISIDORVS HILBERG

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G.M.B.H.)

MDCCCCX.

SANCTI

EVSEBII HIERONYMI

EPISTVLAE

PARS I:

EPISTVLAE I—LXX.

RECENSVIT

ISIDORVS HILBERG

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G.M.B.H.)

MDCCCCX.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae

LECTORI BENEUOLO EDITOR S. P. D.

Quamquam huius editionis rationem consiliumque toto demum opere ad finem perducto ea, qua par erit, diligentia expositurus sum, tamen iam huic primo uolumini pauca quaedam praemittenda sunt. Et primum quidem eos, qui hac editione utuntur, scire uolo alterum eius uolumen (= uol. LV) continens epistulas LXXI—CXX anno 1911 proditurum esse; tertium autem (= uol. LVI), cui inerunt reliquae epistulae, indices, prolegomena, duobus annis post publici fiet iuris.

In uerbis Hieronymi constituendis coniecturis raro opus erat; quodsi huius editionis textus nihilo minus satis differt a textu uulgato, id inde repetendum est, quod mihi libros manu scriptos perscrutanti et aut primo in usum uocanti aut, ni fallor, rectius aestimanti uberrimi laetissimique fructus prouenerunt. In rebus orthographicis omisso omni aequabilitatis studio optimos codices sequi satius duxi. Inter codices, qui alicuius pretii habendi sunt, ne unus quidem omnes epistulas conplectitur: exstant satis ampla corpora epistularum selectarum, exstant codices, quorum singuli conplures uel paucissimas tantummodo epistulas continent, exstant denique excerpta quaedam ex epistulis Hieronymianis saeculo iam sexto confecta, quorum tamen pretium scribarum licentia ualde minuitur. Neque ea est codicum condicio, ut unus saltem uel alter interpolationibus prorsus careat; immo etiam in uetustissimis libris locos deprehendimus uel interpolatos uel grauiter corruptos. Adde quod satis saepe eiusdem codicis singulae partes non eiusdem sunt pretii. Sigla, quibus singulos codices notaui, satis multa, sed ita conparata sunt, ut per totius editionis ambitum singuli libri manu scripti eadem semper nota significentur. Lectiones superiorum editionum siglo ς conprehendere

uolui. Asterisco notantur ii loci biblici, qui cum editione scripturae sacrae, quae dicitur Uulgata, non concordant. In apparatu critico significant a. c.: 'ante correctionem', p. c.: 'post correctionem', a. r.: 'ante rasuram', p. r.: 'post rasuram'.

Integram lectionum farraginem a me enotatam ut nimis prolixam salubribus lituris macrescere iussit Augustus Engelbrecht, cuius prudenti iudicio debetur, quod hoc uolumen non in maiorem etiam ambitum creuit. Idem uir doctissimus paragraphorum numeris in margine adscriptis lectorum commodo consuluit, locorum e sacra scriptura petitorum collectionem meam auxit et emendauit, in corrigendis plagulis inpigre strenueque me adiuuit, quin etiam, ubi de difficilioribus locis aliter iudicauit quam ego, quo est animi candore, opinionem suam non dissimulauit, haud ita raro rectius se iudicare mihi persuasit. Ceteris uiris de hac editione bene meritis suo tempore publice gratias agam.

Cernouiciis, mense Februario anni MCMX.

Isidorus Hilberg.

S. EVSEBII HIERONYMI

EPISTVLAE I—LXX.

I.

AD INNOCENTIUM PRESBYTERUM DE SEPTIES PERCUSSA.

1. Saepe a me, Innocenti carissime, postulasti, ut de eius miraculo rei, quae in nostram aetatem inciderat, non tacerem. cumque ego id uerecunde et uere, ut nunc experior, negarem meque adsequi posse diffiderem, siue quia omnis humanus sermo inferior esset laude caelesti, siue quia otium quasi quaedam ingenii robigo paruulam licet facultatem pristini siccasset eloquii, tu e contrario adserebas in dei rebus non possibilitatem inspici debere, sed animum, neque eum posse uerba deficere, qui credidisset in uerbo.

2. Quid igitur faciam? quod inplere non possum, negare non audeo. super onerariam nauem rudis uector inponor et

12 cf. Ioh. 1, 1

Ad hanc epistulam recensendam codices adhibiti sunt hi:

K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
L = *Coloniensis 35 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
s = *Casinensis 91 s. X—XI.*
Q = *Duacensis 247 s. XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad innocentium presbiterum de septies percussa *LΣ*, *om.* presbiterum *cet.*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in DsQB* 4 rei mir. *ΣDs* 5 in *om.* *ς* nostra aetate *codd. praeter KB* acciderat *ΣsQ,Ba.c.m2* accederat *D* 6 ergo *Ba.c.* et uere et (et *pr. eras.*, et *alt. exp.*) *B* 7 sermo hum. *ς* 8 esset *KQ* est (*in ras. m2 B*) *cet.* 9 rubigo *codd. praeter K* pristina *Ba.c.m2* 10 diuinis *Ds* 11 deberi *K* animam *LΣ* eum (ei *Qp.c.*) posse *KQ* posse eum (ei *Bp.c.m2*) *cet.* 12 uerba] uerbo *ΣDs* uerbum *ς* 14 honorariam *D* nauim *Q*

homo. qui necdum scalmum in lacu rexi, Euxini maris credor fragori. nunc mihi euanescentibus terris c a e l u m u n d i q u e e t u n d i q u e p o n t u s. nunc unda tenebris inhorrescens et
2 caeca nocte nimborum spumei fluctus cànescunt. hortaris, ut tumida malo uela suspendam, rudentes explicem, clauum regam. pareo iam iubenti et, quia caritas omnia potest, spiritu sancto cursum prosequente confidam habiturus in utraque parte solacium: si me ad optatos portus aestus adpulerit, gubernator putabor; si inter asperos orationis anfractus inpolitus sermo substiterit, facultatem forsitan quaeras, uoluntatem certe flagitare non poteris.

3. Igitur Vercellae Ligurum ciuitas haud procul a radicibus Alpium sita, olim potens, nunc raro habitatore semiruta. hanc cum ex more consularis inuiseret, oblatam sibi quandam mulierculam una cum adultero — nam id crimen maritus inpe-
2 gerat — poenali carceris horrore circumdedit. neque multo post, cum liuidas carnes ungula cruenta pulsaret et sulcatis lateribus dolor quaereret ueritatem, infelicissimus iuuenis uolens conpendio mortis longos uitare cruciatus, dum in suum mentitur sanguinem, accusauit alienum solusque omnium miser merito uisus est percuti, quia non reliquit innoxiae, unde

2 Verg. Aen. III 193 3 cf. Verg. Aen. III 195. V 11

1 sclamum *LΣD* scarabum *Q* clauum *s* lacum *LΣ,D* (m *exp.*) euxeini *Q* euxenii *K* euxinii *B* 2 fragori *K* (ra *ex* ar), *LQ* fragoribus *cet.* unda] inde (i *ex* u) *Q* inhorrescentes *Q* inhorrescit *ς* 6 sancto spir. *LΣDs* 7 habitaturus *L* 8 me non (non *eras.*) *B* ad *om. Ds* optatus *L,Σa.c.,D* optati *s* apullerit *L,Σ* (im *ex* a), inpulerit *Ds* 9 putabor] portabor *Ba.c.m2*, *add.* infirmior *Ds,Ks.l.*,*add.* infirmor *Q,Σs.l.* 10 subsisterit *Ds* subsistit erit *L,Σa.c.* certe] *s. l. Σ, om. L* 12 uercellem *L,Σ* (*in mg.* al uercellenorum), uercellenorum *s*, (uerg-) *D* uercellus (us *in ras. m2*) *B* liguturum *Q, om. Ds* haut *KD* aut *La.c.m2,B* a] *s. l. Σ, om. L* 13 alpicum *Q* raro] *add.* est *ς* arbitratore (*alt.* r *eras.*) *B* 14 ex *om. Q* 15 id] hoc *ς* inpigerat *K,Ba.c.m2* 17 post cum] postquam *B* libidas *LΣD,sa.c.* 19 conpedio *Ka.c.m2.L* cruc. uit. *ς* cruciatos *L,Σa.c.* 20 sang. ment. *Σ* 21 uisus] iussus *Bp.c.m2*

posset negare. at uero mulier sexu fortior suo, cum eculeus 3 corpus extenderet et sordidas paedore carceris manus post tergum uincula cohiberent, oculis, quos tantum tortor alligare non poterat, suspexit ad caelum et uolutis per ora lacrimis: 'tu,' inquit, 'testis, domine Iesu, cui occultum nihil est, qui es scrutator renis et cordis, non ideo me negare uelle, ne peream, sed ideo mentiri nolle, ne peccem. at tu, miserrime homo, si 4 interire festinas, cur duos interimis innocentes? equidem et ipsa cupio mori, cupio inuisum hoc corpus exuere, sed non quasi adultera. praesto iugulum, micantem intrepida excipio mucronem, innocentiam tantum mecum feram. non moritur, quisquis uicturus occiditur.'

4. Igitur consularis pastis cruore luminibus ut fera, quae gustatum semel sanguinem semper sitit, duplicari tormenta iubet et saeuum dentibus frendens similem carnifici minitatus est poenam, nisi confiteretur sexus infirmior, quod non potuerat robur uirile reticere.

5. 'Succurre, domine Iesu: ad unum hominem tuum quam plura sunt inuenta supplicia!' crines ligantur ad stipitem et toto corpore ad eculeum fortius alligato uicinus pedibus ignis

6 cf. Ps. 7, 10 etc. 9 cf. Verg. Aen. IX 496

1 possit *KL,Σa.c.* sexu fortior suo *L* sexu (*s. l.* infirmior uirtute *m2*) fortior suū *Σ* sexu infirmior (infirtior *K*) uirtute fortior *KDsQ,B* (*in ras. m2*) cum ec. *in ras. m2 B* 2 corpus] *add.* eius *Ds,B s.l.m2* paedore (f *ex* p *m2*) *K* pedore *LΣ,B* (p, d, o *in ras. m2*) faetore *Q* fetore *Ds* pos *LΣDsB* 3 uincla *Ds* oculos *K* 4 et nolutis *K*, (*pr.* t *add. m2*) *B* et euolutis *ΣDs* et uolutatis *Q* et uocatis *L* 5 testis *K* testis es *cet.* 6 cordis et renum *B* renum et cordis *ς* non] ne *LΣD* me *om. K* 7 nolē *L* at] ad *Ka.c.* aut *Ba.c.* 9 inuisum *Ki.t.* inuisu *L* infirmum *ΣDs,B* (firmum *in ras. m2*),*Ks.l.m2* infirmum inuisum *Q* exibere *Ba.c.* sed] et *B* 10 praestolor *Bp.c.*, *s* iugulo *Q* 11 tantum] *om. Q* tamen *ς* 12 quisquis] *add.* sic *ς* 13 sparsis *Q* lum. cr. *LΣDs* 14 gustato—sanguine *B* 15 et seuus *Ds* in se autem *Σ* carnificis *L,Σ*(s *eras.*),*QB* minitatus *ς* minatus *Ds* imitatus *cet.* 16 praedam *KQ* confitetur *KD* quod *om. K* poterat *B* 17 robor (*pr.* o *ex* u) *Σ* 18 unum *s.l.m2Σ* 20 alligato (al *eras.*) *Σ* uicinis *Σ*

adponitur, utrumque latus carnifex fodit nec papillis dantur
indutiae: inmota mulier manet et a dolore corporis spiritu
separato, dum conscientiae bono fruitur, uetuit circa se saeuire
2 tormenta. iudex crudelis quasi superatus adtollitur, illa dominum deprecatur; soluuntur membra conpagibus, illa oculos
ad caelum tendit; de communi scelere alius confitetur, illa pro
confitente negat et periclitans ipsa alium uindicat periclitantem.

6. Una interim uox: 'caede, ure, lacera; non feci. si dictis
tollitur fides, ueniet dies, quae hoc crimen diligenter excutiat;
2 habebo iudicem meum.' iam lassus tortor suspirabat in gemitum
nec erat nouo uulneri locus, iam uicta saeuitia corpus, quod
laniarat, horrebat: extemplo ira excitus consularis: 'quid miramini,' inquit, 'circumstantes, si torqueri mauult mulier, quam
perire? adulterium certe sine duobus committi non potest et
esse credibilius reor noxiam ream negare de scelere, quam
innocentem iuuenem confiteri.'

7. Pari igitur prolata in utrumque sententia damnatos carnifex trahit. totus ad spectaculum populus effunditur et, prorsus
quasi migrare ciuitas putaretur, stipatis proruens portis turba
densatur. et quidem miserrimi iuuenis ad primum statim
ictum amputatur gladio caput truncumque in suo sanguine

1 capillis *Σ* 3 superato *ς* 4 deum *ς* 5 conpaginibus *D,KΣp.c. m2* 6 tenet *LΣB* de *L* quasi (*s.l.m2KΣ*) de *KΣDsQ* hic (*exp.*) de *B* 8 unam *K* uox] *add.* est *KQB,Σ* (*s. l. m2*) caede ure] *add.* torque *post* caede *m2 Σ* caede torque *KQ* ceduntur *Ds* latera *KDsQ* 9 tolluntur *D* qui *K* discutiat *Ds,Σm2* excutiet *QB* 10 habebo *KQ* habeo *cet.* mecum *Σ* laxus *Ds* superabatur *B* (*corr.*) 11 nouis (i *ex* u *m2*) uulneribus *B* quo *L* 12 dilaniarat *L* delaniarat *Σ* laniabat *Q* tortor horrebat *Q* extimplo *KBp.c.* exemplo *LΣD,Q*(extimplo *m2*) irae *K* excitatus *QB,K*(*ex* citus *m2*) 13 si] *om.Q,s.l.add.* se *m2 KΣ* mul. mau. *ς* muluit *Σ corr.*), malluit *D* maluit *s* magis uult *B* 14 ammitti *s* 17 par *K* damnatus *L,Σa.c.m2* 18 trahet *LΣ* (*corr. m2*), *Ds* ex(s)pectac. *KD,Σ* (ex *s.l.add. m2*) spectac. (s *in ras.m2*) *B* infunditur *Ka.c.m2* et] ut *Ds* 20 et quid.] equid. *s* hequid. *D* heu quid. *LΣ* ad] et *L* 21 amputabat (*tert.* a *ex* i) *D* amputauit *s* gladius *Ds*

uolutatur cadauer. postquam uero ad feminam uentum est et 2
flexis in terram poplitibus super trementem ceruicem micans
eleuatus est gladius et exercitatam carnifex dexteram totis uiribus
concitauit, ad primum corporis tactum stetit mucro letalis et
leuiter perstringens cutem rasurae modicae sanguinem aspersit.
inbellem manum percussor expauit et uictam dexteram gladio
marcescente miratus in secundos impetus torquet. languidus 3
rursum in feminam mucro delabitur et, quasi ferrum ream
timeret adtingere, circa ceruicem torpet innoxium. itaque furens
et anhelus lictor paludamento in ceruicem retorto, dum totas
expedit uires, fibulam, quae chlamydis mordebat oras, in hu-
mum excussit ignarusque rei ensem librat in uulnus et 'en
tibi', ait mulier, 'ex umero aurum ruit. collige multo quae-
situm labore, ne pereat.'

8. Rogo, quae est ista securitas? inpendentem non timet
mortem, laetatur percussa, carnifex pallet; oculi gladium non
uidentes tantum fibulam uident et, ne parum esset, quod non
formidabat interitum, praestabat beneficium saeuienti. iam igitur 2
et tertius ictus: sacramentum frustrauerat trinitatis. iam spe-
culator exterritus et non credens ferro mucronem aptabat in

1 uoluitur *B* post *K* 2 terra *B* 3 exercitatum *L* excitatam *KQ* exertam *B* dext. carn. *B* dextram *ΣDs* 6 inpellem *L* inbellem (*s. l.* sine bello *m2*) *Σ* sine bello (o *ex* em *m2 D*) inbellem *Ds* dextram *LΣDsB* 7 marcescentē *s* marcente *Q* marcentem *K* iratus *K* (u *ex* o), *LΣDs,Ba.c.m2* torsit *B* 8 rursus *s* femina *K* quasi] *add.* feminam *Ds,Bp.c.m2* ream] eam *Q* non ream *Bp.c m2* 9 innoxiam *Q* innoxius *Ds* 10 anelus *KL.Σ* (hanelus *p.c.*), *D* anellus (*pr.* 1 *exp.*) *B* anhelans *ς* paludamento (p *et* lud *in ras. m2*) *B* pauludamento *K* padulamento *Ds* tota *L* 11 expendit *D* expetit *Q* expediret *B* clamidis *codd.* ora *K,Σ* (*ex* ore), *Ds* umum *K,Σ* (*corr.*) 12 ignarus ignarusque *Ds* rei] ei *Ds* librabat *LΣDs,Bp.c.* in] ad *KQ* et en] etenim *LΣDs* en *Q* 13 humero *Σ* (h *add. m2*), *DsQB* multum *B a.c.m2* lab. quaes. *KQ* 14 laborem *L,ΣDB* (*corr.*) 15 pro rogo *ς* intend. *K* immin. *s* 16 pallet et *Q* 18 praestat *ς* seruienti *L,Σ* (r *eras.*) 19 tertium ictum *s* *post* ictus *distinxi* frust. sacr. *Σ* frustrauerat *scil.* ictum speculatur *K* spiculator *s* (i *ex* e), *QB* 20 exteritus *L* exterius *Q*

iugulum, ut, qui secare non poterat, saltim premente manu corpori conderetur: — o omnibus inaudita res saeculis! — ad capulum gladius reflectitur et uelut dominum suum uictus aspiciens confessus est se ferire non posse.

9. Huc, huc mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidos flammarum globos hymnos edidere pro fletibus, circa quorum sarabara sanctamque caesariem innoxium lusit incendium. huc beati Danihelis reuocetur historia, iuxta quem adulantibus
2 caudis praedam suam leonum ora timuerunt. nunc Susanna nobilis fide mentes omnium subeat, quae iniquo damnata iudicio sancto spiritu puerum replente seruata est. ecce non dispar in utraque misericordia domini: illa liberata per iudicem, ne iret ad gladium, haec a iudice damnata absoluta per gladium est.

10. Tandem ergo ad feminam uindicandam populus armatur. omnis aetas, omnis sexus carnificem fugat et coetu in circulum coeunte non credit paene unusquisque, quod uidit. turbatur tali nuntio urbs propinqua et tota lictorum caterua glomeratur.
2 e quibus medius, ad quem damnatorum cura pertinebat, erumpens et canitiem inmundam perfuso puluere tur-

5 cf. Dan. 3, 23—27 7 cf. Dan. 6, 16—23 et 14 (= Bel), 30—40 9 cf. Dan. cap. 13 (= Sus.) 20 Verg. Aen. XII 611

1 ut *in ras. m2 B* secari *Σ* 2 condiretur *Ds* mandaretur *L,Σ* (*in mg. m2* al conderetur) o *om. Ds* res in. *ς* 5 huc *alt.*] *s. l. Σ, in ras. m2 B* 6 edicere *K* chorum *D* horum *s* 7 sarabarum *ΣDs* saraborum *L* saraballa *Q* luxit *sQ* 8 danielis *L,Q a.c.m2, B* quam *Ds* 9 timuerat *L,Σ* (an *ex* a) nunc] huc *s p.r.* 10 nobis *LDs* fidem *L,Σ* (m *eras.*) omn. sub. mentibus *ς* hominum *B* 11 spir. sancto *ς* per puerum *Q,B* (*corr.*) saluata *B* 13 iudicem *KD* (*corr.*) 15 iudicandam *Q,Bp.c m2* 16 coetū *LDs* cetum (m *exp.*) *B* 17 coeuntem *L.Σa.r., Ds* quo euntē (~ *eras.*) *B* coeunte exclamat *ς* paene] penitus *Ds,Σp.c.* uidet *Q.Σp.c. m2, Bp.c.* turbatus *LDs* 18 urbis *K* 19 quem] quendam *D,s* (*corr.*) 20 canitiem] saniem *K* sanie *Σp.c. m2* inmunda *LDs,Σp.r.* perfusa *L* turbans *Km2,Σ* turpans quin *ς*

pans: 'meum,' inquit, 'o ciues, petitis caput, me illi uicarium
datis! si misericordes, si clementes estis, si uultis seruare
damnatam, innocens certe perire non debeo.' quo fletu uulgi 3
concussus est animus maestusque se per omnes torpor insinuat
et mirum in modum uoluntate mutata, cum pietatis fuisset,
quod ante defenderant, pietatis uisum est genus, ut paterentur
occidi.

11. Nouus igitur ensis, nouus percussor adponitur. stat uictima Christo tantum fauente munita. semel percussa concutitur, iterum repetita quassatur, tertio uulnerata prosternitur et — o diuinae potentiae sublimanda maiestas! — quae prius fuerat quarto percussa nec laesa, ideo paululum uisa est mori, ne pro ea periret innoxius.

12. Clerici, quibus id officii erat, cruentum linteo cadauer
obuoluunt et fossam humum lapidibus construentes ex more
tumulum parant. festinato sol cursu occasum petit et miseri-
cordiam domini celatura nox aduenit. subito feminae palpitat 2
pectus et oculis quaerentibus lucem corpus animatur ad uitam:
iam spirat, iam uidet, iam subleuatur et loquitur, iam in illam
potest uocem erumpere: dominus auxiliator meus, non
timebo, quid faciat mihi homo.

20 *Ps. 117, 6

1 petistis *LΣDs* petite *B* (*corr.*) 2 date *B* (*corr.*) *pr.* si] *add.* estis *ς* estis] *in ras. m2 Σ* essetis *LDs* 3 damnatum *LΣDs* quod *Ds* 4 se per] semper *Σ* (*corr.*), *Q* torpore *Σ* 5 fuisse *L,Σa.c.m2,Ds* 6 defenderat *L,Σa.c.m2,B* pateretur *Σa.c.m2,Ds,Bp.c.* 8 ensis] *add.* in *L,Σ* (in *eras.*) opponitur *LΣDs* 9 xp̄m *L,Σa.c.m2* conc. it. rep. *om. Ds* 10 repetita] *in mg. m2* ał repercussa *Σ* 11 et o] et hoc (c *exp.*) *B* o *LΣDs* subleuanda *B* (*corr.*) 12 neu *L* (*corr. m2*) post paululum *ς* 13 per eam *Σa.c.m2* 14 clerecus (clereci *p.r.*) *K* qui *Σa.c.m2* id in officio *Σp.c. m2* linteum *L* linteis *Σ* 15 humo *B* (*corr.*) 16 tumulorum *Ds* misericordia *s* 17 cęlatura *Q,Σp.c.* celeratura *B* (er *exp.*), *Σa.c.* celeriorem naturae *D* celeriore maturę *s* celeriore cursu naturae *ς* 18 lumen *ς* 19 inspirat *D* uidit *Ds* 20 dominus] *add.* deus *s* 21 mihi fac. *B*

13. Anus interim quaedam, quae ecclesiae sustentabatur opibus, debitum caelo spiritum reddidit et quasi de industria ordine currente rerum uicarium tumulo corpus operitur. dubia adhuc luce in lictore zabulus occurrit, quaerit cadauer occisae, sepulchrum sibi monstrari petit; uiuere putat, quam mori
2 potuisse miratur. recens a clericis caespes ostenditur et dudum superiecta humus cum his uocibus ingeritur flagitanti: 'erue scilicet ossa iam condita, infer nouum sepulchro bellum et, si hoc parum est, auibus ferisque lanianda membra discerpe; septies percussa debet aliquid morte plus perpeti.'

14. Tali inuidia carnifice confuso clam domi mulier focilatur et, ne forte creber ad ecclesiam medici commeatus suspicionis panderet uiam, cum quibusdam uirginibus ad secretiorem uillulam secto crine transmittitur. ibi paulatim uirili habitu ueste mutata in cicatricem uulnus obducitur. et — o uere ius summum summa malitia! — post tanta miracula adhuc saeuiunt leges.

15. En quo me gestorum ordo protraxit! iam enim ad Euagrii nostri nomen aduenimus. cuius ego pro Christo laborem si arbitrer a me dici posse, non sapiam, si penitus tacere uelim,
2 uoce in gaudium erumpente non possim. quis enim ualeat

15 Terent. Heaut. 796

2 reddit *B* 4 littorẽ *Ba.c.* lictorẽ *Σ* litore *Ds,Qa.c.* zabulus *KQ* diabu(o)lus *cet.* 5 sepulcrum *DsB* monstrare *LΣDs* 6 caespis *K* cespis *Q,Ba.c.* 7 flagranti *L* erue] herbe *L* erbę (herbę *m2, in mg.* al heruę) *Σ* 8 si licet *KΣ* sic licet *L* infers *Kp.c.,Σm2* et infer *Q* nouo *Q* sepulcro *Ds,Qa.c.* 9 si] sic *B* 10 plus morte *LΣDs* 11 tali ergo *DsQ,Kp.c.Σp.c.m2* refocilatur *DsQB,KΣp.c.m2* 12 med. ad eccl. ς 13 uiam pand. *Σ* 14 uiri *Ds* 15 ius] iussum *Ds.Σp.c.m2* scelus *Q* 16 et summa *Σ*(et *s.l. m2*),*D* et summã *s* malitia] laetitia *LΣ* laetitiam *Ds* malitia] *add.* post tantam malitiam *B* 17 saeuiant *K* seruiunt (r *exp.*) *B* 18 euacrii *Ds* euagri *KB* uagri *L,Σa.c.m2* 19 cui *Ds* ergo *L,ΣB* (*corr.*), *Ds* lab. pro xp̄o *KQ* pro *s.l. Σ* si—penitus *in mg. inf. Σ* si—sapiam *om. L* 20 posse] *om. Ds, s.l. Σ* uellim *D* uel in *L* 21 uocem *LB,Σ* (m *eras.*) gaudio *L,Σa.c.m2,Ds* erumpentem *LQ,Σ* (*corr.*) erumpentẽ tenere *B* possem (*corr.*) *ΣB* posse *L*

digno canere praeconio Auxentium Mediolanii incubantem huius excubiis sepultum paene ante quam mortuum, Romanum episcopum iam paene factionis laqueis inretitum et uicisse aduersarios et non nocuisse superatis?

Verum haec ipse equidem spatiis exclusus iniquis 3
praetereo atque aliis post ⟨me⟩ memoranda relinquo.

praesentis tantum rei fine contentus sum: imperatorem industria adit, precibus fatigat, merito lenit, sollicitudine promeretur, ut redditam uitae redderet libertati.

5 Verg. Georg. IV 147—148

1 mediolani *LDsQ,B* (io *ex* o, mediolano *m2*) 2 sepultam *Ds* paene *s. l. B* 3 iam *bis Q* bene ς et uic.] euicisse *B* 5 quidem *K* (*corr.*), *DsB* exclusis *Ds* iniquis] in quibus *K,Σp.c.m2* in quibus multa *B* 6 praeterea *K* adque *K* que *B* me *om. codd.* relinquo quo *Ds* 7 finem *LDs.B* (*corr.*) imperium industriā *B* (*corr.*) de industria ς 8 adiit *LΣDs* precibus] per nuntios ς fatigat *Ka.c.B* fagitat *Σa.c.* flagitat *LDsQ,KΣp.c.* linit *Q,Bp.c.* praeuenit *Ba.c.* sollicitudinē *B* 9 libertati] *add.* expł de septies percussa *K*

II.

AD THEODOSIUM ET CETEROS ANACHORETAS INTRINSECUS COMMORANTES.

1 Quam, quam uellem nunc uestro interesse conuentui et admirandum consortium, licet isti oculi non mereantur aspicere, tota cum exultatione conplecti! spectarem desertum, omni amoeniorem ciuitatem, uiderem desolata ab accolis loca quasi
2 ad quoddam paradisi instar sanctorum coetibus obsideri. uerum

𝔄 = Veronensis rescriptus XV. 13 s. VIII.
K = Spinaliensis 68 s. VIII.
H = Monacensis lat. 6299 s. VIII—IX.
R = Vindobonensis lat. 865 s. VIII—IX.
A = Berolinensis lat. 17 s. IX.
F = Veronensis XVI. 14 s. IX.
J = Vindobonensis lat. 934 s. IX.
Σ = Turicensis Augiensis 41 s. IX.
W = Parisinus lat. 1868 s. IX.
𝔅 = Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X.
D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.
M = Coloniensis 60 s. IX—X.
C = Vaticanus lat. 5762 s. X.
o = Palatinus lat. 209 s. X.
B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

2 Ad theodosium et (uel 𝔅) ceteros anachore(i)tas 𝔄*AFJΣ*𝔅*D*, *add.* intrinsecus commorantes *cet.; Hieronymi nomen exhibent tituli in* 𝔅*M* 4 quam, quam *scripsi* quamquam *KJΣF*, *om. A* quam *cet.* uellim *A* uelim *W* uestrum (*corr. m2*) 𝔅 interest *Σ* 5 consortium] *add.* uestrum *A* aspicere] *add. in mg.* tamen *m2 Σ* 6 tota—spectarem *om. A* totum *C* expectarem 𝔅 deserta *D* omni amoeniore (*alt.* o *exp.*) *J*,*F* (-us *m2*) omni amenius (us *in ras. m2*) *B* omnia moenia *A* 7 ciuitatem 𝔄,𝔅*a.c.*,*D*,*ΣM* (m *eras.*), ciuitatis *A* ciuitati *o*,𝔅*p.c. m2*, *om. K* ciuitate *cet.* uideremque 𝔅(que *s. l. m2*),*o* desolatam *A*𝔅(*corr.*),*D* acculis *R* oculis *HΣ* (a *ex* o), *M*(*corr. m2*) loca] terram *A* 8 condam *W* inistar *W* obsederi *K*,*Σ* (*corr.*), 𝔅(*corr. m2*) opsideri 𝔄

quia hoc mea fecere delicta, ne consortio beatorum insereretur
obsessum omni crimine caput, idcirco obsecro, quia uos impe-
trare posse non ambigo, ut me ex istius saeculi tenebris
uestro liberetis oratu. et ante dixeram praesens et nunc per
litteras uotum indicare non cesso, quod mens mea omni ad id
studium cupiditate rapiatur; nunc uestrum est, ut uoluntatem
sequatur effectus. meum est, ut uelim; obsecrationum uestrarum
est, ut et uelim et possim. ego ita sum quasi a cuncto grege 3
morbida aberrans ouis. quod nisi me bonus pastor ad sua
stabula umeris inpositum reportarit, lababunt gressus et in
ipso conamine uestigia concident adsurgentis. ego sum ille
prodigus filius, qui omni, quam mihi pater crediderat, por-
tione profusa necdum me ad genitoris genua submisi necdum
coepi prioris a me luxuriae blandimenta depellere. et quia 4
paululum non tam desiui a uitiis, quam coepi uelle desinere,

9 cf. Luc. 15, 5 12 cf. Luc. 15, 11 sqq.

1 mea hoc *HR* hoc me *A*,𝔅*a.c.m2* hoc *B* facere 𝔄*AJW*,𝔅*a.c.m2*, *o* delicta] *seq. ras. 2 litt.*, *s. l.* mea *B* ne] nec *D*,*oa.c.* prohibent ne *A*, *om.* *B* consortium *FJ*,*Σ* (*corr.*), *W* pio consortio *o* sanctorum *o* inseretur *AC* inferretur *B* 2 quia] quae *A* 3 non p. amb. *W* ten. saec. *ς* mundi ten. *B* 4 *pr.* et] ut *A* et ut *Σp.c. m2C* nam (*s. l. m2* 𝔅) et 𝔅*o* antea *JΣ* dixerim *K* 5 uoto *A* nouum *Σ*(*corr.*) uultum *K* id] *om.* *AFJ*, *s. l.* *KΣm2* 6 studio *A* repiatur *Σ* (*corr.*) rapietur *A* raptatur *o*𝔅*p.c. m2* reptatur *W* est *om.* *HR* uol.] cupiditatis *A* 7 affectus *AΣ* est *om.* *B* ut—possim] uelle et posse *A* ut uelim et possim *C* ut uelim uestrum ut possim *W* obsecrationi *D* uestr. obs. *Σ* 8 ut et] ut 𝔄*DMC*,𝔅*a.c.m2* itaque (que *eras.*) *J* 9 morbeta (*s. l. m2*) *K* oberrans *KΣ* auerrans *W* quod nisi me] quam *o* nisi] si 𝔅 10 repositum 𝔄*Fo* reportauerit (u *ex* b *m2*) *A* reportaret *W*,𝔅(*corr.*)reportarat *o* reportari *Σa.c.* reportet *FDMC*.*Σp.c.* lauabunt *KR*,*Σ* (labant *m2*), *M* (*corr.*) labebunt *W* labebuntur *o* labuntur 𝔄*AF* leuabuntur (ua *exp.*) 𝔅 11 certamine 𝔄*o* 12 omnem *AW* omne (*corr.*) 𝔅 cred. pat. *FJΣ* portionem *AW* 13 perfusa *JΣ* me *om.* *H* genitori genita *D* necdum] nec *D* me *add.* *Hm1* 14 luxoriae *RAFJ*,*Σ* *a.c.m2*,*W*,𝔅(*corr.*),*Mo* repellere 𝔅 quia nunc *A* qui *C* 15 desii *A* diuisi *M* diuidi *C* de uis *D*

nunc me nouis diabolus retibus ligat, nunc noua inpedimenta proponens maria undique circumdat et undique pontum, nunc in medio constitutus elemento nec regredi uolo nec progredi possum. superest, ut oratu uestro sancti spiritus aura me prouehat et ad portum optati litoris prosequatur.

III.

AD RUFINUM.

1. Plus deum tribuere, quam rogatur, et ea saepe concedere, q u a e n e c o c u l u s u i d i t n e c a u r i s a u d i u i t n e c i n c o r h o m i n i s a s c e n d e r u n t, licet ex sacrorum magisterio uoluminum ante cognouerim, tamen in causa propria

2 cf. Verg. Aen. V 9. III 193 9 *I Cor. 2, 9

1 *pr.* nunc] tunc *D,M* (*corr.*) zabulus *K* lig. ret. *ς* 2 mari *A* maria michi *B* circumdant *FJΣWB* ponto *A* 3 elementa *D* ualeo 𝔅 nec] ne *Σ* (*corr.*), *M* progredi] *add.* ego 𝔅 4 spir. s. *FJΣ* 5 prosequatur] *add.* explicit ad anachoritas 𝔄 explicit ad t(h)eodosium et ceteros anachoritas *KHR* explicit ad teodosium et ceteros anachoritas intrinsecus commorantes *M* explicit ad anachōr *o*

𝔄 = *Veronensis rescriptus XV. 13 s. VIII* (*interrogationis signo in notis ante huius codicis siglum posito lectionem iam non posse discerni significo*).
K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*
O = *Oxoniensis Balliolensis 229 s. XII.*
𝔠 = *Mazarinianus 577 s. XII.*
𝔢 = *Parisinus lat. 1876 s. XII.*
𝔣 = *Parisinus lat. 1883 s. XIII.*
ι = *Vindobonensis lat. 644 s. XV.*

7 rufino de bonoso monacho 𝔄 ad rufinum *K*𝔠𝔣 ad rufinum de bonoso monacho *A* ad rufinum de bonoso famulo dei *B* ieroñ ad rufinum sua secum familiaria commemorans perseueret deprecatur *O* ad rufinum monachum *ι*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in K* (eiusdem), *BO*𝔠𝔢𝔣*ι* 8 dnm 𝔄*A* dm (m *in ras.*) *O* 10 ascendit *K* magisterio *K* mysterio 𝔄*A* ministerio *cet.*

nunc probaui, Rufine carissime. ego enim, qui audacia satis
uota credebam, si uicissitudine litterarum imaginem nobis
praesentiae mentiremur, audio te Aegypti secreta penetrare,
monachorum inuisere choros et caelestem in terris circuire
familiam. o si mihi nunc dominus Iesus Christus uel Philippi 2
ad eunuchum uel Ambacum ad Danihelum translationem repente
concederet, quam ego nunc arte tua stringerem colla conplexibus, quam illud os, quod mecum uel errauit aliquando uel sapuit, inpressis figerem labiis! uerum quia non mereor et inualidum etiam cum sanum est corpusculum crebri fregere morbi, has mei uicarias et tibi obuias mitto, quae te copula amoris innexum ad me usque perducant.

2. Prima inopinati gaudii ab Heliodoro nuntiata felicitas. non credebam certum, quod certum esse cupiebam, praesertim cum et ille ab alio audisse se diceret et rei nouitas fidem sermonis auferret. rursum suspensam uoto nutantemque mentem quidam Alexandrinus monachus, qui ad Aegyptios confessores et uoluntate iam martyres pio plebis fuerat transmissus obsequio, mani-
festus ad credulitatem nuntii auctor inpulerat. fateor et in hoc 2

5 cf. Act. 8, 26—40 6 cf. Dan. 14 (= Bel), 33—39

1 audacia] te anxia *K* 2 uota] notum ef 3 audeo *Kp.c.m2* 4 mon.] christianorum *A* ****norum 𝔄 in *om. K* 5 miliciam c o *om. K* nunc mihi ς nunc] *om. Kι* kme *Ba.c.m2* 6 ambacum 𝔄,*A* (*alt.* m *eras.*) abbacum *K* abakuk ι abacuch *O*f abacuc *B*ce ad] a *B* danihelum 𝔄*K*,*A* (*p.r.* -heli) -helem ef -elem *BO*cι 7 qua *K* quibus 𝔄*A* et quantis ι nunc ego *B*ι arte tua *K* tua 𝔄*A* tua arcis *O* tua artis *B*,c (arctis *m2*), efι 9 figere *B*,*Oa.c.m2* non *K* non tam ad (a ef) te (me *B*ι) sic uenire (ueniri *Bm2* ef) quam ego ad te sic ire (si scire *A p. c.* asciri c acciri *O* non *add. BO*cefι) *cet.* non tam te sic ad me uenire quam ego ad te sic ire non ς 10 esset c 11 mihi 𝔄*AO*c mei amoris *K* 12 innixum *K* innexu *A* 13 inopinata *K* nuntiata *K* fratre mihi est nuntiata *cet.* 14 incertum (*pr.*) ι 15 et *pr. om. A* se ab a. aud. *O*c ab a. se aud. ef 16 rursus *A*c suspensa uota *A* (𝔄 *legi nequit*) nutanteque *K* nutante *BO*cefι 17 mon.] dei famulus 𝔄*A* conf. *om. K* 18 plebis] *add.* iam *B*efι *add.* iam dudum *O*c manifestius *K* 19 auctor] et auctius *K* inpulserat 𝔄*A*

meam labasse sententiam. nam cum et patriam tuam ignoraret et nomen, in eo plus tantum uidebatur adferre, quod eadem adserebat, quae iam alius indicauerat. tandem plenum ueritatis pondus erupit; Rufinum enim Nitriae esse et ad beatum per-
8 rexisse Macarium crebra conmeantium multitudo referebat. hic uero tota credulitatis frena laxaui et tunc uere aegrotum esse me dolui. et nisi me adtenuatae corporis uires quadam conpede praepedissent, nec mediae feruor aestatis nec nauigantibus semper incertum mare pia festinatione gradienti ualuisset obsistere. credas mihi uelim, frater, non sic tempestate iactatus portum nauta prospectat, non sic sitientia imbres arua desiderant, non sic curuo adsidens litori anxia filium mater expectat.

3. Postquam me a tuo latere subitus turbo conuoluit, postquam glutino caritatis haerentem inpia distraxit auulsio, *tunc mihi caeruleus supra caput adstitit imber*, *tunc maria undique et undique caelum*. tandem in incerto peregrinationis erranti, cum me Thracia, Pontus atque Bithynia totumque Galatiae uel Cappadociae iter et feruido Cilicum terra fregisset aestu, Syria mihi uelut fidissimus naufrago portus occurrit. ubi ego quicquid morborum esse poterat expertus e duobus oculis unum

12 cf. Hor. carm. IV 5, 14 15 Verg. Aen. III 194 16 Verg. Aen. V 9

1 et cum 𝔄*A* 2 plus tamen *O* plus *K* tamen plus ς 5 macharium *codd.* 6 laxauit 𝔄*A* me esse *B* (egrotum me *in mg.*), cfι 7 attenuati ς corporis *om. K* 8 media 𝔄*A* etatis *B a.c.m2* 9 pia cum *Oc* gradiendi *KO* gratienti 𝔄 grauienti *Aa.c m2* potuisset 𝔄*A* 10 uellim *K*, *om.* cf 12 nec ς in curuo *K* adsidens *om. K* littori *BOι* litore *K* 14 conuoluit 𝔄*A* conuolluit *K* conuulsit *cet.* 15 detraxit *K* 16 astitit *codd. praeter K* tunc] *add.* mihi (*exp.*) *K* 17 cael. und. *A* tamen *Ka.c.m2* incerto] *add.* uie et *O* 18 trachia *ABOc*fι ? 𝔄 Pontus *om. K* atque] *om. A* ? 𝔄 bytinia *KA* bitinia *B* ? 𝔄 bithinia *cet.* totum *Bι* 19 uel] *om. A* et ς ? 𝔄 feruidus *Bι* feruida cf cilicium *A* caeli cum *K* cylicum c aestus 𝔄*A*ef estus *Bι* et aestus *K* 21 ex ς

perdidi; Innocentium enim, partem animae meae, repentinus
febrium ardor abstraxit. nunc uno et toto mihi lumine Euagrio 2
nostro fruor, cui ego semper infirmus quidam ad laborem cumulus accessi. erat nobiscum et Hylas sanctae Melaniae famulus, qui puritate morum maculam seruitutis abluerat; et hic necdum obductam rescidit cicatricem. uerum quia de dormientibus contristari apostoli uoce prohibemur et nimia uis maeroris laeto superueniente nuntio temperata est, indicamus tibi, ut, si nescis, discas, si ante cognouisti, pariter gaudeamus.

4. Bonosus tuus, immo meus et, ut uerius dicam, noster, scalam praesagatam Iacob somniante iam scandit: portat crucem suam nec de crastino cogitat nec post tergum respicit. seminat in lacrimis, ut in gaudio metat, et sacramento Moysi serpentem in heremo suspendit. cedant huic ueritati tam Graeco quam
Romano stilo mendaciis ficta miracula. ecce puer honestis saeculo 2
nobiscum artibus institutus, cui opes adfatim, dignitas adprime inter aequales, contempta matre, sororibus et carissimo sibi germano insulam pelago circumsonante nauifragam, cui asperae cautes et nuda saxa et solitudo terrori est, quasi quidam nouus paradisi colonus insedit. nullus ibi agricolarum, nullus mona-

6 cf. I Thess. 4, 12 11 cf. Gen. 28, 12 cf. Matth. 16, 24 etc. 12 cf. Matth. 6, 34 13 cf. Num. 21, 9

1 enim] autem 𝔄*A* 2 adtraxit *K* euagrii *K* 3 nostri *K*, *om.* 𝔄*A* quidem *ι*, *om.* *ς* 4 accessit *B* accessi erat] accesserat *A* acceserat 𝔄 et *om.* *K* sancti eƒ melanii *B*eƒ filius *O*c 5 puritatem horum 𝔄,*A* (*corr.*) absterserat 𝔄*A* nondum 𝔄*A* 6 rescindit 𝔄*A* recidit *Oι* ap. uoce contr. *O*c 7 uoce ap. *Bι* laeto (a *exp.*) *K* 8 indic.] *add.* haec *ς* ut] aut 𝔄*A* 9 ante] autem *Kι* 11 praesag**am *O* praesagantem *K* som(p)nianti *O*c ascendit *K* portat] *seq. ras. 6 litt. A* 12 *pr.* nec] non *Bι* pos *B* 13 sacramentum *K* 14 credant 𝔄*AB*c rom. quam gr. *K* 15 mendacis 𝔄*A* facta *Oca.c.m2* saeculo 𝔄*KA* saeculi *cet.* 16 ad prima *K* prima 𝔄*A* 17 aequales *K* *add.* erat *cet.* 18 circumsonantem 𝔄*A* nauifragam 𝔄*KA* naufragam *cet.* rupem cui *K* aspera *K* 19 gautes *A* cutis *K* *pr.* et] in *K* terroris *K* 20 mon.] alius dei seruus 𝔄*A*

chorum, ne paruulus quidem quem nosti Onesimus, quo uelut
fratre minusculo fruebatur, in tanta uastitate adhaeret lateri comes.
3 solus ibi, immo iam Christo comitante non solus, uidet gloriam
dei, quam etiam apostoli nisi in deserto non uiderant. non quidem
conspicit turritas urbes, sed in nouae ciuitatis censu dedit
nomen suum. horrent sacco membra deformi, sed sic melius
obuiam Christo rapietur in nubibus. nulla euriporum amoenitate
perfruitur, sed de latere domini aquam uitae bibit. propone
tibi ante oculos, amice dulcissime, et in praesentiam rei totus
animo ac mente conuertere; tunc poteris laudare uictoriam,
4 cum laborem proeliantis agnoueris. totam circa insulam fremit
insanum mare et sinuosis montibus inlisum scopulis aequor
reclamat; nullo terra gramine uiret; nullis uernans campus
densatur umbraculis; abruptae rupes quasi quendam horroris
carcerem claudunt. ille securus, intrepidus et totus de apostolo
armatus nunc deum audit, cum diuina relegit, nunc cum deo
loquitur, cum dominum rogat, et fortasse ad exemplum Iohannis aliquid uidet, dum in insula commoratur.

5. Quas nunc diabolum nectere credis tricas, quas parare arbitraris insidias? forsitan antiquae fraudis memor famem suadere temptabit. sed iam illi responsum est non in solo pane

7 cf. I Thess. 4, 16 8 cf. Ioh. 19, 34 cf. Apoc. 21, 6 12 cf Verg. Georg. III 261 sq. 15 cf. Eph. 6, 11—17 18 cf. Apoc. 1, 9—12 21 cf. Deut. 8, 3. Matth. 4, 4

1 nec *Oc*,*B* (*ex* ne) quem—quo] notione simul *A* 2 fratrem *K* minusculo 𝔄*A* monosculo *ι* in osculo *cet.* uastitatem 𝔄,*A* (*corr.*) adhereret *K* sol. com. 𝔄*A* 4 dei *om.* *K* uiderunt 𝔄*A* 6 suum *om.* 𝔄*A* deformia 𝔄*A* sic] *om.* *ι*, *s. l.* *B* hic ef 7 rapientur te (*del.*) *B* euripomorum 𝔄*A* riparum ef aestate *K* 8 perfruetur ef bibet ef uiuit 𝔄*A* propone] *add.* haec *ς* 9 dulc. *om.* 𝔄*A* praesentia *K* totius 𝔄*A* 11 labore *K* proeliantis *K* prael. *cet.* 12 montium *ς* 13 germine *ι* nullus *ι* 14 horrore *BOc* horreis 𝔄*A* 15 carceris ef 16 dominum 𝔄*A* uidet *BOcι* dum 𝔄*AOc*ef legit 𝔄*A* 17 dum 𝔄*AOc*ef 18 uidit *K* cum *K* insulam *K* 19 cred. nect. *Oc* trichas *B* tricias *A* tristicias *K* ? 𝔄 parere *K* 20 arbitrans 𝔄*A* forsan *ς* fame *Aι* ? 𝔄 21 temptauit *AOc*ef temtauit 𝔄 ille *K* in *om.* *K* pane solo 𝔄*A*cef

uiuere hominem. opes forsitan gloriamque proponet, sed dicetur illi: qui cupiunt diuites fieri, incidunt in muscipulam et temptationes, et: mihi gloriatio omnis in Christo est. fessa ieiuniis membra morbo grauante concutiet, sed apostoli repercutietur eloquio: quando infirmor, tunc fortior sum, et: uirtus in infirmitate perficitur. minabitur mortem, sed audiet: cupio dissolui et esse cum Christo. ignita iacula uibrabit, sed excipientur scuto fidei. et, ne multa, inpugnabit satanas, sed tutabitur Christus. gratias tibi, domine Iesu, quod in die tuo habeo, qui pro me te 2
possit rogare. scis ipse — tibi enim patent pectora singulorum, qui cordis arcana rimaris, qui tantae bestiae aluo inclusum prophetam in profundo uides —, ut ego et ille a tenera pariter infantia ad florentem usque adoleuerimus aetatem, ut idem nos nutricum sinus, idem amplexus fouerint baiulorum et, cum post Romana studia ad Rheni semibarbaras ripas eodem cibo, pari frueremur hospitio, ut ego primus coeperim uelle te colere. memento, quaeso, istum bellatorem tuum mecum quondam fuisse tironem. habeo promissum maiestatis tuae: qui do-

2 *I Tim. 6, 9 3 cf. Rom. 15, 17. Gal. 6, 14 5 *II Cor. 12, 10 6 II Cor. 12, 9 7 *Phil. 1, 23 8 cf. Eph. 6, 16 12 cf. Ion. cap. 2 19 *Matth. 5, 19

1 propones *A* opponet *B* dicitur 𝔄*KA* 2 cupiunt] uolunt 𝔄*A* in musc. inc. *K* muscipula *A* muscipulas cf ? 𝔄 3 omnis *om.* *Oc* 4 membra iei. *codd. praeter* *K* 5 sed et 𝔄*ABι* percutietur 𝔄*A* quando] *add.* enim *ι* 6 fortior] potens 𝔄*A* 7 audit 𝔄*A* dissolui] *add.* corpore 𝔄*A* 8 uibrauit *A* librabit cef excutietur 𝔄*A* 9 ne *om.* 𝔄*A* multa] *add.* congeram *Bι*, *add.* replicem *ς* inpugnauit 𝔄*A* eum xps ihs 𝔄*A* 10 gratia *ς* tibi] *add.* ago *Oc* ihs (*corr.*) *K* quod] qui *ι* tua *ς* habebo 𝔄*A* pro me *om.* 𝔄*A* poss. te rog. *O* rog. te poss. *K* 12 incl. aluo *Bι* 13 a terra (*sic*) pariter *K* a te ne rapiar inter 𝔄*A* tenera pariter *cet.* par. a ten. *ς* 14 infantiae *K* infantiam 𝔄*A* florem *K* aetatis *K* iidem *ς* 15 nutricum] *add.* fouerint *Oc* idem] *om.* 𝔄*A* et idem *Oc* iidem *ς* fouerint *om.* *Oc* 16 ad Rheni] adirem *ι* reni 𝔄*ABOc* renis (s *eras.*) *K* hreni cf barbaras 𝔄*A* 17 patris *B* te *post* ego *tr.* 𝔄*A* 18 hunc *ς* quoddam 𝔄*A* 19 tironem *B*ef tyr. *cet.*

cuerit et non fecerit, minimus uocabitur in regno caelorum; ⟨qui autem fecerit et docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum.⟩ fruatur ille uirtutis corona et ob cotidiana martyria stolatus agnum sequatur. ⟨mihi⟩ — multae sunt mansiones apud patrem et stella ab stella differt in claritate —, mihi concede, ut inter sanctorum calcanea possim leuare caput; [ut] cum ego uoluerim, ille perfecerit; mihi ignoscas, quia inplere non potui, illi tribuas praemium, quod meretur.

6. Plura fortasse, quam epistulae breuitas patiebatur, longo sermone protraxerim, quod mihi semper accidere consueuit, quando aliquid de Bonosi nostri laude dicendum est. sed ut ad id redeam, unde discesseram, obsecro te, ne amicum, qui diu quaeritur, uix inuenitur, difficile seruatur, pariter cum oculis mens amittat. fulgeat quilibet auro et pompaticis ferculis corusca ex sarcinis metalla radient: caritas non potest conparari; dilectio pretium non habet; amicitia, quae desinere potest, uera numquam fuit.

4 cf. Apoc. 7, 9 5 *Ioh. 14, 2 6 I Cor. 15, 41 7 cf. Tertull. de cult. fem. II 7 8 cf. Phil. 2, 13

2 qui autem—caelorum *om. codd.* 4 coronam 𝔄A et] ut Oc ob] *add.* hoc 𝔄A materia 𝔄A 5 mihi *addidi* multae enim ς 6 stellam (m *eras.*) K ab] a Oc, *om.* K stellae K claritatem (m *eras.*) K gloriam 𝔄A 7 intra 𝔄A calc. possim (possem K) leu. cap. 𝔄KA cap. possim leu. calc. *cet.* calc. cap. possim leu. ς ut] *seclusi* aut 𝔄A 8 uoluero K uouerim 𝔄A 9 retribuas O 10 *falso edd. sectionis 6. exordium sumunt a l. 12* sed ut 11 protexerim O accedere 𝔄KA 12 laudem 𝔄,A (*corr.*) 13 id] *om.* 𝔄 (*corr.*), A illud ς redeamus 𝔄A te *om.* Oc 15 cui libet ς 16 corusca ex] coruscae 𝔄A coruscet ex B c(h)orusceet et Oc 18 numquam uera Kc fuit] *add.* uale in xpo B cf uale in dno Oc, *add.* fin ad ruffinum K

IV.

AD FLORENTINUM DE ORTU AMICITIAE.

1. Quantus beatitudinis tuae rumor diuersa populorum ora conpleuerit, hinc poteris aestimare, quod ego te ante incipio amare, quam nosse. ut enim apostolus ait: quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium, ita e contrario tuae dilectionis fama dispergitur, ut non tantum laudandus sit ille, qui te amat, quam scelus putetur facere ille, qui non amat. praetermitto innumerabiles, 2
in quibus Christum sustentasti, pauisti, uestisti, uisitasti: Heliodori fratris a te adiuta necessitas mutorum etiam potest ora laxare. quibus gratiis, quo ille praeconio peregrinationis incommoda a te fota referebat, ut ego ille tardissimus, quoniam intolerabilis languor, pinnatis, ut aiunt, pedibus charta caritatis et uoto te salutauerim et iam conplexus sim! gratulor itaque tibi et, nascentem amicitiam ut dominus foederare dignetur, precor.

5 I Tim. 5, 24 10 cf. Matth. 25, 35. 36. 40 16 cf. Flor. Verg. or. an poeta p. 184, 1 Rossb.

L = *Coloniensis 35 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
𝔅 = *Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad florentinum (florentium *LΣ*) de ortu amicitiae *LΣ𝔅DM* ad florentinum monacum ierosol̃e cõmoratẽ (*sic*) *B; Hieronymi nomen exhibent tituli omnium codd.* 4 potes *B* ego—nosse *in ras. m2 B* te *om. D, ante* amare *tr. B* 5 ait ap. *B* 7 e] et *M*(*corr.*) et e *D* 8 tam *B* 9 fac. put. *B* pute *L,Σ* (*corr.*) 10 sustentandis xp̄m uest. uis. pau. *B* 11 mutorum *B* multorum *cet.* 12 gratis *LD,Σ𝔅M* (*corr.*) 13 fota] *add.* id est curata *LΣ* ita ut *ς* tardissimus *B* ardentissimus *cet.* quoniam *scripsi* quem (*ex* quidem *𝔅*) *codd.* 14 languor] *add.* exesit (exedit *ς*) *Bς* pinnatis *L,Σ𝔅a.c.* pennatis *cet.* carta (*ex* certa) *𝔅M* certa *L,D* (*in mg. m2* serta), serta (serto *m2*) *Σ* gestu *B* 15 te] *add.* iam *B* et iam *scripsi* iam *B* etiam *cet.* et etiam *ς* sim *B* sum *cet.* 16 confoederare *ς*

2. Et quia frater Rufinus, qui cum sancta Melania ab Aegypto Hierosolymam uenisse narratur, indiuidua mihi germanitatis caritate conexus est, quaeso ut epistulam meam huic tuae epistulae copulatam ei reddere non graueris. noli nos ex eius aestimare uirtutibus. in illo conspicies expressa sanctitatis insignia; ego cinis et uilissimi pars luti et iam fauilla, dum uegetor, satis habeo, si splendorem morum eius inbecillitas
2 oculorum meorum ferre sustineat. ille modo lauit, mundus est et tamquam nix dealbatus; ego cunctis peccatorum sordibus inquinatus diebus ac noctibus opperior cum tremore reddere nouissimum quadrantem. sed tamen quia dominus soluit conpeditos et super humilem et quietum et trementem uerba sua requiescit, forsitan et mihi in sepulchro scelerum iacenti dicat: 'Hieronyme, ueni foras'. sanctus presbyter Euagrius plurimum te salutat; et Martinianum fratrem iuncto salutamus obsequio, quem ego uidere desiderans catena languoris innector.

6 cf. Hiob 30, 19 8 cf. Ps. 50, 9 10 cf. Matth. 5, 26 11 Ps. 145, 7 12 cf. Esai. 66, 2 14 cf. Ioh. 11, 43

1 sancto *Bp.c.* melanio *B* 4 tuae *om. B* epistolae tuae *Σ* (*seq.* huic *eras.*) ex eius *B* ea eius *L𝔅,M* (ea *exp.*), eius *ΣD* 5 uirtutis *Σ* conspicies *ς* conspiciens *codd.* 6 ego *B* et ego *cet.* uilissimi *B* uilissima *cet.* 7 uegetor *B* uertor *cet.* si *in mg. m2 Σ* sis *D* illius *ς* 8 se lauit et *ς* 9 dealb. est *LΣ𝔅,B* (est *s. l.*) 11 soluet *LΣ* 12 hum. et quietem (*sic*) *B* hum. *cet.* 13 scel.] *s. l. m2 M* scel. meorum *B* 14 dicet *B,Σp.c.* hieronime *codd.* 15 martianum *M* 17 inn.] *add.* uale in xp̄o *B*

V.

AD FLORENTINUM.

1. In ea mihi parte heremi commoranti, quae iuxta Syriam Sarracenis iungitur, tuae dilectionis scripta sunt perlata, quibus lectis ita reaccensus est animus Hierosolymam proficiscendi, ut paene nocuerit proposito, quod profuerit caritati. nunc igitur, quomodo ualeo, pro me tibi litteras repraesento. etsi corpore absens, amore et spiritu uenio inpendio exposcens, ne nascentes amicitias, quae Christi glutino cohaeserunt, aut temporis aut locorum magnitudo diuellat. quin potius foederemus eas reciprocis epistulis; illae inter nos currant, illae se obuient, illae nobiscum loquantur. non multum perditura erit caritas, si tali secum sermone fabuletur.

2. Rufinus autem frater, ut scribis, necdum uenit et, si uenerit, non multum proderit desiderio meo, cum eum iam uisurus non sim. ita enim et ille longo a me interuallo separatus est, ut huc non possit currere, et ego arreptae solitudinis terminis arceor, ut coeperit mihi iam non licere, quod nolui.

L = *Coloniensis 35 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
𝔅 = *Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*
ζ = *Parisinus lat. 1453 s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad eundem cuius supra secunda *L*𝔅, (secunda *om.*) *Σ* ad eundem *DMB* ad amandum ζ, *in C titulus cum initio epistulae* (*usque ad l. 9* temporis) *periit; Hieronymi nomen exhibent tituli in LΣ*𝔅ζ 3 commorante *Σ* syria *L* 4 sarracinis *L*,*M* (*corr.*), saracenis *ΣB*,𝔅 (e *ex* i *m2*) dil. tuae ς perl. sunt *codd. praeter LΣ* 5 accensus est ita *B* 6 profuerat *Σ* 7 tibi me per (me per *in ras. m2*) *B* 8 absens sum am. tamen *B* ueniam *LΣ* inpendo *LΣ*𝔅,*M* (*corr. m2*), ualde inpendo (*corr. m2*) *D* 11 illi—illi—illi *L* sibi ς obient *C* 15 perderit *L* prode *Σ* (*corr.*) 16 non *s. l. Σ* a me interuallo *B* inter me (me *s. l. Σ, exp. M*) uallo *cet.* interuallo a me ς 17 excurrere *CB* occurrere ζ 18 iam mihi ς nolui (*sc. Hierosolymam proficisci*)] uolui *LΣB*

2 ob hoc et ego obsecro et, ut tu petas, plurimum quaeso, ut
tibi beati Reticii Augustodunensis episcopi commentarios ad de-
scribendum largiatur, in quibus Canticum Canticorum sublimi
ore disseruit. scripsit mihi et quidam de patria supra dicti fratris
Rufini Paulus senex Tertulliani suum codicem apud eum esse,
quem uehementer repoposcit. et ex hoc quaeso, ut eos libros,
quos non habere me breuis subditus edocebit, librarii manu
3 in charta scribi iubeas. interpretationem quoque psalmorum
Dauiticorum et prolixum ualde de synodis librum sancti Hilarii,
quae ei apud Treueris manu mea ipse descripseram, aeque ut
mihi transferas peto. nosti hoc esse Christianae animae pabu-
lum, si in lege domini meditetur die ac nocte. ceteros hospitio
recipis, solacio foues, sumptibus iuuas; mihi si rogata prae-
4 stiteris, multa largitus es. et quoniam tribuente domino multis
sacrae bibliothecae codicibus abundamus, impera uicissim:
quodcumque uis, mittam. nec putes mihi graue esse, si iubeas:
habeo alumnos, qui antiquariae arti seruiant. neque uero bene-

12 cf. Ps. 1, 2

1 ut et tu *Σ* et tu ut *ς* quaero *DL,M* (*corr.*) 2 retitii *Σ* rhetitii *C* rethici *B* augustodon. *D* agustudon. *LΣ* agustudun. (*alt.* u *ex* o *m2*) *𝔅* augustudun. *B* augustadun. *ζ* augustidunenses (idu *ex* odo *m2*) *M* commentarius *ζ,Σp.c.* 3 quibus *ς*, *om. C* quo *cet.* 4 deseruit *Σ* et mihi *C* quidem *C* dictis *L* 5 senes *LΣD,M* (*corr. m2*), senis *𝔅* tertuliani *LΣ* (*corr.*), *D* 6 reposcit *B* 7 me n. hab. *codd. praeter LΣ* br. subd. ed.] subsequens sermo describit *B* 8 charta *Cζ* carta *cet.* 9 dauidicorum *ς* de *om. ζ* sinodi *ζ* 10 quem *ΣζB* triueris *L* treueros (*ex* tres uiros *m2*) *B* treuiros *ς* descripseram] *add.* in quo etiam inter cetera ordinationes episcoporum dominis (*sic*) diebus et festis apostolorum dici (*sic*) debere fieri. dominicis diebus propter sacram resurrectionem et aduentum sancti spiritus super discipulos ac reliquos in xp̄m credentes. festis etiam apostolorum pro eo, quod in psalmo in typo sanctae ecclesiae canit. pro patribus tuis nati sunt tibi filii. constitues eos principes super omnem terram. intelligi uolens, ut in die, qua pater decedit, ecclesiae libere debeat subrogari et filius *ζ* aeque] ea quae *D* ea que *ζ,𝔅* (*ex* ea quae), eaque *MC*, *om. ς* 11 transferant *C* nosti enim *M* an. xp̄. *C* 12 meditatur *ζ* 14 cuncta *B* largiente *ς* 17 abeo *𝔅* (*corr.*), *M* (*corr. m2*), ab eo *C* antiquae (antiqua *𝔅L*) me artis (artis me *LΣ*) erudiunt *codd. praeter B*

ficium pro eo, quod postulo, polliceor. Heliodorus frater mihi indicauit te multa de scripturis quaerere nec sic inuenire; aut si omnia habes, incipiet sibi caritas uindicare plus petere.

3. Magistrum autem pueri tui, de quo dignatus es rescribere, quem plagiatorem esse eius non dubium est, saepe Euagrius presbyter, dum adhuc Antiochiae essem, me praesente corripuit. cui ille respondit: 'ego nihil timeo'. dicit se a domino suo fuisse dimissum et, si uobis placet, ecce hic est; transmittite eum, quo uultis. arbitror me non peccare, si hominem uagum non sinam longius fugire. quapropter quia ego in hac solitudine constitutus non possum agere quod iussisti, rogaui carissimum mihi Euagrium, ut tam tui quam mei causa instanter negotium prosequatur.

2 ad damasum *L* ad dămasum episcopum *K* ad damasum (damassum *Σ*) papam unde (ut *S*) supra *ΣS* ad papam damasum unde supra *D* ad eundem papam damasum *B*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in LΣ,S* (eiusdem) 3 importuno *S* mul. in eu. *B* mulier] anus *K* 4 clauso *BS* seris *S* ostia *D* usteo *K* hostio *Σ* (h *eras.*), *BS* ab amico amicus panes (panes amicus *LDBS*) *KLDBS* a (*eras.*) panes ab amico (*s. l.* amicus) *Σ* 5 nullius *S* contra] intra *S* uir. sup. ς superare *LD* 6 ninneue (*corr.*) *Σ* ninniue *D* niniue *BS* qui *K* 7 quorsum] quomodo sunt *Sp.c.m2* cur sunt (*in mg.* quorsum *m2*) *Σ* 8 prooemio *scripsi* praemio *K* principio *cet.* parum *LD,Σa.c.* magnum *D,Σa.c.* 9 paradiso *S* 10 quidem de *B* tulit *K,Ba.c.m2* intulit *cet.* uersionem *L* 11 fecit in *B* poenam *Engelbrecht* martirem *B* 12 filium] suum *B* conplectitur *LΣ* 13 sanis *KB,Σ* (*add. in mg. m2*), *om. cet.* ou. una *B* 14 humeris *codd. praeter K*

cutore fit praedicator; oculis carnalibus excaecatur, ut mente plus uideat, et qui uinctos Christi famulos ducebat ad concilium Iudaeorum, ipse postea de Christi uinculis gloriatur.

2. Ego igitur, ut ante iam scripsi, Christi uestem in Romana urbe suscipiens nunc barbaro Syriae limite teneor. et ne putes alterius hanc de me fuisse sententiam, quid mererer, ipse constitui. uerum, ut ait gentilis poeta: c a e l u m, n o n a n i m u m m u t a t, q u i t r a n s m a r e c u r r i t, ita me incessabilis inimicus postergum secutus est, ut maiora in solitudine bella
nunc patiar. hinc enim praesidiis fulta mundi Arriana rabies 2
fremit; hinc in tres partes scissa ecclesia ad se rapere festinat. monachorum circa commanentium antiqua in me surgit auctoritas. ego interim clamito: 'si quis cathedrae Petri iungitur, meus est'. Meletius, Vitalis atque Paulinus tibi haerere se dicunt: possem credere, si hoc unus adsereret; nunc aut
duo mentiuntur aut omnes. idcirco obtestor beatitudinem tuam 3
per crucem domini, per necessarium fidei nostrae decus, passionem: ita, qui apostolos honore sequeris, sequaris et merito, ita in solio cum duodecim iudicaturis sedeas, ita te alius senem cum Petro cingat, ita municipatum caeli cum Paulo consequaris, ut mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare, significes. noli despicere animam, pro qua Christus est mortuus.

3 cf. Phil. 1, 13—14 7 Horat. epist. I 11, 27 19 cf. Matth. 19, 28 etc. cf. Ioh. 21, 18

2 plus *s. l.* Σ deducebat *S* 3 postea etiam ς 4 urbe rom. *B* 7 uerum est *D* animam Σ 8 incessabiles *K* 9 postergum *KL* post (*s. l. m2* Σ) tergum *cet.* secutus *K,Ba.c.m2* persecutus *cet.* maiore (*corr.*) *D* 10 mundi fulta *B* rab. arr. *S* 11 premit *La.c.m2* hinc enim *D* in *s. l. m2* Σ ecclesia *in ras. m2 B* ad se rapere] *s. l.* Σ, *om. L* me festinat ς 12 manentium ς commeantium *coni. Engelbrecht uerbis* circa commeantium *significari* circumcellionum *nomen putans et semicolon post* festinat *ponens* insurgit *K* 14 meus] *in mg.* al noster *m2*Σ miletius *L*Σ*D* 15 posse Σ(*corr.*),*Lp.c.* posse me *K* 17 passionum *B*, *om. S*, passionem xp̃i ς 18 ita] tu *K* uti Σ ut ς qui] quia *K* apostolicos honores quaeris *K* 19 in solio *om. S* est (*eras.*) iudicaturis *L* iudicaturus Σ*p.c.BS* senem *om. S* 21 deb. in syr. Σ syriã *D* syriae *K* debeo *B* comm. deb. *S* 22 mortuus est *codd. praeter K;* explicit ad damasum episcopum *add. K*

XVII.

AD MARCUM PRESBYTERUM CHALCIDE.

1. Decreueram quidem utendum mihi psalmistae uoce dicentis: cum consisteret aduersum me peccator, obmutui et humiliatus sum et silui a bonis et iterum: ego uero tamquam surdus non audiebam et tamquam mutus non aperiens os suum factus sum ut homo non audiens, sed quoniam caritas omnia superat et propositum uincit affectus, non tam iniuriam facientibus reddo uicem, quam tibi respondeo postulanti. apud Christianos enim non qui patitur, ut ait quidam, sed qui facit contumeliam, miser est.

2. Et primo quidem, antequam de fide mea, quam optime nosti, tecum loquar, aduersus barbariam istius loci uersu cogor clamare uulgato:

4 *Ps. 38, 2—3 6 *Ps. 37, 14—15 8 cf. I Cor. 13, 7 11 cf. Cypr. ep. 59, 13 (p. 681, 8 Hartel)

η = *Petropolitanus I. 13 Quarto s. VII—VIII.*
𝔄 = *Veronensis rescriptus XV. 13 s. VIII.*
K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
L = *Coloniensis 35 s. IX.*
W = *Parisinus lat. 1868 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*
N = *Casinensis 295 s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*
S = *Vindobonensis lat. 746 s. XIII.*

2 ad marcum presbiterum calcide (calcidone 𝔄 calcedię *L* chalchidae *W* calcidonensem *N*) 𝔄*KLWDCN* ad marcum presbiterum *ηB* ad marcum presbiterum super postulata fide *S; Hieronymi nomen exhibent tituli in LDCS* 3 quidem *s. l. m2 K* uocem *LN* dicentes *C* 4 consisterit *η* pecc. a. me *LDCS* 5 a] de *N* 6 *alt.* tamquam] sicut *η* 7 et factus *LDCS* 8 quia *ς* sperat *K* 9 uincet *η* effectus *W* 10 enim] autem *D* 11 ut ait quidam non qui patitur *K* *pr.* qui *s. l. B* ut ait quidam *om. NS* iniuriam *NS* 12 miser est] est *W* miser est ut ait quidam *N* 14 aduersum *KS* barbariam *ηWD* barbariem (*lectio in K incerta*) *cet.* 15 uulg. clam. (*corr.*) *η* clamore *L* clamorare *C*

quod genus hoc hominum? quaeue hunc tam barbara morem
permittit patria? hospitio prohibemur arenae.
bella cient primaque uetant consistere terra

et cetera. quae idcirco de gentili poeta sumpsimus, ut qui Christi
pacem non seruat, pacem saltim discat ab ethnico. hereticus 2
uocor homousiam praedicans trinitatem; Sabellianae inpietatis
arguor tres subsistentes, ueras, integras perfectasque personas
indefessa uoce pronuntians. si ab Arrianis, merito; si ab orthodoxis, qui huiusmodi arguunt fidem, esse orthodoxi desierunt
aut, si eis placet, hereticum me cum occidente, hereticum
cum Aegypto, hoc est cum Damaso Petroque, condemnent.
quid unum hominem exceptis sociis criminantur? si riuus tenu- 3
iter effluit, non est aluei culpa, sed fontis. pudet dicere: de
cauernis cellularum damnamus orbem, si in sacco et cinere
uolutati de episcopis sententiam ferimus. quid facit sub tunica
paenitentis regius animus? catena, sordes et comae non sunt
diadematis signa, sed fletus. permittant mihi, quaeso, nihil 4
loqui. cur eum lacerant, qui non meretur inuidiam? hereticus

1 Verg. Aen. I 539—541 5 cf. Col. 3, 15 15 cf. Esth. 4, 3 etc.

1 genus *om.* *W* hoc] hunc *S* quoue η quod (quodue *m2*) *K* quae *LS* hunc ue (*exp.*) *K* hunt η huc 𝔄 barbaram η*N* 2 more *W* 3 permitte a η promittit *W* patriam 𝔄*KN* prohibemus *B* 4 terram η 5 quae] quid *W* poeta gent. *N* gentile η,*L* (*corr.*) poete *W* 6 *pr.* pace η non seruat pacem] *s. l. m2 K* *alt.* pacem *om.* *S* psaltim *D* saltem *CNB* dicat *L* ab] habet hab *C* habere ab *S* ethinos η 7 homoysiam *C* omousiam η,*L* (omousian *p. r.*), omusiam (*seq. eras.* sabellianae impietatis) *K* homousian *B* ? 𝔄 8 subsistentis *W* sosistentes 𝔄 perf. *om.* *C* 9 indefensa *N* 10 fidem ipsi *W* ort(h)odoxi esse *WCN* 11 *pr.* hereticum *om.* *B* accidente *K* 12 damasco *WS* petreque η petro *W* 13 quod *D* crim. soc. *L* 14 effluit *K* fluet (*add. in mg.* ef) η currit *LDCS* fluit *cet.* dixcere (x *exp.*) 𝔄 15 cellurarum *K* cedularum *C* damnamur η orbem η*a.c.NB* urbem *cet.* si η*K*, *om. cet.* socco *Ba.c.m2* in cineri *K* 16 sententia ferī *B* 17 animus] habitus η catenas *DC* catenus *L* catenae *WS* 18 p'mittunt *L* mihi] me ς 19 eum] enim *D* non merentur *D* numerentur *L*

sum: quid ad te? quiesce, iam dictum est. plane times, ne eloquentissimus homo in Syro sermone uel Graeco ecclesias circumeam, populos seducam, scisma conficiam. nihil alicui praeripui, nihil otiosus accipio. manu cotidie et proprio sudore quaerimus cibum scientes ab apostolo scriptum esse: qui autem non operatur, nec manducet.

3. Haec, uenerabilis et sancte pater, cum quali gemitu, cum quali dolore conscripserim, testis est Iesus. tacui, numquid semper tacebo? dicit dominus. non mihi conceditur unus angulus heremi. cotidie exposcor fidem, quasi sine fide renatus sim. confiteor, ut uolunt: non placet. subscribo: non credunt.
2 unum tantum placet, ut hinc recedam. iam iam cedo. abruperunt a me partem animae meae, carissimos fratres. ecce discedere cupiunt, immo discedunt melius esse dicentes inter feras habitare, quam cum talibus Christianis; et ego ipse, nisi me et corporis inbecillitas et hiemis retineret asperitas, modo fugerem. uerumtamen, dum uernum tempus adueniat, obsecro, ut paucis mihi mensibus heremi concedatur hospitium; aut si
3 et hoc tardum uidetur, abscedo. domini est terra et plenitudo eius. ascendant soli caelum, propter illos tantum Christus mortuus sit, habeant, possideant, glorientur; mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu

5 *II Thess. 3, 10 8 *Esai. 42, 14 10 cf. Ioh. 3, 5 13 cf. Horat. carm. II 17, 5 19 Ps. 23, 1 21 Gal. 6, 14

1 qui *L* quod *S* ad te] ante *C* qu. iam] quiescam *W* quies etiam *C* qui es etiam *S* 2 homo *s. l. L* ecclesiam *D* 3 scismam *C* schisma *ς* 4 mane *W* (*corr.*), manus *L* proprio *om. N* 5 cibum] uictum *B* dictum *B* autem *om. B* 6 nec] non 𝔄*LWNB* 7 quale *η* 8 quale *η* quo 𝔄*N* 9 dicit *om. C* 11 placent *L* subsc.—plac. *om. CS* si scribo *L* 12 ut] et *Ka.c.m2* *alt.* iam *om. L* credo *LCS* abripuerunt *LDCS* 14 est esse *K* 16 hiemis] heremi *η* modo *η,Ka.c.m2* iam modo *cet.* 17 aduenit *LDCS* 18 mihi *om. η* heremi] *reliqua pars epistulae hodie legi nequit in* 𝔄 conceditur *D* aut] ut *C*, *om. ηS* si et] et si *ηS* si] se *K* 19 *pr.* et] *s. l. m2 K ex D* 21 sit] est *D,Na.c.m2* gloriantur *L* et glorientur *η* autem *om. KLB* 22 crucem *ηK* nostri] mei *KWB*

Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo.

4. De fide autem quod dignatus es scribere, sancto Cyrillo dedi conscriptam fidem. qui sic non credit, alienus a Christo est. ceterum ego fidei meae testes habeo aures tuas et beati fratris Zenobii, quem tecum omnes, qui hic sumus, plurimum salutamus.

XVIII A.

AD DAMASUM.

Et factum est in anno, quo mortuus est rex 1
Ozias: uidi dominum sedentem super thronum excel-
sum et eleuatum, et plena domus a gloria eius. et 2
seraphim stabant in circuitu eius: sex alae uni et
sex alae alteri. et duabus quidem uelabant faciem

10 *Esai. 6, 1—9

1 est *om. B* 3 cirillo *WBS* 4 alienatus *η* 5 ego] *seq. ras. 2 litt. L* ergo (r *eras.*) *N* mei *η* 6 tecum] *add.* zenobii (*del.*) *B* hinc *D* 7 salutamus] *add.* explicit ad marcum p̄bm 𝔄 ad marcum presb̄ calcidae *K* catholicā fidē s̄t pan de (de *s. l.*) *L* 8 *epistulae XVIII A et XVIII B unius tractatus instar coniunctae leguntur in ς*

F = *Veronensis XVI. 14 s. IX.*
L = *Coloniensis 35 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
W = *Parisinus lat. 1868 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*
S = *Vindobonensis lat. 746 s. XIII.*

9 ad damasum papam de seraphym et (de *add. Σ*) calculo *FΣ* ad eundem de syraphin *L* de serapim in esaiam *W* de morte ozie regis et seraphin (-yn *S*) et calculo in esaie (ysaia *S*) propheta *DS* de morte oziae regis et de calculo et de seraphim ex libro prophetae isaiae *B; Hieronymi nomen exhibent tituli in FΣDBS* 10 et—*p. 74, 18* uidebitis *om. DS* et—13 eius *om. FLΣ* ozias rex *B* 12 plena erat *W* gloria *scripsi* (*cf. infra p. 79, 11*), maiestate *WB* 13 seraphin *B* stabat *B* alae] *s. l. Σ, om. F* 14 altere (*corr.*) *F* faciem eius *FLΣ*

3 et duabus uelabant pedes et duabus uolabant. et
clamabant alter ad alterum et dicebant: sanctus
sanctus sanctus dominus sabaoth, plena est uni-
4 uersa terra gloria eius. et eleuatum est superlimi-
nare a uoce, qua clamabant, et domus inpleta
5 est fumo. et dixi: o miser ego, quoniam conpunctus
sum, quia, cum sim homo et inmunda labia habeam,
in medio quoque populi inmunda labia habentis
habitem, et regem dominum sabaoth ego uidi ocu-
6 lis meis. et missum est ad me unum de seraphim,
et in manu sua habebat carbonem, quem forcipe
7 acceperat de altari. et tetigit os meum et dixit:
ecce tetigit hoc labia tua et auferet iniquitates
8 tuas et peccata tua circumpurgabit. et audiui uo-
cem domini dicentis: quem mittam et quis ibit ad
9 populum istum? et dixi: ecce ego, mitte me. et ait:
uade et dic populo huic: aure audietis et non intel-
legetis, et cernentes aspicietis et non uidebitis.

1. Et factum est in anno, quo mortuus est rex Ozias:
uidi dominum sedentem super thronum excelsum
et eleuatum. antequam de uisione dicamus, pertractandum
uidetur, qui sit Ozias, quot annis regnauerit, qui ei in cete-
2 ris gentibus sint coaeui. et de persona quidem, sicut in Re-
gnorum et Praeteritorum libris legimus, fuit uir iustus et

19 *Esai. 6, 1 23 cf. IV Reg. 15, 1—7 24 cf. II Par. cap. 26

1 pedes eius *B* 2 alterum] alterutrum *W* 3 dominus deus *FLΣB* omnis *B* 4 gloria *scripsi* (*cf. infra p. 80, 13*), maiestate *codd.* eleuata *Σ* est *om. W* 6 dixit *W* 9 et *om. W* uidi ego *B* 10 missus *B*,*L*(*corr.*) unus *B* seraphym *F* seraphin *B* syraphin *L* 11 forcipem (*corr.*) *FΣ* fortiphe *B* 12 acciperat (*corr. m2*) *FΣ* 13 tetigi *B* aufert *WB* 14 circumpurgauit *F* (*corr.*), *L* purgauit *B* 15 quis ibit] quesibit *W* 17 intellegitis *Fa.c.m2*, *LΣ* 18 aspicitis *FLΣ* uidebitis] *seq.* incipit (*om. F*) interpretatio eiusdem capituli *FLΣ* expositio eiusdem *B* 19 ozias (odias *B*) rex *WB* 20 supra *L* 21 et el. et cetera *DB* et cetera et el. *F* et cetera *S* de uisione] diuisione (*corr.*) *Σ* diuisionem *F* 22 uidete *D* qui *W* quis *ΣB* quid *cet.* odias *B* quot] quo *W* ei et *B* 24 et Praet.] *del.*, *in mg.* et paralipomenon *m2* *B*

fecit rectum in conspectu domini aedificans templum, aquae-
ductum fabricans, offerens uasa et pro hoc merito aduersarios
superans, quodque maximum pietatis indicium est, habens multos
in suo imperio prophetas. hic, quamdiu uixit Zacharias sacerdos
cognomento Intellegens, placuit deo et cum omni ueneratione
delubrum eius ingressus est. postquam uero Zacharias obiit, 3
uolens per se offerre donaria sacerdotalem ordinem non tam
pie quam audacter inuasit et reclamantibus leuitis et ceteris
sacerdotibus: 'nonne tu es Ozias rex et non sacerdos?' audire
noluit statimque lepra perfusus in fronte est secundum pro-
phetae uocem dicentis: inple, domine, facies eorum igno-
minia, quam corporis partem sacerdos auri lammina protegebat,
quam in Ezechiel dominus iubet tau litterae inpressione signari,
de qua Dauid exultat dicens: signatum est super nos
lumen uultus tui, domine, in qua allophylus procax fun-
dae lapide ictus interiit. regnauit autem Ozias annis quin- 4
quaginta duobus, quo tempore apud Latinos Amulius, apud
Athenienses Agamestor undecimus imperabant. post cuius mor-
tem Esaias propheta hanc uisionem, quam explanare nunc
nitimur, uidit, id est eo anno, quo Romulus, Romani imperii
conditor, natus est, sicut manifestum esse poterit his, qui uolu-
erint legere Temporum librum, quem nos in Latinam linguam
ex Graeco sermone transtulimus.

1 *II Par. 26, 4 4 cf. ibid. 26, 5 9 cf. ibid. 26, 18—19 11 *Ps. 82, 17 12 cf. Ex. 28, 38 13 cf. Ezech. 9, 4 14 Ps. 4, 7 15 cf. I Reg. 17, 49 16 cf. II Par. 26, 3

1 dei *W* templum] *s. l. add.* et *B* 2 et] *s. l. Σ, om. L* 3 quodque *W* quod *LBS* quo *cet.* iudicium *B* 4 in *om. Σ* uix *W* sac. cogn. int. zach. *B* 6 delubrum] *seq.* in templum (*exp.*) *B* 8 quam] quia *S* sac. cet. *ς* 9 rex ozias *ς* 10 percussus *WS* est *s. l. Σ* iuxta *DS* 11 domine] đ *S, s. l. m2 Σ* 12 lamina *ΣBS* 13 ezechihel *D* iezechiel *B* zechiele *W* thau *S* 14 exultans *ΣB* dicit *Σ* 15 in qua *s. l. Σ* allophilus *D* alophilus *WS* allofilus *cet.* 16 lapidis *FDS,ΣBp.c.m2* hictus (hictu *m2*) *B* ictu *DS* interit *D* 17 et duobus *LΣB* amullinus *W* 18 agammestor *B* undecimi *S* si *F* imperabat *ΣW,Bp.c.m2* 19 esaia *D* esayas *B* ysaias *S* isaias *ς* nunc nit. expl. *Σ* 20 romolus *F,Σa.c.m2, WD* 21 potuerit *FΣ* 23 transt.] *add.* sequitur *FBS,Σ(s.l.m2)*, *add.* eorum *D*

2\. *Et factum est in anno, quo mortuus est rex Ozias: uidi dominum sedentem super thronum excelsum et eleuatum.* praemissa historia spiritalis sequitur intellectus, cuius causa historia ipsa replicata est. uiuente leproso rege et, quantum in se est, sacerdotium dissipante Esaias uisionem
2 uidere non potuit. quam diu ille regnum tenuit in Iudaea, propheta oculos non leuauit ad caelum, non ei sunt reserata caelestia, non apparuit dominus sabaoth nec in mysterio fidei ter sancti nomen auditum est. quando uero ille mortuus est, uniuersa, quae subsequens sermo monstrabit, aperto sese lumine prodiderunt. tale quiddam et in Exodo scriptum est: dum Pharao uixit, populus Israhel ex luti et lateris palearumque opere non suspirauit ad dominum; dum ille regnauit,
3 nemo quaesiuit deum patrum Abraham, Isaac et Iacob. quando uero ille mortuus est, suspirauerunt filii Israhel, ut scriptura dicit: *et ascendit clamor eorum ad dominum*, cum utique iuxta historiam tunc magis gaudere debuerint et ante suspirare, dum uiueret. Ezechiel quoque prophetante Phaltias filius Banaiae occubuit et post pessimi ducis interitum: *cecidi*, inquit, *super faciem meam et clamaui uoce magna et dixi: heu mihi, heu mihi, adonai domine, in consumma-*

1 *Esai. 6, 1 14 cf. Ex. 3, 15 16 *Ex. 2, 23 19 *Ezech. 11, 13

1 in *om. W* odias rex *B* ozias rex *ς* 2 supra *FL,Σa.c.* 3 eleuatum explicit (explicat *B* [*del.*], *S*) *FDBS* spiritali (*corr. m2*) *FΣ* spiritualis *B* sequatur *LΣ* 5 et] in *D* se *WB* re *cet.* esaiam (*corr.*) *D* esayas *B* ysaias *S* isaias *ς* 6 in] *s. l.* (*del. m2*) *Σ* iudaeae *Σp.c.m2* 7 leuabat *Σ* 8 app. ei *BS* ministerio *FL,Σ* (ni *eras.*), *D* 9 sancti *s. l. m2 B* nomen *in ras. m2 B* est *om. D* 10 quae *in ras. D* monstrabit *WS* monstrauit *cet.* aperte *F* se *W,B* (*in ras. m2*), *Σa.c.m2* 11 et *om. W* 12 dum adhuc *W* luto *FD* luci *W* et *om. FDS* et palearum *L,Σ a.c.m2* 13 opere pressus *F,Σp.c.m2,DBS* 14 dominum deum *B* 16 deum *FS* 18 suspirarent *L,Σ* (*corr.*) dum *WS* cum *cet.* hiezechiel *D* hiezechiele *LW* 19 filios *W*, *om. S* banai *W* baiane *F* (bainie *m2*), *DB* 21 *pr.* eu *B* *alt.* eu *LB* adonai (-y *B*) domine *LWB* (*cf. cod. Alex.* αδωναι κυρις), domine adonai *F* adonai (-y) *DS* domine *Σ* in] en *W*, *om. LΣ* consummatione *ς*

tionem tu facis reliquias Israhel. si ergo intellegas 4
in Ozia et Pharaone et Phaltia et ceteris istiusmodi contrarias fortitudines, uidebis, quomodo illis uiuentibus nullus nostrum uideat ac suspiret et in paenitentiam corruat. non regnet, ait apostolus, peccatum in mortali uestro corpore. regnante peccato Aegyptiis extruimus ciuitates, in cinere uersamur et sordibus, pro frumento paleas, pro solida petra luti opera sectamur.

3. Sequitur: uidi dominum sedentem super thronum excelsum et eleuatum. uidit et Danihel sedentem dominum, sed non super thronum excelsum et eleuatum. pollicetur et alibi uox diuina dicens: ueniam et sedebo et iudicabo populum in ualle Iosaphat, quod interpretatur 'domini iudicium'. qui peccator est et mei similis, uidet 2
dominum sedentem in ualle Iosaphat, non in colle, non in monte, sed in ualle et in ualle iudicii; qui uero iustus et Esaiae similis est, uidet illum sedentem super thronum excelsum et eleuatum. ut autem et aliud inferam: quando eum mente pertracto regnare thronis, dominationibus, angelis ceterisque uirtutibus, uideo excelsum thronum eius; quando autem considero, quo- modo genus dispenset humanum et pro nostra salute saepe descendere dicatur ad terras, uideo humilem et terrae proximum thronum eius.

4. Sequitur: uidi dominum sedentem super thronum

4 *Rom. 6, 12 9 *Esai. 6, 1 10 cf. Dan. 7, 9 12 *Ioel 3, 12 19 cf. Eph. 1, 21. Col. 1, 16 24 *Esai. 6, 1—2

1 reliquis *W* reliquiarum *LΣ* 2 *pr.* et] in *Σ* faltasia *Ba.c.* contrariis fortitudinis *W* 4 ac *om. W* suspirare *D* poenitentia *W* 5 peccatum *s. l. m2 Σ* uestro mortali *FΣS* 6 egyptus *D* extr.] exiuimus *D* in] et in *BS* 7 et] ac *B* 8 sect.] festinamur *D* 9 Seq.] *s. l. m2 Σ, om. L* 10 daniel *Σ* dauid *D* 11 pollicite *D* 13 populos *Σ* uallem *W* iosephat *Fa.c.m2* 14 mihi *LΣ* uidit *WD* 16 et in ualle *om. W* 17 similiter *Fa.c.m2* est *om. DBS* uidit *WD* 18 alium *W* eum] *in mg. m2 Σ* cum *D* autem *L* 19 pertractauero *Σ* regnare in *ς* 23 prox. terrae *DS* eius *add. m2 Σ* 24 Seq.] *s. l. m2 Σ, om. LW*

excelsum et eleuatum, et plena domus a gloria
eius. et seraphim stabant in circuitu eius. quidam
ante me tam Graeci quam Latini hunc locum exponentes do-
minum super thronum sedentem deum patrem et duo seraphim,
quae ex utraque parte stantia praedicantur, dominum nostrum
2 Iesum Christum et spiritum sanctum interpretati sunt. quorum
ego auctoritati, quamuis sint eruditissimi, non adsentio, multo
si quidem melius est uera rustice quam diserte falsa proferre,
maxime cum Iohannes euangelista in hac eadem uisione non
deum patrem, sed Christum scribat esse conspectum. nam
cum de incredulitate diceret Iudaeorum, statim causas incre-
dulitatis exposuit: et ideo non poterant credere in eum,
quia dixit Esaias: aure audietis et non intellegetis,
et cernentes aspicietis et non uidebitis. haec autem
dixit, quando uidit gloriam unigeniti et testifica-
3 tus est de eo. in praesenti uolumine Esaiae ab eo, qui sedet
in throno, iubetur, ut dicat: aure audietis et non intel-
legetis. qui autem hoc iubet, ut euangelista intellegit, Chri-
stus est; unde nunc colligitur non posse seraphim Christum
4 intellegi, cum Christus sit ipse, qui sedeat. et licet in Actibus
apostolorum aduersus Iudaeos inter se dissidentes Paulus dicat:
bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophe-
tam ad patres nostros dicens: uade ad populum istum

12 *Ioh. 12, 39—41 13 *Esai. 6, 9 17 *Esai. 6, 9 22 *Act. 28, 25—27 23 *Esai. 6, 9—10

1 plena erat ς a] ex (*corr.*) *Σ*, *om.* ς gloria *scripsi* (*cf. p. 79, 11*), maiestate *codd.* 2 seraphim *D* serapym *W* seraphin *BS* seraphyn *F* siraphin *Σa.c.m2* syraphin *L* stabat *F* 4 supra *LΣB* deum *WB* dominum *cet.* seraphim *W* seraphin *DBS* siraphin (seraphin *m2*) *Σ* seraphyn *F* syraphin *L* 5 qui *FD* utroque *D* predicator *W* 7 assentior ς multi (*corr. m2*) quidem *D* 8 falsa desertae *W* 9 hac] ac *DB* hec *W* 11 iud. dic. *FLΣ* 12 exp. dicens ς et *om.* *W* poterat *D* (*corr.*), *S* 13 intelle(i)gitis *FLΣa.c.m2,D* 16 de eo] deo *Σa.c.m2* praesenti ergo ς, ergo *add. s. l. B* 17 intelle(i)gitis *FLΣa.c.m2* 18 quod *S* hoc] *s. l. S* haec ς 19 nunc *om.* *W* collegitur *Fa.c.m2*, *W* 20 ipse] *s. l. m2 Σ*, *om.* *L* sedet (*corr.*) *Σ* et *om.* *W* actis ς 21 dissedentes *FL,Σa.c.m2* 23 istum *WB*, *om.* *cet.*

et dic: aure audietis et non intellegetis, et uidentes uidebitis et non perspicietis. incrassatum est enim cor populi huius et auribus suis grauiter audierunt et oculos suos clauserunt, ne quando uideant oculis et auribus audiant et corde intellegant et conuertant se et sanem illos, mihi tamen personae diuersitas non facit quaestionem, cum sciam et Christum et spiritum sanctum unius esse substantiae nec alia spiritus uerba esse quam filii nec aliud filium iussisse quam spiritum.

5. Sequitur: et plena domus a gloria eius. domus dei,
quae sursum est, gloria plena conspicitur; haec uero, quae
deorsum est, nescio an plena sit gloria, nisi forte secundum
psalmistae sensum dicentis: domini est terra et pleni-
tudo eius nos quoque dicamus eos esse in terra plenos
gloria, qui possint dicere: nos omnes ex plenitudine eius
accepimus. istam domum sapientes mulieres aedificant et 2
insipiens dissipat manibus, de ista et Esaias loquitur: et
erit in nouissimis diebus manifestus mons domini
et domus dei in summis montibus et eleuabitur
super colles. haec est domus, de qua et alibi supra dictus 3
Paulus sacrata uoce testatur: et Moyses quidem fidelis

11 *Esai. 6, 1 14 Ps. 23, 1 16 *Ioh. 1, 16 17 cf. Prou. 14, 1 18 *Esai. 2, 2 22 *Hebr. 3, 5—6

1 intellegitis *FLΣa.c.m2,D* 2 perspicietis (per *in ras. m2*) *B* prospicietis *LΣ* percipietis *W* 3 enim *om. DS* 4 cluserunt *W* 5 oc. suis *Σ* audiunt *D* cor *D* 6 conuertant se (ad me *add. W*) *LΣW* conuertantur *cet.* eos *S* 7 faciat (*corr.*) *D* sciat *FD* 8 sanctum *om. W* 9 filium *s. l. L* 10 spir. sanctum *W,B* (*in mg.* sc̃m *m2*) 11 Seq.] *s. l. m2 Σ, om. LWB* plena erat *BS* a *D, om. cet.* gloria] maiestate *DS* 12 consp.] confitetur *S* 14 sens. ps. *W* 15 eos esse (esse eos *B* esse *om. Σ*) in t. pl. gl. *LΣWB* eos in t. pl. (pl. in t. *DS*) gl. esse *FDS* 16 possunt *W* 18 insipientes dissipant *codd. praeter W pr.* et *om. BS* 19 manifestatus *W* manifestus (*del. m2 B, om. DS*) praeparatus *BDS* mons—dei *W* domus domini *F* mons (*s. l. m2 Σ*) domus domini *cet.* 22 fideli *Dp.c.*

in tota domo eius quasi famulus in testimonium eorum, quae dicenda erant; Christus uero ut filius super domum eius, cuius domus sumus nos, si tamen principium substantiae eius usque ad finem firmum teneamus. de hac et ad Timotheum loquitur: haec autem scribo, ut scias, quemadmodum oporteat te conuersari in domo dei, quae est ecclesia.

6. Sequitur: et seraphim stabant in circuitu eius:
sex alae uni et sex alae alteri. et duabus quidem
uelabant faciem et duabus uelabant pedes et dua-
bus uolabant. et clamabant alter ad alterum et di-
cebant: sanctus sanctus sanctus dominus saba-
2 oth, plena est uniuersa terra gloria eius. uolumus scire,
quae sint seraphim stantia in circuitu dei; quae sex alae unius
et simul iunctis duodecim; quomodo duabus uelent faciem et
duabus pedes et duabus uolent, cum superius in circuitu dei
stare dicantur, aut quomodo stent in circuitu, cum duo sint;
quid sit illud, quod alter ad alterum clamitent et ter sancti no-
men ingeminent; quomodo superius domus plena gloria et nunc
3 terra esse dicatur. quae cum non minimum puluerem moueant
et prima statim fronte difficultatem interpretationis obiciant,
in commune dominum deprecemur, ut mihi quoque de altari

5 *I Tim. 3, 14—15 8 *Esai. 6, 2—3 22 cf. Esai. 6, 6

1 in *om.* *W* 2 uero] autem *W* 3 nos sumus *FLΣB* 4 eius *Σ* (*s. l. m2*), *DBS*, *om. cet.* fidem *F* firmam *L*,*Σ* (*corr.*) 5 retineamus *LΣ* haec—te *om. W* 6 scribo uobis *S* dico *Σ* in domo dei op. te conu. *S*,*D* (te *ante* in) 7 uersari *W* domini *FLΣ* qui *W* est *s. l. FΣ* 8 Seq.] *in mg. add. m2 B*, *om. LΣW* 9 *alt.* alae *om. F* et duabus—faciem *om. W* 10 *pr.* duabus] dua *W* 11 alter] *ex* aliter *W* ad *s. l. B* et dicebant *om. DS* 12 dominus *WD* deus *L* dominus (*s. l. Σ*) deus *cet.* 14 circuitus *B* dei] eius *Σ* alae] *s. l. m2 Σ*, *om. L* 15 iunctis *scripsi* iuncti *W* adiunctae *cet.* iunctae *ς* uelent *W*,*Bp.c.m2* uelabant *cet.* 16 uolent] *ex* uolabant *m2 B* uolent et duabus quidem uelabant faciem *W* (*cf. ad lin. 9*) 17 sint] *add.* et alibi uolent *FDBS*,*Σmg.* 18 alter] altera *D* et ter *W*,*Bp.c.m2* et *cet.* 19 gloria ē *Σ* 20 quae] quē *S* moueat *FLΣD* 21 interpretatis *L*,*Σa.c.m2* obiciat *Lp.c.* 22 deum *ΣB* precemur *LΣB*

carbo mittatur et omni peccatorum sorde detersa primum
possim dei sacramenta conspicere, dehinc enarrare, quae uidero.
seraphim, sicut in interpretatione nominum Hebraeorum inue- 4
nimus, aut 'incendium' aut 'principium oris eorum' interpre-
tantur. quaerimus, quid sit hoc incendium. saluator ait: ignem
ueni mittere super terram et quam uolo, ut ar-
deat! duo discipuli, quibus in itinere scripturas dominus aperu-
erat a Moysi et omnibus prophetis incipiens, postquam rese-
rati sunt oculi eorum, cognoscentes eum dixerunt ad alteru-
trum: nonne cor nostrum erat in nobis ardens, in
uia cum adaperiebat nobis scripturas? et in Deutero- 5
nomio deus ipse ignis scribitur esse consumens et in Ezechiele
quoque a renibus usque ad pedes uidetur igneus et eloquia
domini eloquia casta, argentum igne examinatum
terrae, purgatum septuplum et multa alia, quae
si de omnibus scripturis uoluero replicare, perlongum est.
ergo quaerimus, ubi sit hoc incendium salutare. nulli dubium, 6
quin in sacris uoluminibus, ex quorum lectione uniuersa ho-
minum uitia purgantur. de eo uero, quod sequitur 'principium
oris eorum', quomodo possit ad scripturas referri, uereor, ne,

5 *Luc. 12, 49 8 cf. Luc. 24, 27. 31 10 *Luc. 24, 32 11 cf. Deut. 4, 24 12 cf. Ezech. 8, 2 13 *Ps. 11, 7

1 et] ut ς primo *DS* 2 quod *F,Σa.c.m2* 3 in] *s. l. m2 Σ, om. FWD* hebraicorum *L,Σ* (a *ex* e) iudaeorum *W* inuenimus] *add.* interpretatur ardor *S add.* ardor ς 4 *alt.* aut—inc.] de quo *S* 5 quod *D* hoc *om. codd. praeter W* ait *om. S* 6 super *W* in *cet.* quam] quem *DS,Σp.c.* quae (quaem *m2*) *F* quae (*in mg. m2* uel quem) *B* ut iam *LΣ* 7 de (*om. FΣDS*) duobus discipulis *FLΣDS* dom. script. ς aperuit *Σ* 8 moyse *ΣS,Bp.c.m2* 9 sunt *s. l. Σ* dix. *s. l. Σ* 10 ardens (ens *in ras. m2 seq. ras. 4—5 litt.*) *Σ* ard. er. i. nob. *F* (*seq. ras. 6 litt.*) *DS* in uia cum *LW* dum loqueretur in uia et (*praeter* dum *add. m2 s. l. Σ*) *cet.* 11 adaperiebat *W* aperiret *cet.* 12 ezechiel *FΣ* ezechihel *D* 13 uid. esse *BS* ignis *Bp.c.m2* 15 terrae purg. *W* probatum *cet.*, *cf. p. 38, 1* septuplo *D* septulum *Σ* 16 de o. scr. si *B* si *om. D* scr. omn. *DS* 17 si *ante* ergo *add. Engelbrecht comma post* salutare *ponens* sit *om. L* 18 quin] quam in *L* (*corr.*) quam *F,Σ a.c.m2* qui *W* 19 de eo] ideo *W* uero] *s. l. m2 Σ, om. W*

si dicere coeperimus, non tam interpretari, quam uim scrip-
7 turis adferre uideamur. initium oris et communis eloquii et hoc omne, quod loquimur, Hebraeam linguam, qua uetus testamentum scriptum est, uniuersa antiquitas tradidit. postquam uero in fabricatione turris per offensam dei linguarum diuersitas adtributa est, tunc sermonis uarietas in omnes dispersa est nationes. igitur et incendium et initium oris in duobus animaduertitur testamentis. quae circa deum stare non mirum est, cum per ea dominus ipse discatur.

8 'Sex alae uni et sex alae alteri' Victorinus noster duodecim apostolos interpretatus est. nos possumus et duodecim lapides altaris, quos ferrum non tetigit, et duodecim gemmas, ex quibus sacerdotis insigne constructum est, accipere, quas et Ezechiel memorat et Apocalypsis non tacet. quorum quid uerum sit, deus uiderit; quid uerisimile, in sequentibus exponemus.

7. Et duabus quidem uelabant faciem et duabus uelabant pedes et duabus uolabant. uelabant faciem non suam, sed dei. quis enim eius potest scire principium, quid, antequam istum conderet mundum, in rerum

5 cf. Gen. 11, 1—9 10 *Esai. 6, 2 11 cf. III Reg. 18, 31—32 12 Deut. 27, 5 cf. Ex. 28, 17—21. 39, 10—14 14 cf. Ezech. 28, 13 cf. Apoc. 21, 19—20 17 *Esai. 6, 2

1 uim] *s. l. L* uis *F* scriptis *W* 2 afferri *LΣ* inferre *DBS* inferri *F* uideam (*corr. m2*) *F* *pr.* et] sed *L,Σ* (*corr.*) 3 omne] comune *S* hebrea lingua *FLΣD,Bp.r.* hebree linguae *S* ueteri *D* 4 uniuersa *del. m2 B* antiquitus *FL,Σ(corr.),Bp.c.m2* 5 diu. ling. *Σ* 6 tributa *S* uarietas] *in ras. m2 B* diuersitas uel uarietas *S* diuersitas saluari etas *D* in omnes *in ras. m2 B* omnis *W* nat. disp. est *DS* nat. (*in ras. m2*) disp. est nat. (nat. *del. m2*) *B* 8 deum] dominum *W* dñi *F* 9 ipse dom. *D* ipse *om. FΣS* dicatur *F* 10 *alt.* alae *om. F* noster] inter *FD* in *S* noster in *B* 12 lapidem *D* 13 sacerdotes *FWD* insigne *L* insigne diadema (diadema *s. l. add. m2 Σ*) *cet.* est *s. l. B* 14 quas *scripsi* quod *W* quos *cet.* et] *s. l. Σ, om. S* ezechihel *Σ* zechiel *W* hiezechihel *D* memorauit *L* commemorat *S* 15 in] *s. l. m2 Σ, om. L* 16 exponamus *FΣ* exponam *L* 17 *ante pr.* et *add.* sequitur *FDBS* 19 eius sc. pot. *D* pot. sc. eius *W* 20 istud *W* in rerum *W,B* (*in ras. m2*) iterum *FLΣD* interim *S*

fuerit aeternitate, quando thronos, dominationes, potestates,
angelos totumque ministerium caeleste condiderit? et dua- 2
bus uelabant pedes: non suos, sed dei. extrema quippe
eius scire quis potest? quid post consummationem sae-
culi sit futurum, quid, postquam genus hominum fuerit
iudicatum, quae sequatur uita, an rursum alia futura sit
terra et post transitionem alia rursum elementa uel alius
mundus solque condendus sit. priora adnuntiate mihi
et, in nouissimo quae futura sunt, et dicam, quia
dii estis, ait Esaias significans neminem posse, quid ante
mundum fuerit et quid post mundum futurum sit, enarrare.
et duabus uolabant: media tantum cognoscimus, quae 3
ex scripturarum nobis lectione panduntur: quando mundus
factus sit, quando plasmatus homo, quando diluuium, quando
lex data sit, ut ex uno homine uniuersa terrarum spatia
conpleta sint et in extremo tempore dei filius pro nostra salute
sumpserit carnem. cetera uero, quae diximus, ista duo sera-
phim in facie pedibusque texerunt.

Et clamabant alter ad alterum: pulchre positum alter 4
ad alterum. quidquid enim in ueteri legimus testamento, hoc
idem et in euangelio repperimus et, quod in euangelio fuerit
lectitatum, hoc ex ueteris testamenti auctoritate deducitur; nihil
dissonum, nihil diuersum est.

2 *Esai. 6, 2 8 *Esai. 41, 22—23 12 *Esai. 6, 2 19 *Esai. 6, 3

1 fuerit *W*, *add.* in *cet.* 2 ministerium *W,Bp.c.m2* my(i)sterium *cet.* cond. cael. *Σ* cond.] *add.* sequitur *FDBS,Σ s.l.m2* 3 pedes *W*, *add.* eius *cet.* suas *L* 4 quippe] quoque *DBS* quis scire *FLΣ* 5 futurum sit *D* 6 secuntur *W* uita] ura *D* suisum *FD* sit futura *ς* 7 pos *W* 8 condensus *W* adnuntiante *FL* (*corr.*) nuntiate *B* 9 in nou. *W* nouissima *cet.* dico *W* 10 significas (*corr. m2*) *F*, *om. Σ* 13 et ex *W* 15 diuersa *W* spat. terr. *DS* 17 susceperit (*pr.* e *ex* i *m2*) *L* susciperet *Σ* 18 in *del. B* faciem *LB,Σ* (*corr.*) pedesque *Bp.c.m2* extexerunt *W* 19 clamabat *Fp.c.* positum est (est *s. l. m2 B*) *Bς* alterum] *add.* sanctus sanctus sanctus *FL,Σ* (*corr.*) 20 legimus *om. W* 21 *pr.* et] *eras. Σ, om. LW* repp.—*alt.* eu. *om. W* reperimus *ΣS* 22 ex *W* in *cet.* ueteri *FL,Σa.c.m2* testamento *F* nihil] *add.* in eis *W* 23 dissonum est *B* diuisum (*ex* diusum) *F*

5 Et dicebant: sanctus sanctus sanctus dominus sabaoth. in ambobus testamentis trinitas praedicatur. quod autem sabaoth et saluator noster dicatur, accipe exemplum in uicesimo tertio psalmo: uirtutes, quae domino ministrabant, ad caelestes alias fortitudines proclamabant, ut pandant ianuam domino reuertenti: tollite portas, principes, uestras — siue, ut Aquila interpretatur, adtollite, portae, capita

6 uestra — et introibit rex gloriae. rursum illae, quia indutum carne conspiciunt, nouo mysterio stupefactae interrogant: quis est iste rex gloriae? accipiuntque responsum: dominus uirtutum ipse est rex gloriae, quod in Hebraeo scribitur: 'dominus sabaoth'. sciendumque, quia, ubicumque septuaginta interpretes 'dominum uirtutum' et 'dominum omnipotentem' expresserint, in Hebraeo sit positum 'dominus sabaoth', quod interpretatur Aquila 'dominus militiarum'. dominus quoque ipse hic quattuor litterarum est, quod proprie in deo ponitur: iod he iod he, id est duobus IA, quae duplicata ineffabile illud et gloriosum dei nomen efficiunt.

7 Plena est uniuersa terra gloria eius. hoc adhuc a seraphim dicitur de aduentu domini saluatoris, quomodo

1 *Esai. 6, 3 6 *Ps. 23, 9 10 Ps. 23, 10 11 Ps. 23, 10 19 *Esai. 6, 3

1 dominus] *add.* deus *FΣBS* 2 testamenti *D* trin.] *s. l. m2 Σ*, *om. L* quot *D* 3 autem] *exp. m2 L*, autem et *S* noster] *om. F*, *add.* esse *codd. praeter W* dicitur *S* accipere *D* 4 in *om. D* uic. quarto *BS* uirtutis *W* queque *B* 5 dom. ian. *D* 6 portas *s. l. F* principis uestri *L,Σp.c.* 7 porta *Fa.c.m2* capitae uestrae *B* capita uestra pulchrae positum alter ad alterum sequitur (seq. *s. l. m2Σ*) *FLΣ* (*cf. p. 83, 19*) 8 introiuit *WB,FLΣ* (*corr.*) qui (quae *m2*) *Σ* quem *FDS* 9 suspiciunt *D* mynisterio *S* stupefacta *F,Σa.c.m2*, *D* rogant *W* 10 qui sit *W* 12 ebreo (*corr.*) *ΣB* hebreos *W* sciendum quoque *FB* secundo queque *S* 14 expresserunt *FL,Σa.r.* 15 aqu. int. *DS* 16 est litt. *D* 17 ponitur *om. S* iot he iot he *B* iod he *Σ* ioth hē iothem *W* ioth he uau he *S* duobus *W* duabus (duabus et duabus *S*) *cet.* IA quae] ia que (*in ras. m2*) *B* iamque *W* ia *om. S* 18 duplicatae *Bp.c.m2* domini (*del. m2*) dei *B* nomen dei *FS* efficiant (*corr.*) *LΣ* 19 omnis *S* 20 a] ad *S*

in omnem terram praedicatio illius porrigatur et apostolorum
sonus mundi limites penetret.
8. Sequitur: *et eleuatum est superliminare a uoce,
qua clamabant.* legimus in ueteri testamento, quod semper
dominus Moysi et Aaron ad ostium tabernaculi sit locutus, quasi
ante euangelium necdum eos in sancta sanctorum induxerit,
sicuti ecclesia postea introducta est dicens: *introduxit me
rex in cubiculum suum.* quando ergo dominus noster 2
descendit ad terras, superliminare illud, id est quasi quoddam
obstaculum, intrare cupientibus sublatum est et uniuersus hic
mundus inpletus fumo, id est gloria dei. ubi autem in Latino 'ele-
uatum' legimus, in Graeco 'sublatum' ponitur. sed quia uerbi
ambiguitas utroque modo interpretari potest, nostri 'eleuatum'
interpretati sunt pro 'ablato.'
Et domus inpleta est fumo. deus, ut supra diximus, 3
ignis est; hic cum in Sina monte descendisset ad Moysen,
ad aduentum eius uidebantur lampades discurrentes et plenus
omnis mons fumo. unde in psalmis dicitur: *qui tangis mon-
tes, et fumigabunt.* ex igne ergo, quoniam totam substan-
tiam capere non possumus, leuior quaedam in uniuersum mundum
et, ut ita dicam, rarior fumi natura dispergitur, quam nos capi-
entes dicamus: *ex parte cognoscimus et ex parte prophe-
tamus* et: *nunc uidemus per speculum in aenigmate.*

3 *Esai. 6, 4 4 cf. Ex. 33, 9—10 7 *Cant. 1, 3 15 *Esai. 6, 4 16 cf. Ex. 19, 16—19 18 *Ps. 103, 32 22 I Cor. 13, 9 23 *I Cor. 13, 12

2 lim. mundi *Σ* 3 Seq.] *s. l. m2 Σ, om. LW* 4 quam *D* 5 ad moysen *FLΣ* 6 in *om. S* induxerat *W* induxit *D* adduxerit *Σ* introduxerit *ς* 7 sicuti *W* sicut *L,Σ* (*s. l.* dei *m2*), *D* sicut (sic *S*) dei *FBS* 8 suum *om. D* quomodo *W* 9 descendat *D* 10 capientibus *Fa.c.m2* ablatum *W* 11 fum. impl. *ς* impletur *Σ* fumo est *Σ* 12 ἐπήρθη sublatum *ς* 13 in utroque *LΣ* 14 sublato *LΣ* 15 est *W, s. l. ΣB, om. cet.* 17 lampades] *add.* uel lapides (*del.*) *B* excurrentes *Bp.c.* 18 psalmo *B* tangit *DB* 19 fumigant *D* 20 uniuerso mundo *B* 21 naturam (*corr.*) *FΣ* dispargitur *F,L* (*corr.*), *D,Ba.c.m2* cupientes *L* 22 dicimus *WB* 23 in speculum *B* in speculo (o *ex* a) *Σ*

9. Et seraphim stabant in circuitu eius: sex alae uni et sex alae alteri. quidam Graecorum, uir in scripturis adprime eruditus, seraphim uirtutes quasdam in caelis esse exposuit, quae ante tribunal dei adsistentes laudent eum et in diuersa ministeria mittantur maximeque ad eos, qui purgatione indigent et ob pristina peccata aliqua ex parte suppliciis. 'quod autem sublatum est', inquit, 'superliminare et domus inpleta est fumo, signum est templi Iudaici destruendi et incen-
2 dii uniuersae Hierusalem'. nonnulli uero in superioribus consentientes in extrema parte dissentiunt. nam superliminare sublatum illo tempore praedicant, quando uelum templi scissum est et uniuersa domus Israhel erroris nube confusa, quando Iosephus refert sacerdotes ex adytis templi uirtutum caelestium audisse uocem: 'transeamus ex his sedibus'.

10. Est uero quidam, a quo ego perplurima didicisse me gaudeo et qui Hebraeum sermonem ita elimarit, ut inter scribas eorum Chaldaeus aestimetur. is longe alia uia ingressus est. ait enim nullum prophetarum extra Esaiam uidisse seraphim circa deum stantia et ne ipsa quidem seraphim alibi lectitari, dein consummationis et captiuitatis Hierusalem, quae sub

1 *Esai. 6, 2 11 cf. Matth. 27, 51 etc. 13 cf. Ioseph. Bell. Iud. VI 5, 3

1 stabat *W* eius *om. F* 2 alae *s. l. m2 F* uir *W, om. cet.* 3 apprime ς 4 dei *s. l. Σ* adsistens *W* laudant *W* 5 in *s. l. L* misteria *L* mysteria *F* purgationem *LW,FD* (*corr.*) 6 suppliciis purgantur (purgari merentur ς) *B*ς 8 incendium uerse *FD* in (*exp. B, om. S*) incendium subuerse *BS* incendendae un. ς 9 Hierusalem] *in ras. Σ, add.* quam uidemus nunc destructam *in mg. m2 B* 10 in *s. l. m2 Σ* 11 illa tempora *Σ* 13 ioseppus *F,L* (e *ex* i) iosepus *Σ* aditis *W* abditis *cet.* uirtute (*corr.*) *Σ* 15 uero *W* uero uir *B* uir *cet.* perplurima *W* quedam uel plura *B* plura *cet.* 16 hebreū (ū *in ras.*) *B* hebraeorum ς 17 chaldeos *W* caldeus *FΣB* estimet *D* extimetur *B* existimetur *LW,Σ* (*pr.* i *ex* e) his *B,ΣW*(*corr.*) aliā uiā *Bp.c.m2* 19 dominum *FDS* nec *Lp.c.m2* lecticari *W* lectari *D* latitari *S* 20 dein *L,Σa.c.m2,W* dehinc *FDS,Σp.c.m2* de (*s. l. m2*) inc de (*exp.*) *B* captiuitate *La.c.m2* Hierusalem] israhelū (ū *exp.*) *L*

Nabuchodonosor facta est, signum esse praemissum. ab Ozia 2
quippe, sub quo prophetare orsus est, usque ad Sedechiam,
qui extremus regnauit et qui caecus in Babylonem ductus est,
fuisse reges undecim et duodecimum Godoliam, quem consti-
tuerat rex Babyloniae super terram, quem interfecit Ismahel
filius Nathaniae inter medias epulas, reliquiarum patriae par-
ricida, et has esse duodecim alas, e quibus quattuor faciem
suam uelent, sicut in nonnullis exemplariis inuenitur, quattuor
uolent, quattuor pedes suos contegant. ex his quippe duodecim 3
regibus quattuor tantum iustos fuisse reges: Oziam, Ioatham,
Ezechiam et Iosiam, qui sublimes per singulas captiuitates
glorificare audeant deum: sanctus sanctus sanctus dominus
sabaoth. reliquos uero propter peccata uelare faciem et alios,
quia in captiuitatem ducti sunt, pedum celare uestigia. super-
liminare uero sublatum et domum inpletam fumo, sicut supra
diximus, euersionem Hierusalem et incendium templi exposuit.

11. Et ut, quia semel eius coepi referre sententiam, etiam ea, quae necdum a me sunt tacta, contingam, forcipem, de qua altaris carbo conprehensus est, et labia purgata propriam Esaiae adseruit passionem, qua sub Manasse interfectus est

1 cf. Hier. 1, 2—3 2 cf. IV Reg. 25, 7. Hier. 39, 7 4 cf. IV Reg. 25, 22. Hier. 40, 7 5 cf. IV Reg. 25, 25. Hier. 41, 2 12 *Esai. 6, 3 18 cf. Esai. 6, 6—7

1 nabuc. *B* naboc. *F* nabog. *W* hozia *B* otia *D* 2 orsus e. pr. ς sedecchiam *W* sedeciam *D,La.c.* 3 est *s. l. m2* Σ 4 regis *W* constituit *D* 5 babilonie (babilonis *m2*) *B* baby(i)lonis *FDS* ismael ς 6 mathaniae *W* nathanihel *L*Σ nathanahel *FDS* natanahel (natanihe *m2*) *B* pariae (*corr.*) *L*Σ paricida *S* paracida *W* 7 esse has *B* 8 suam *om.* *FDBS* exemplaribus *W*,Σ*p.c.Bp.c.m2* 9 uolant *W* suos *L*,Σ(*eras.*), *W*, *om. cet.* his] quibus *DS* 10 tantum quattuor *W* reges *om.* *FDS* iotham Σ iohatan *B* 11 osiam *F* singulos *B* ciuitates *S* 12 glor. deum (*seq. ras. 4 litt.* Σ) audeant *F*Σ glorificari audiant deum *W* audeant glor. deum ς dom.] *add.* deus *codd. praeter* *WD* 13 pecc. sua ς 14 qui *B* captiuitate *B* caelare *W* uelare *cet.* 15 impleta *W* sicut *s. l.* Σ 16 Hierusalem] israhelū (ū *exp.*) *L* 17 ut *om.* ς coepere ferre *W* cepi ferre *S* 18 ea *om.* Σ acta *F* contingamus ς 19 conprehendens *W* propria *W* 20 adserunt *W* qua] et qua ς que (*corr.*) *B*

rege. et tunc uere purgatis labiis dixit ad dominum: ecce
ego, mitte me, et dixit: o miser ego, quoniam con-
2 punctus sum! donec Ozias uiuit, non intellegis, Esaia, esse
te miserum, non conpungeris, non moueris; sed quando ille
mortuus est, tunc animaduertis inmunda habere te labia, tunc
indignum te esse cognoscis uisione dei. utinam autem et ego
conpungar et post conpunctionem praedicatione dei dignus efficiar,
quia, cum sim homo et inmunda labia habeam, in medio quoque
3 populi inmunda labia habentis habitem! Esaias, ut iustus, tantum in sermone peccauerat; ideo sola labia habebat inmunda; ego uero, qui et oculis uideo ad concupiscendum et manu scandalizor et pede et omni membrorum parte delinquo, inmunda habeo omnia et, quia semel spiritu baptizatus tunicam pollui, secundi baptismatis purgatione, id est ignis, indigeo.

12. Non sunt, ut quidam putant, in scripturis uerba simplicia; plurimum in his absconditum est. aliud littera, aliud mysticus sermo significat. ecce dominus in euangelio cingitur linteo, peluem ad lauandos pedes discipulorum praeparat, serui fungitur ministerio; esto, doceat humilitatem, ut nobis in-

1 Esai. 6, 8 2 *Esai. 6, 5 5 cf. *Esai. 6, 5 8 cf. *Esai. 6, 5 11 cf. Matth. 5, 28 12 cf. Matth. 18, 8 etc. 13 cf. Matth. 3, 11 17 cf. Ioh. 13, 4—5

1 uere purgatus *B, F* (*alt.* u *ex* o *m2*) purgatus uere *D* dixi *W* 3 intelligis o *ς* esaya *B* ysaia *S* esaias *cet.* esse (*in mg. m2*) te *B* te *S* te esse *ς* 5 non munda *ς* 6 cogn. te e. *ς* te *om. W* uisionē *W* uisioni *Σ* autem *s. l. Σ* 7 praedicatione (-nem *W*) dei *WB* dei *cet.* dei uisione *ς* quia *om. ς* 8 humo *Engelbrecht* et *om. W* non munda *ς* in *LΣW* et in *cet.* quoque *om. D* 10 sermonem *W* inmunda] *add.* non conscientiam *B* (*s. l.*), *ς* 11 quia *FDS* *pr.* et *om. S* manu *in ras. m2 B* 12 pedes *W* omni *W* omnium *cet.* hab. o. inm. *codd. praeter WB* 13 et *om. W* baptizatus rursum (rursum *add. in mg. m2 B*) *Bς* baptizatur *D* 14 secundae *F* (*corr.*), *Σ* secunde *D* purgationem *F* (*corr.*), *WD* 15 ut *s. l. W* 16 his *om. F* *alt.* aliud] aut *D* 17 cingitur] cui igitur *F* 18 peluim *S, LBp.c.m2* disc. ped. *ς* 19 mynisteria *F* esto *LW* sto *D* isto *FΣ* cur ista (esto *add. in ras. m2 B*) *BS* esto] ut *add. codd. praeter W, B* (*add. m2 in mg.*) ut] *in ras. m2 B*

uicem ministremus: non abnuo, non recuso. quid est, quod
Petro recusanti dicit: nisi lauero pedes tuos, non habebis
partem mecum et ille respondit: non solum, domine,
pedes, sed et manus et caput? ascensurus dominus ad 2
caelum, quia apostoli, ut homines terrae insistentes, adhuc habebant
peccatorum sordibus pollutos pedes, uult eos a delictis
penitus liberare, ut eis possit prophetalis sermo congruere:
quam speciosi pedes euangelizantium pacem! et
imitari ualeant ecclesiae uerba dicentis: laui pedes meos,
quomodo inquinabo illos?, ut, etiam si quis post resurrectionem
postea his adhaeserit puluis, in inpiam eum excutiant
ciuitatem in testimonium laboris, quod eo usque pro
omnium salute contenderint facti Iudaeis ut Iudaei, gentibus
ut gentiles, ut etiam propria uestigia aliqua ex parte polluerint.
igitur, ut ad propositum reuertamur, sicuti apostoli pur- 3
gatione indigebant pedum, sic, quia Esaias tantum in sermone
peccauerat, labia habebat inmunda et, quantum ego arbitror,
quia Oziam in templum inruentem non corripuerat nec iuxta
Heliae exemplum libera uoce inpium designarat, labia habebat
inmunda.

In medio quoque populi inmunda labia haben- 4
tis habitem. Esaias, quia conpunctus est et se miserum

2 *Ioh. 13, 8 3 *Ioh. 13, 9 8 *Esai. 52, 7 9 Cant. 5, 3 11 cf. Matth. 10, 14 etc. 13 cf. I Cor. 9, 20 18 cf. II Par. 26, 16—19 cf. III Reg. 20 (21), 17—26 21 *Esai. 6, 5

1 ministrem *D* abnuo] rennuo *B* 3 domine (đ *S*) non solum *DS* 4 pedes meos *S* *pr.* et] *s. l.* *Σ*, *om.* *FB* asc. ergo *ς* ad *s. l.* *Σ* 5 qui *D* adsistentes *LΣB* 6 poll. ped. *WB* ped. poll. *cet.* 7 prophetali *D* 9 imitare *D* 10 si quis] *s. l.* *Σ*, *om.* *D* 11 postea *om.* *B* his] ad (*eras.*) hys (*corr. m2*) *F* inpiam] ipsa *W* excutiam *F* (m *super ras.*), *LΣD* 12 ciuitate *W* 13 contenderit *codd. praeter* *WB* factus *Fp.c.m2* Iudaei] iudeus *F* gentilibus *BS* 14 gentilis *Fp.c.m2* aliquid *LΣ* 15 ut *om.* *LΣ* sicut *FΣW* purgationem *FΣW*,*D* (*corr.*) 16 sic] hic *L* quia Es.] isaias qui *ς* quia] qui (*corr.*) *Σ* 18 ozam *D* ozias *L* corripuerit *FL*,*Σ* (*corr.*) 19 ex. haeliae *W* inpium *s. l.* *Σ* designatur *F* designauerat *B* 21 in] et in *B* inmunda] in medio inmundo *B* polluta *Σ* 22 habitat (at *in ras.* *Σ*) *FΣDS* habitabat *B* quia *WB* qui *cet.* est *om.* *B*

contestatur, purgatione dignus efficitur; populus uero non solum non agens paenitentiam, sed ne sciens quidem, quia labia habeat inmunda, purgationis remedium non meretur. prouidendum igitur sub hoc exemplo non solum, ut ipsi simus iusti, sed, ne cum peccatoribus moremur, quia et hoc in peccati ac miseriae parte ducit propheta.

13. Sequitur: et regem dominum sabaoth ego uidi
⟨oculis meis⟩. aiunt Iudaei Esaiam a maioribus suis idcirco
interemptum, quia, cum Moyses posteriora dei uiderit, hic
dominum sabaoth oculis carnalibus uidisse se scribat, super
hoc deo dicente: nemo faciem meam uidebit et uiuet.
2 quos interrogabimus, quomodo se deus in lege aliis prophetis
in uisione et somnio dicat ostendi, Moysi uero facie ad faciem
conloqui, et quomodo stet illa sententia: nemo faciem meam
uidebit et uiuet, cum facie ad faciem se ad Moysen locu-
tum esse fateatur. respondebunt utique secundum possibilita-
tem humanam deum uisum, non ut est, sed ut uoluit se uideri.
quibus et nos dicemus eodem modo et ab Esaia esse uisum
restante summa, ut Moyses deum aut uiderit aut non uiderit.
3 uidit: ergo et Esaias uidisse se dicens inpie est interfectus a

7 *Esai. 6, 5 9 cf. Ex. 33, 20—23 11. 14 *Ex. 33, 20 13 cf. Ex. 33, 11

1 protestatur *S* populos *W* 2 non (*eras.*) agens *L* agens non *S* sed et *B* nec *W* quia] qui *Σ* (*corr.*), *S* 3 habeat *LDS* habebat *cet.* 5 nec *WDS* 6 ac] *s. l. m2 F* hac (*corr.*) *LΣ* et *WB* misericordiae *W* partē *ΣB* 7 Seq.] *s. l. m2 Σ, om. LW* 8 oculis meis *addidi* (*cf. supra p. 74, 9*), *om. codd.* 9 contemptum *D* 10 dom. *s. l. Σ* oc. carn.] *s. l. Σ, om. L* se *om. W* scripsit *B* 12 interrogabimus *S* interrog****** (si interrogemus *m2*) *B* interrogauimus *cet.* se] *om. WB* posse (*corr.*) *F* deum *D* 13 uisionem *W* somno *FΣS,Ba.c.m2* se (*s. l. m2 B*) dicat *WB* ad faciem *s. l. L* 15 *pr.* ad *in ras. B* *alt.* ad] cum *B* 16 fatetur *F* sec.] iuxta *FDS* 17 *alt.* ut *s. l. Σ* 18 dicemus *W* dicimus *cet.* eod. modo] *s. l. m2 Σ, om. FL* *alt.* et *W, om. cet.* ita uisum esse *FLΣ* 19 *pr.* aut] *s. l. m2 Σ, om. L* 20 uidit] si uidit, uidit *ς* esayas (*s. l.* qui *m2*) *B* isaias qui *ς* se *add. m2 Σ*

uobis, quia deus uideri potest. non uidit: interficite et Moysen cum Esaia, quia eiusdem mendacii reus est dicens se uidisse eum, qui uideri non potest. quemcumque in expositione eius loci super Moysi habuerint intellectum, etiam nos ad Esaiae temperabimus uisionem.

14. Sequitur: et missum est ad me unum de sera-
phim et in manu sua habebat carbonem, quem for-
cipe acceperat de altari. et tetigit os meum et dixit:
ecce tetigit hoc labia tua et auferet iniquitates
tuas et peccata tua circumpurgabit. secundum omnes
editiones, quas supra exposuimus, siue duo testamenta intel-
legere uolueris siue aliquas apparitrices in caelestibus uirtutes
siue in signum captiuitatis umbram quandam futurae ueritatis
praefiguratam, nunc accipe seraphim. nos, quia primam sen- 2
tentiam sequimur, euangelicum testamentum missum adserimus
ad prophetam, quod habens in se utraque mandata, id est et
sua et ueteris testamenti, ignitum sermonem dei duplici prae-
ceptorum acie conprehendit et tactis labiis, quidquid fuerat
ignorantiae, hoc, siquidem nos labia interpretamur inmunda,
purgationis suae pepulit ueritate. hanc forcipem Iacob in scala 3

6 *Esai. 6, 6—7 17 cf. Prou. 30, 5 20 cf. Gen. 28, 12—13

1 non potest *W* non uidit *W* si non uidit (uidet *m2 B*) *cet.* 2 dic̄ *L* dum dicit *BS* 3 quem cum *LΣD* quae cum *F*; *s. l. add.* enim *B* in *s. l. Σ* expositionem *ΣD,F* (m *eras.*) huius *WS* 4 moysi *W* moy(i)sen *cet.* 5 temperabimus *S,B* (i *ex* a *m2*) temperauimus *cet.* 6 Seq.] *s. l. m2 Σ, om. LW* missus *Ba.c.m2, S* me] *seq.* de *eras. F* unus *S,FΣp.c.m2* de *s. l. m2 F* 8 acceperat *scripsi coll. p. 74, 12* sum(p)serat *LWS* sumpserant (n *eras.*) *B* tulerat *cet.* tetigi *ΣB* 9 auferet *ς (cf. supra p. 74, 13)* abstuli *ΣB* abstullit *W* abstulit *cet.* 10 circumpurgabit *scripsi coll. p. 74, 14* purgabit *S* purgaui *Σ* purgauit (t *eras. B*) *cet.* 11 quas] *seq.* ex *exp. F* duo *W,Bp.c.* in duo *cet.* 12 apparitrices *W* ad(p)paratrices *cet.* 13 captiuitatis] *add.* futurae *ς,B* (*in mg. m2*) uer. fut. *codd. praeter W* 14 accipies *D* 15 testimonium *D* 16 se] se ē (*eras.*) *Σ* se uisum est *F* et sua et] ut *D* 17 ueteri *WD* 18 conpraehendet *W* fuerat *LWB* fuerit *cet.* 20 purgatione *W* repulit *F* reppulit *BS* populi tuae *W* ueritatem *FΣWD* puritate *S*

conspicit; hic est gladius bis acutus; haec duo minuta, quae mulier uidua mittit in dona dei; hic stater duos denarios habens, qui in ore piscis repertus pro domino et Petro redditur; hac duplici, quae unione retinetur, uirtute carbo conprehensus mittitur ad prophetam, quem et in centesimo nono decimo psalmo, cum propheta deum rogaret dicens: domine, libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa, et post interrogationem spiritus sancti: quid detur tibi aut quid adponatur tibi ad linguam dolosam? dictum esset: sagittae potentis acutae cum carbonibus desola-
4 toriis, scimus prophetae esse concessum. uere quippe desolator carbo, qui linguam puram faciat a peccato, sermo diuinus est, de quo et in Esaia dicitur: habes carbones ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium.

15. Et audiui uocem domini dicentis: quem mittam et quis ibit ad populum istum? et dixi: ecce ego, mitte me. et ait: uade et dic populo huic: aure audietis et non intellegetis. interrogantis sunt uerba domini, non iubentis, quem debeat mittere et quis

1 cf. Apoc. 1, 16 cf. Marc. 12, 41—44 etc. 2 cf. Matth. 17, 24—27 6 Ps. 119, 2 8 Ps. 119, 3 10 Ps. 119, 4 13 *Esai. 47, 14—15 15 *Esai. 6, 8—9

1 minuta] testamenta *FL,Σa.c.m2* 2 mulier *om. B* uidua *om. DS* mittat *F* dona] domum *S* 3 reppertus *F* (*corr.*), *L* 4 hac *WBS* haec *cet.* duplici forcipe *BS* quae *s. l. Σ* unione *W* unionis *cet.* 5 et *LΣDB*, *om. cet.* CXVIIIImo *F* CXVIIII *LΣD* 6 deum rogare *B* dominum rog. *FΣ* rog. dominum *S* 7 an. meam] me *W* meam *s. l. B* *alt.* a *om. W* et—dolosam] *in mg. inf. m2 Σ* 8 sancti *LB,Wp.r.* sanctus *cet.* quid] qui *W* 9 tibi *om. B* dictum est *ΣB*, *om. FDS* 10 desolatoris *B* 11 prophetiae *FLD,Σp.c.* desolatur *F* dissolator *L* (dessolatorius *m2*), *Σ* (*ex* dissoluatur) 12 faciet *W* facit *FΣ* a *om. D* 13 est *om. F* in *s. l. Σ* esaye (esaya *m2*) *B* 14 hii *Σ* (*corr.*), *DBS*, *om. W* adiutorio *W* 15 et] sequitur et *ς* dicentis domine *F* (domini *m2*), *Σ* (*et s. l.* domini) domini] dm̄ *D*, *om. L* quem *ex* qui *m2 F* 16 *pr.* et] aut *B* et dixi *s. l. Σ* 17 *alt.* et *om. W* 18 intellegitis (*corr.*) *FΣ,La.c.m2* interrogandi *W*

sit iturus ad populum, cui facilis propheta respondit: ecce
ego, mitte me et post pollicitationem iubetur, ut dicat: uade
et dic populo huic: aure audietis et non intelle-
getis, et cernentes aspicietis et non uidebitis et
cetera, quae ipsius prophetiae sermo contexit. audiui ego hoc 2
in loco non paruam Hebraei mei disputationem, cuius pauca
ponam, ut sensum hominis aduertas. aiebat: 'de Moysi et Esaia,
quis melius fecerit, requiramus: utrumne Moyses, qui, cum a
deo mitteretur ad populum, ait: precor, domine, non sum
dignus et rursum: prouide alium, quem mittas, an
Esaias, qui, cum non fuisset electus, ultro se obtulit dicens:
ecce ego, mitte me. nec ignoro', dicebat, 'periculosum esse 3
de sanctorum meritis disputare et aliquid uel minus uel plus
adserere uelle de eo, quem dominus coronauit; sed quia ipse
dixit: quaerite et inuenietis, pulsate et aperietur
uobis, etiam nos, non ut de aliquo detrahamus, sed ut scrip-
turae sensum scientes ad eius nos dirigamus exempla, debe-
mus inquirere, quod potest facere quaestionem. qui Moysi', 4
inquit, 'adsertor est, humilitatem eius praedicat et mansuetu-
dinem, quod se indignum iudicans ministerio dei maior effectus
sit; Esaias uero, quia ultro se obtulit, incipiens prophetare a
maledictis coepit: aure audietis et non intellegetis, et
cernentes aspicietis et non uidebitis. ob quod multa 5

1 Esai. 6, 8 2 *Esai. 6, 9 9 *Ex. 4, 10 10 *Ex. 4, 13 12 Esai. 6, 8 15 Matth. 7, 7 etc. 22 *Esai. 6, 9

1 sit it. *BS* it. sit *Σ* iturus *cet.* facile *F* (e *s. l. m2*), *Σ,Bp.c.m2* respond̄ *F* respondet *ς* 3 intellegitis *Fa.c.m2, LΣD* 4 et cern.– uid. *om. W* 5 contexit *W* contexuit *cet.* in hoc *FLΣS* 7 ponat *D* agebat *W* moysi *W* moysen *B* moise *L* moyse *cet.* esaye (esaya *m2*) *B* 8 requir. quis m. fec. *S* utrum *FΣ* 10 praeuide *FΣ* 12 ne *W* 13 *pr.* uel *om. D* 14 disserere *FΣDS* coronabit *L* 15 queritis (queretis *m2*) *F* 16 non *s. l. D* *pr.* ut *W,B* (*in mg. m2*), *om. cet.* 17 dirigamur *D* 18 qui *WB* quique *cet.* 19 adserto *F* est *om. F* humilitatis *D* et] ac *DS* et hac (hanc *m2*) *F* 20 affectus *W* 21 quia] qui in *W* qui *ς* 22 intellegitis *Fa.c.m2, LΣD* 23 cern.—uid.] cetera *DS* ob] hoc *W* quod inde *ς* multa] mala *S* multa mala *ς*

perpessus et ab omni populo pro insano habitus, cum iterum
ei uox diuina dixisset: clama, sciens, quid superiori facilitate
se ipsum offerens pertulisset, non ait: ecce ego, mitte me,
sed interrogauit, quid illud esset, quod clamare deberet: et
6 dixi, ait: quid clamabo? cui simile est illud Hieremiae:
accipe calicem uini meri huius de manu mea et
potionabis omnes gentes, ad quas ego te mittam,
et bibent et uoment et insanient et cadent a facie
gladii, quem mittam in medio eorum. quod cum audisset propheta, non rennuit, non secundum exemplum Moysi
dixit: precor, domine, non sum dignus et: prouide
alium, quem mittas, sed amator populi sui et putans, quia
ex potu calicis inimicae gentes interficerentur et ruerent, calicem meri libenter accepit non intellegens in omnibus gentibus
7 etiam Hierusalem conprehendi. denique inter ceteras nationes:
et accepi, ait, calicem de manu domini et potionaui
omnes gentes, ad quas misit me dominus, et Hierusalem et ciuitates Iuda et reges eius et principes
eius ad ponendas eas in desolationem et in inuium et
in sibilationem. pro qua prophetia, licet in plerisque codicibus ordo peruersus sit, quid etiam in alio loco dicat, ausculta: seduxisti me, domine, et seductus sum; tenu-

2 Esai. 40, 6 3 Esai. 6, 8 5 Esai. 40, 6 6 *Hier. 32, 1—2 (25, 15—16) 11 *Ex. 4, 10 *Ex. 4, 13 16 *Hier. 32, 3—4 (25, 17—18) 22 *Hier. 20, 7

1 pop. suo *LΣ* pro] *s. l. Σ, om. L* habitus] abominabitur *F* 2 ei *eras. L* quod *FΣD* 3 auferens *W* 4 planare *W* debuisset *Σ* 5 dixi ait *WDS* dixit *FB* ait *LΣ* hieremie *W* in hieremia (ihe- *B*) *cet.* 6 uini *W*, *om. cet.* 7 omn.] ad (*s. l. m2*) omnes *Σ* mittam te *Σ* 8 uoment] bibentem tuo mentae *W* et (ut *S*) cadant *DS* a] in *Fa.c.m2* facie mea et *Σ* 9 earum *LD,Bp.c.m2* 10 *pr.* non *s. l. L* 11 dicit *Σ* et] *exp. S, om. ς* 13 ex] et *FD* inimici et *L* a calice *Σ* 14 accepit *DB* accipit *W* excepit *cet.* non *om. ς* 15 israhel *F* israhelem *LΣ* conpr. den.] conpraehendisse *F* denique] sed *L,Σ* (*in mg.* ał denique *m2*) 16 accipe *W* 17 omne *W* et] ad *Σ* in *W* Hier.] israhelem *L* isrł (*in mg.* ał hierusalem *m2*) *Σ* 20 *pr.* in *om. DS* propheta *Σ* 21 sit peru. *ς* etiam *W*, *om. cet.*

isti me et potuisti; factus sum in derisum, tota
die egi in subsannatione. e contrario, qui adsertor est', 8
dicebat, 'Esaiae, illa proferat: prophetam non tam suo merito
quam misericordia dei confisum, postquam seraphim audierit:
ecce tetigit hoc labia tua et auferet iniquitates
tuas et peccata tua circumpurgabit, otio noluisse torpere et ultro in ministerium dei, quasi a peccatis liberum,
zelo obtulisse se fidei. Moysen uero, quia saecularibus eruditus 9
fuerit disciplinis et interfecto Aegyptio conscientia eius aliqua ex parte sorduerit, unde et uox ad eum de rubo facta sit dicens: ne accesseris huc. solue calciamentum de pedibus tuis; locus enim, in quo tu stas, terra sancta est, et scierit sibi aduersus magos, aduersum Pharao, pessimum regem, futurum esse certamen, se excusasse dicentem: precor, domine, non sum dignus, pro quo in Hebraeo legitur: non habeo labia circumcisa septuaginta interpretibus
sensum potius quam uerbum de uerbo exprimentibus. ex quo 10

5 *Esai. 6, 7 9 cf. Ex. 2, 11—15 11 *Ex. 3, 5 14 *Ex. 4, 10

1 posuisti *WD* pauisti *S* sum *s. l. B* derisu *S* totam diem *ς* 2 egi *W* exiui (iui *in ras. m2*) *B* exegi *cet.* subsanatione *F* subsannationem *cet.* e *W* et e *cet.* quia desertor est *L,Σm2 mg.* qui (quae *Σi.t.*) adsertorem *FD,Σi.t.* 3 isaiae (esaye *B*) dicebat *ς,Bp.c m2* proferat *W* profert *BS* profert et *cet.* prophetā *W* propheta *cet.* sui *B, om. S* 4 confisum *W* confisus (*s. l.* et *m2 B*) *cet.* postquam a *BS* audierat *FBS* 5 tetigi *Σ* auferet *ς* (*cf. supra p. 74, 13*), abstuli *ΣD* abstulit *cet.* 6 circumpurgabit *scripsi coll. p. 74, 14* purgabit *S* purgaui *Σ* purgauit *cet.* ocium (ocio *m2*) *B* otium *S* o si *F* noluisse torpori *Ba.c.m2* noluisse corpori *S* noluisset os aperire aperire (*sic*) *Σa.c.* noluisset os aperire *FL* 7 et] sed *ς* ministerio *W,D* (*corr.*) 8 se obt. fid. *FΣDB* se (*s. l.*) obtulisset fid. *L* fid. obt. *S* moyses *Σ* qui *W* 9 fuerit *FD* fuerat *cet.* 10 sorduerit *scripsi* sorduerat *codd.* ad eum] *s. l. m2 Σ, ex* eundem *m2 B* sit] est *W* 11 ne] non *B* huc] *s. l. add.* sed *B* calciamenta *codd. praeter W* 12 tu *WB, om. cet.* 13 sciret *BS* magos et *BS* aduersus *codd. praeter WS* pharaonem *codd. praeter W* reg. pess. *Σ* 14 se] sed *Σ* 15 dignus] *seq̃. in mg.* prouide alium *Bm2* 16 incircumcisa *Fp.c.m2Ba.c.* 17 sensum] *s. l. m2 Σ, om. FLS* quam *WB,Σp.c.* quam dixi *cet.* ex sensu quam *ς*

manifeste posse intellegi et Esaiam recte post circumcisa labia in dei se obtulisse ministerium et Moysen adhuc incircumcisis labiis tam grande ministerium recusasse'.

16. Aure audietis et non intellegetis, et cernentes aspicietis et non uidebitis. totus hic locus, sicut in euangelio saluator dicit, ad id pertinet tempus, quo ipse descendere dignatus ad terras signa Iudaeis non intellegentibus perpetrauit.

2 Et quoniam usque ad finem capituli explanatio multiplex sequitur et excipientes iam inpleuimus ceras, hucusque dictasse sufficiat, quia et oratio, quae non propriae manus stilo expolitur, cum per se inculta est, tum multo molestior fit, si taedium sui prolixitate congeminet, et oculorum dolore cruciati auribus tantum studemus et lingua.

4 *Esai. 6, 9 5 cf. Matth. 13, 14—15. Ioh. 12, 39—41. Act. 28, 25—27

1 posse] possed (possi [*sic*] *m2*) *B*, *om. DS* possit ς et *W*,*B* (*s. l.*), *om. cet.* post] per *W* 2 my(i)sterium *FL*,*ΣBa.c.m2* moyses *Σ* (*corr. m2*), *S* 3 my(i) sterium *FDL*,*ΣBa.c.* 4 intellegitis *LΣa.c.m2*,*D* 6 salu. in eu. dic. *DS* salu. dic. in eu. ς euangelium *W* 7 desc. dign. ad t. *W* dign. desc. ad t. *D* desc. ad t. dign. (*add.* est *Σ*) *LΣ* est desc. dign. ad t. *B* est desc. ad t. dignatur (dignatus *m2*) *F* dign. est ad t. desc. *S* signaque *BS* et signa ς 9 explanatione *D* 10 excipientis *FDS* impleuimus *W* explicuimus *cet.* ceras *WB* ceteras *DS* cetera *cet.* ditasse *Ba.c.m2* 11 proprie *W* 12 per] *s. l. m2 Σ*, *om. F* tum multo] tumulto- *WS* tum] tunc *m2 B* tam *D* multo (o *in ras. m2*) *B* 13 tedio *F* et] ut ς 14 studemus *WB* studeamus *cet.* et] in *W*

XVIII B.

AD DAMASUM.

1. (17.) Septuaginta: et missum est ad me unum de
seraphim; Aquila et Theodotion: et uolauit ad me unum
de seraphim; Symmachus: et uolauit ad me unus de
seraphim. cotidie ad nos mittitur seraphim, cotidie inge-
mescentium atque dicentium: o miser ego, quoniam con-
punctus sum, ora purgantur et, cum a peccatis fuerint libe-
rati, praeparant se ministerio dei. quod autem ceteri interpretes 2
pro 'missum esse' 'uolasse' dixerunt, intellege uelocem diuini
sermonis aduentum super eos, qui digni societate illius iudi-
cantur. in genere quoque diuersitas est. Septuaginta, Aquila
et Theodotion seraphim neutro genere transtulerunt, Symma-
chus masculino. nec putandum sexum esse in uirtutibus dei,
cum etiam ipse spiritus sanctus secundum proprietates linguae

3 *Esai. 6, 6 7 *Esai. 6, 5

F = *Veronensis XVI. 14 s. IX.*
L = *Coloniensis 35 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*
S = *Vindobonensis lat. 746 s. XIII.*

2 ad damasum *B* ad papam damasum de seraphym (-im, -in) et de calculo et de quis ibit nobis *FLΣ* ad damasum de seraphin et calculo *DS; Hieronymi nomen exhibent tituli in omnibus codd.* 3 Septuaginta *om. B* missus *BS* unus *BS* 4 seraphym *F* seraphin *DS* syraphin *L* teodocion *B* theudotion *LD* et uolauit—symmachus *ς, om. codd.* 5 unus ad me *FLΣ* 6 seraphim *FB,Σp.c.m2* seraphin *cet.* (*sic fere saepius*) mitt. ad nos *B* ingemiscentium *S* ut (*eras. Σ*) gemescentium *FΣ* 7 o miser ego] om̄is ergo *D* 9 praeperant se *Σ* praeparantur *B* mysterio *D* misterio *B*(*corr.*) in ministerio *S* 10 pro missum *LD,Σi.t.* per missum *F* praemissum *B* praetermissum *Σ mg. m2* praedictum *S* esse *Σ mg. m2* est *Σi.t.* dixerint *ς; seq. ras. 8—9 litt. Σ* 11 societati *Ba.c.m2* iudicantur] *in ras. m2 B* 13 et *om. Σ* theudotion *LD* symachus *F* simmachus *L,Σ* (mm *ex* m), simachus *S* simmacus *B* 14 dei *exp. Σ* 15 proprietatis *L,Σa.c.m2, D* proprietatem *DS*

Hebraeae feminino genere proferatur 'ruach', Graece neutro
3 τὸ πνεῦμα, Latine masculino 'spiritus'. ex quo intellegendum est, quando de superioribus disputatur et masculinum aliquid seu femininum ponitur, non tam sexum significari, quam idioma sonare linguae; siquidem ipse deus inuisibilis et incorruptibilis omnibus paene linguis profertur genere masculino, et cum in
4 eum non cadat sexus. illorum quoque, pius licet, attamen coarguendus error, qui in orationibus et oblationibus suis audent dicere: 'qui sedes super cherubim et seraphim'. nam et super cherubim scriptum est sedere deum, ut ibi: qui sedes super cherubim, ostendere, super seraphim uero sedere deum nulla scriptura commemorat, et ne ipsa quidem seraphim circa deum stantia excepto praesenti loco in scripturis omnibus inuenimus.

2. (18.) Septuaginta: et in manu habebat carbonem, quem forcipe acceperat de altari, et tetigit os meum; Aquila: et in manu eius calculus in forcipe, quem acceperat de altari, et tetigit os meum; Theodotion: et in manu eius calculus in forcipe, quem acceperat de altari, et tetigit os meum; Symmachus: et in manu eius calculus in forcipibus, quem sump-
2 serat de altari, et detulit ad os meum. quantum ad

10 *Ps. 79, 2 15 *Esai. 6, 6—7

1 proferatur *F,B* (feratur *in ras. m2*), *S* prof(ph)etatur *L,Σa.c.m2, D* ruach *S* rua *D* ruha *B* sua *L, eras. Σ, om. F* graece] siue graece *F* genere *S* 2 τὸ πνεῦμα] TOTINEYMA *S* TWIIEYMA *B* totineuma *L* toti (*eras. Σ*) pneuma *FΣ* 4 sexu *D* 6 praefertur *LΣ* et] *exp. Σ, om. B* 8 coarguendus (quo arguendus *B*) est *BS* 9 sedet ς cherubim *FΣ* cyrubin *L* cherubin *cet.* 10 cherubim *S, cet. uariant* sed. deum scr. e. ς ibi] ubi *B* sedet *B* 11 ostenderet *D* uero *om. B* 12 nec *DS,Σp.c.m2* 13 instantia (*ras. corr.*) *LB* in script.] script. sanctis ς 16 quem] que *D* de forcipe *LD* 17 aquila et theodotion *F* 18 et—meum *in mg. Σ* Theodotion—os meum *om.* ς teodocion *B,Σ* (*corr.* theodocio) theudotion *LD* 19 quem—os meum *in ras. m2 B* 22 et *s. l. Σ* detulit eum *LB* ad os meum *in ras. m2 B* quantum] *in mg. et in ras. m2 B*

historiam pertinet, uidetur deus sedere in templo Hierusalem et
ante eum de altari secundum Septuaginta ad Esaiam carbo de-
ferri, de altari uero incensi siue holocaustorum. quantum autem
ad mysticos intellectus, ille eis ignis mittitur, quem Hieremias
ferre non poterat, qui, cum animae nostrae arcana penetrarit,
ita nos dissoluit, ita a ueteri homine in nouum excoquit, ut
in illam uocem possimus erumpere: u i u o a u t e m i a m n o n
e g o, s e d g r a t i a d e i, q u a e i n m e e s t. forcipes quoque 3
secundum interpretes ceteros, licet in sacerdotali semper sup-
pellectile fuerint, diuersas gratias debemus accipere, quibus
multifarie et multis modis olim deus patribus nostris locutus
est in prophetis. quia in Hebraeo pro ‘carbone’ ‘calculus’ legitur
ceteris quoque super hoc consonantibus, uidetur mihi sermo
diuinus calculi appellatione signari. sicut enim calculus genus
est lapidis durissimi et rotundi et omni puritate leuissimi, ita
sermo dei, qui neque hereticorum neque omnium aduersariorum
potest contradictionibus cedere, calculus dicitur. de hoc cal- 4
culo Sephora filium circumcidit et Iesus populum purgat
a uitiis; et in Apocalypsi dominus pollicetur uincentibus, ut
accipiant calculum et scribatur super eum nomen nouum. uide-
tur autem mihi et Septuaginta in eo, quod ἄνθρακα transtule-
runt, idem sensisse, quod ceteri; ἄνθραξ quippe, quem nos
carbunculum interpretamur, genus lapidis fulgidi atque lucentis,

4 cf. Hier. 20, 9 6 cf. Col. 3, 9—10 7 Gal. 2, 20 et *I Cor. 15, 10
11 cf. Hebr. 1, 1 17 cf. Ex. 4, 25 18 cf. Ioh. 15, 3 19 cf. Apoc. 2, 17

1 Hier.] israhelem *L* 2 carbonem (*corr.*) *B* 3 altare *F* uero *s. l. m2 B* 4 eis] *sc. mysticis intellectibus* (*abl.*), ei *Bp.r.ς* 5 qui] quin *L* arcana *L* archana *cet.* penetraret *F* penetrarat *Σ* 6 ita a] ita *D,Σ*(*corr.*) et ita *B* ueterem hominem *B* excoquet *F,Σp.c.* exquoquit *LB* 8 quae *ex* qui *Σ* 9 licet qui *B* 11 loc. est patr. n. *B* 13 mihi *s. l. m2 F* 14 enim] *s. l. Σ, om. L* 15 puritate *Σi.t.* parte *Σmg.m2* leuissimi *BS* lenissimi *cet.* 18 sepphora *L* filium *LB* suum filium *D* filium suum *cet.* purgauit *Σ* 19 apocalipsin *B* apocalypsis *D* 20 accipiat *D* uidentur *Bp.c.m2ς* 21 ἄνθρακα *ς* antea *codd.* 22 ἄνθραξ *ς* amrā ubix *F* amrāybx *L* ANTPAΥNX (*in ras. m2, fuit* ******ix) *Σ* ANTPAΥHX *D* antrahyx *B* atipayx *S* quippe *s. l. L* 23 genus est *ς* lucentis] nitentis *ς*

5 quem etiam in duodecim lapidibus inuenimus. siue igitur cal-
culum siue carbunculum lapidem accipimus, in calculo diuini
sermonis ueritas et rigor, in carbunculo lucens doctrina et
manifesta monstratur; eloquia enim domini eloquia casta,
argentum igne probatum terrae, purgatum septu-
plum et alibi: mandatum domini lucidum, inlumi-
6 nans oculos. quod autem ait: in manu habebat car-
bonem, manum intellegamus operationem, ut ibi: in manu
linguae mors et uita et in psalmo: cadent in manu
gladii. aut certe uere manus apparuit, ut per similitudinem
humanae formae, dum manus cernitur porrigentis, propheta
non timeat; iuxta quod et ipsum deum et angelos in humanas
uidimus mutasse formas, ut metus uidentibus demeretur.
3. (19.) Septuaginta: et dixit: ecce tetigit hoc labia
tua et auferet iniquitates tuas et peccata tua cir-
cumpurgabit; Aquila: ecce tetigit hoc labia tua et
recedet iniquitas tua et peccatum tuum propitia-
2 bitur; ceteri interpretes in Aquilae uerba consentiunt. primum
necesse est, ut labia nostra tangantur; deinde, cum tacta fuerint,
fugetur iniquitas et, cum iniquitas fuerit effugata, propitietur
dominus, quia apud ipsum est propitiatio et secundum apo-
stolum ipse est propitiatio pro peccatis nostris.
purgatis autem peccatis nostris audibimus uocem domini dicen-

1 cf. Ex. 28, 18. 39, 11 4 *Ps. 11, 7 6 *Ps. 18, 9 7 *Esai. 6, 6 8 *Prou. 18, 21 9 *Ps. 62, 11 14 *Esai. 6, 7 21 cf. Ps. 129, 4 22 I Ioh. 2, 2

1 in *s. l. m2* Σ 3 uarietas Σ (*ex* uaritas), *FS* 5 terrae] *eras. B*, *om. cet.* purgatum *in mg. m2* Σ septuplo *L* 8 manum] manus *BS* manuum ς intellegimus Σ*p.c.m2* ut ibi] alibi *F* 9 manus *B* 10 uere *om. D* ut *om. B* 13 se mutasse ς 14 tetigi Σ (*ex* tegi), *S* 15 aufert *F* (*ex* aufet), *BS* auferer *D* iniquitas (*corr.*) *F* circumpurgabit *scripsi* (*cf. supra p. 74, 14*) purgabit ς purgauit *B* purgat *cet.* 16 tetigi Σ*S* hoc] hic ς 18 consentiant *L* 19 nostra *s. l. B* tangant *F* contingantur (i *ex* a) Σ 20 et *om. L*Σ fugata *B* 21 est] et *D* tu (*exp.*) et *F* 23 purgati *B* audibimus *scripsi* audiuimus *FL* audieuimus *B* audiemus *cet.*

tis: quem mittam? et respondebimus: ecce ego, mitte me.

4. (20.) Septuaginta: et audiui uocem domini dicentis: quem mittam et quis ibit ad populum istum? Aquila, Theodotion et Symmachus: et audiui uocem domini dicentis: quem mittam et quis ibit nobis? de conparatione Esaiae et Moysi, quomodo alius ministerium recusarit, alius ultro se offerens dura perpessus sit, in alio loco disputauimus. sed ne uideremur aliquid praeterisse eorum, 2 quas Iudaei uocant δευτερώσεις et in quibus uniuersam scientiam ponunt, nunc breuiter illud adtingimus, quare in Hebraeo sit positum: et quis ibit nobis? sicut enim in Genesi dicitur: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, ita et hic puto dictum: quis ibit nobis? 'nobis' autem quibus aliis aestimandum est, nisi patri et filio et spiritui sancto, quibus uadit, quicumque eorum obsequitur uoluntati? et in eo quidem, quod unius loquentis persona pro- 3 ponitur, diuinitatis est unitas; in eo uero, quod dicitur 'nobis', personarum diuersitas indicatur. legimus in Canticis Canticorum uocem sponsi dicentis ad sponsam: surge, ueni, proxima mea, sponsa mea, columba mea, quia ecce hiems transiit, pluuia abiit sibi. quando enim anima in cogitationum tranquillitate consedit, quando supra petram fundata

1 Esai. 6, 8 Esai. 6, 8 3 Esai. 6, 8 13 Gen. 1, 26 20 *Cant. 2, 10—11 23 cf. Matth. 7, 24—25 etc.

1 respondebimus *BS* -demus *cet.* 4 et] aut *FΣB* 5 aquila et *ΣBS* et audiui—dicentis *s. l. B* 6 et] aut *FΣB* nobis] *seq. ras. 6 litt. Σ* 8 recusaret *FΣ,Ba.c.* recusauerit *S* 9 sed] *s. l. Σ, om. L* uideamur *ς* eor. praet. *Σ* earum *ς* 10 quas] quos (quae *m2*) *B* uoc. deuterosis *L,Σa.c.B* uoc. deuteron uel deuterosis *FS,Σp.c.* deuteron uoc. deuterosis *D* 11 illud *s. l. L* attingamus *ς* 14 et *s. l. L* puto *s. l. m2 F* et quis *ς* 15 extimandum *B* extimandus *D* 18 est *LΣ* et *cet.* unitatis *S,Fp.c.m2* unitatis est *B* 19 canticis] cantica *L,Σ* (*corr.*), *B* 20 dicentis *om. B* sponsam] sponsa *D* ueni *om. D* 21 sponsa] speciosa *ς* 22 habiit *Σ* (*corr.*), *B* cogitatione tranquillitatem *codd. praeter BS* 23 consedit *S* consistit *B* consentit (*s. l. Σ*) *cet.* sentit *ς*

est et fides eius alta radice fixa est, uniuersi temptationum
fluctus sibi pertranseunt et ei non pertranseunt, qui temptatur.
4 notandum autem, quomodo ad id, quod dominus dixerat: quem
mittam et quis ibit nobis? propheta ex parte responderit:
ecce ego. mitte me et de sequenti tacuerit intellegens nul-
lum hominum dignum esse, qui deo pergeret et omne iter
suum eius faceret esse, qui mitteret. quam humilitatem dominus
aduertens, quod se secundis putaret indignum, imperauit se-
quentia dicens: uade.

5. (21.) Septuaginta: et dixi: ecce ego sum, mitte me;
Aquila et Theodotion: ecce adsum, mitte me; Symmachus:
ecce, mitte me. deus, qui uocauit ea, quae non sunt, quasi
sint, et qui dixit: ego sum, qui sum, et alibi: qui est,
misit me, quoscumque uocauerit, statim facit subsistere,
2 quoniam omnia, quae absque eo sunt, non sunt. unde propheta
purgatus a uitiis ausus est dicere: ecce ego sum, licet in
Latinis codicibus propter interpretum uarietatem 'sum' non
sit adpositum. quidam obseruandum putant, ad quos prophetas
'mittentis' aut 'missi' sermo dicatur, quod est Graece 'apo-
stolus', et hanc esse differentiam uolunt, ut, quicumque mit-
tantur, et prophetae sint pariter et apostoli, ad quos uero
mittentis sermo non ponitur, tantum prophetae sint; quod ego

3 Esai. 6, 8 5 Esai. 6, 8 9 Esai. 6, 9 10 Esai. 6, 8 12 cf. Rom. 4, 17 13 Ex. 3, 14 Ex. 3, 14

3 not. est *B* 4 responderet *Σp.c.m2* respondit *B* 6 hominem *LΣ* 7 fac. eius *B* eius *om. D* 8 se] *s. l. add.* de *m2Σ* secundum *F* sequendi (quendi *in ras. m2*) *B* portaret *F.Σ* (*corr.*) indignum *s. l. m2 Σ* 10 dixi *ΣB* dixit *cet.* sum *om. D* mitete *D* 12 uocat *Bp.c.m2ς* 13 *pr.* qui *s. l. Σ* 14 me] *seq. ras. 5 litt. Σ* subsistere] *add.* quae (quod *ς*) satis daret (claret *ς*) exemplis in uiuente matheo (*ex* mateo *B*, matthaeo *ς*) euangelista et (et in *ς*) lazaro IIII (quatriduano *ς*) iam mortuo qui (*ex* quia *B*) statim ut sunt uocati a domino et ille sepulchrum auaritiae reliquid(t) et ille suete (iste suae *ς*) mortis *Bς* 16 in *s. l. Σ* 17 uarietate *L* 18 appositum *BS* putans *D* prophetans *FL,ΣB* (*ex* propheta *m2*) 20 uoluit *F*, *eras. Σ*, *om. S* ut] et *L* 21 *pr.* et *om. Σ* pariter *s. l. Σ* 22 ponitur] sponte *D*

superfluum puto. et quia semel ad tractatum istius uocabuli 3 uenimus, sciendum 'Silam', collegam Pauli, lingua Hebraea 'apostolum' dici, qui cum eo nonnullas epistulas scribit; et uitiose 'Siluanus' legitur pro 'Sila', cum Siluanum in apostolorum Actibus non legimus.

XIX.

EPISTULA DAMASI AD HIERONYMUM.

Dilectissimo filio Hieronymo Damasus episcopus in domino salutem.

Commentaria cum legerem Graeco Latinoque sermone in euangeliorum interpretatione a nostris, id est orthodoxis, uiris olim ac nuper scripta de eo, quod legitur: o s a n n a f i l i o D a u i d, non solum diuersa, sed etiam contraria sibimet proferunt. dilectionis tuae ardenti illo strenuitatis ingenio abscisis

3 cf. I Thess. 1, 1 4 cf. Act. cap. 15—18 passim 12 Matth. 21, 9

1 superfluo *F* puto *om. L* ad tractum (*corr.*) *F* attractatum *B* 2 silam *Σ* sileam *FB* scileam (c *exp.*) *S* syleam *LD* 3 scripsit *B* 4 siluanum *S* siluani *D* sila *Σ* silea *LBS* sileā *D* sylea *F* actis *ς* 5 legerimus *S* legamus *Bp.c.m2ς*

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
$\mathfrak{B}$ = *Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X (praebet duo apographa [fol. 41ᵛ in mg. inf.* (= $\mathfrak{B}^1$) *et fol. 47ʳ⁻ᵛ in mg.* (= $\mathfrak{B}^2$)], *quorum consensus* = $\mathfrak{B}$).
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
𝔳 = *Vindobonensis lat. 690 s. X in schedula postea inserta s. XII.*

7 item damasi ad hieronimum *A* epistola damasi papae ad hieronimum *ΣM* damas hier $\mathfrak{B}^2$ item damasus hieronimo *D* epistola damasi papae ad hieronimum presbiterum ·III· capitulum 𝔳; *titulo caret* $\mathfrak{B}^1$ 8 hieronimo *codd.* in domino *s. l. Σ* 11 est ab $\mathfrak{B}^1$ 12 ac] a $\mathfrak{B}^2$ conscripta 𝔳 13 sibim. contr. 𝔳 contrario *D* 14 tuae est ut *ς* illo tuae $\mathfrak{B}^1$𝔳 strennuitatis 𝔳 studium etatis *D* abscissis $\mathfrak{B}^1$ (*corr.*), *ς*

opinionibus ambiguitatibusque subplosis, quid se habeat apud Hebraeos, uiuo sensu scribas, ut de hoc, sicut et de multis, tibi curae nostrae in Christo Iesu gratias referant.

XX.

AD DAMASUM.

1. Multi super hoc sermone diuersa finxerunt, e quibus noster Hilarius in commentariis Mathei ita posuit: 'osanna' Hebraico sermone significatur 'redemptio domus Dauid'. primum 'redemptio' lingua Hebraea 'pheduth' interpretatur, deinde 'domus' 'beth', 'dauid' uero in hoc loco non esse nomen insertum omnibus patet. alii opinati sunt 'osanna' 'gloriam' dici — porro 'gloria' 'chabod' appellatur —, nonnulli 'gratiam', cum 'gratia' 'thoda' siue 'anna' nuncupetur.

2. Restat ergo, ut omissis opinionum riuulis ad ipsum fon-

7 Hilarius, comm. Matth. 21, 3

1 ambiguitatibus 𝔟 habeant *M* 2 uiuus sensu 𝔅[1] uiuus sensus 𝔟 scribe *Σ* ut] ut et *ς* multis aliis *Σ* 3 gratiae referantur *Σ*

L = *Coloniensis 35 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
W = *Parisinus lat. 1868 s. IX.*
𝔅 = *Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

5 ad papam damasum de osanna *LD* ad damasum episcopum de eo quod scriptum est ossanna (*sic*) in excelsis *W* ad damasum (papam *add.* 𝔅) de osanna in excelsis 𝔅*B* ad haec hieronimus *Σ; Hieronymi nomen exhibent tituli in codd. praeter W* 6 uerbo *W* ex *L* 7 matthaei *ς* ita *s. l. m2* 𝔅 osianna *B* ossanna *W* Hebr. s.] hebraicus sermo est *B* hebreico *LWD* ebreico (ebraico *m2*) 𝔅 8 significat *Σa.c.m2* redemptio] *add. m2 Σ* 9 pheduth *Martianaeus* ephot *LD* ephoth 𝔅,*B* (*ex* epoth) ephod *Σ* epud *W* 10 dein *Σ* bethi *D* 11 osianna *B* ossanna *WD* 12 chabod *ς* chaboth *W* gaboth *Σ* caboth *cet.* appellatur] *seq. in mg. add.* an *m2 B* nonnullis *Bp.c.m2* gratiam] gratia (gloria *m2*) *B* cum gratia *del. m2 B* 13 anna *idem quod Hebr.* channah; *sed* anina *coni. D. H. Mueller* nuncupatur *L,Bp.c.m2,*𝔅 (-antur *m2* 14 ergo] igitur *W* ridiculis *W*

tem, unde ab euangelistis sumptum est, recurramus. nam quomodo illud neque in Graecis neque in Latinis codicibus possumus inuenire: ut conpleretur id, quod dictum est per prophetas: quoniam Nazaraeus uocabitur, et illud: ex Aegypto uocaui filium meum, ita et nunc ex Hebraeis codicibus ueritas exprimenda est, unde in hanc uocem uulgus et maxime consona inter se paruulorum turba proruperit dicente Matheo: turbae autem, quae praecedebant et quae sequebantur, clamabant dicentes: osanna filio Dauid; benedictus, qui uenit in nomine domini,
osanna in excelsis. Marcus uero ita posuit: clamabant 2
dicentes: osanna, benedictus, qui uenit in nomine domini; benedictum, quod uenit in nomine domini, regnum patris nostri Dauid, osanna in excelsis. Iohannes quoque pari uoce consentit: et clamabant: osanna, benedictus, qui uenit in nomine domini, rex
Israhel. solus Lucas uerbum ʻosannaʼ non posuit in reliqua 3
interpretationis parte consentiens: benedictus, qui uenit rex in nomine domini, pax in caelo et gloria in excelsis. igitur, ut diximus, ipsa Hebraea uerba ponenda sunt et omnium interpretum opinio digerenda, quo facilius, quid super hoc sentiendum sit, ex retractatione cunctorum ipse sibi lector inueniat.

3 *Matth. 2, 23 5 Matth. 2, 15. Os. 11, 1 8 *Matth. 21, 9 11 *Marc. 11, 9—10 15 Ioh. 12, 13 18 Luc. 19, 38

1 nam *L in mg.* 3 id] illud 𝔅 4 quoniam] qua *W* nazaraeus *D* nazaraeos *W* nazareus *cet.* 5 *alt.* ex *WB* in *cet.* 6 uulg. uoc. *B* 7 inter se (*corr.* in terra) inter se *W* 8 praecedebat (*corr.*) *ΣW* 9 quae *om. B* osanna *Σ,La.c.𝔅p.r.* ossanna *W* osianna *cet.* 11 osanna *LΣ* ossanna *W* osianna *cet.* Marcus—14 excelsis *om. W* clam. dic.] *s. l. m2 Σ, om. L* 12 osanna *LΣ* osianna (-y- *D*) *cet.* 13 in nom. dom.] *spatium uacuum in Σ* 14 osanna *LΣ* osianna (-y- *D*) *cet.* 15 quoque] uero *ς* uoci *W* osanna *La.c.Σ* ossanna *W* osianna *cet.* 17 hoc (*exp.*) uerbum *L* osanna *LΣ* ossanna *W* usianna *B* osianna *cet.* 19 in nom. dom. rex *Σ* rex *s. l. m2* 𝔅 20 uerba hebraea *ς* pones ponenda *L* nobis (*in ras. m2*) ponenda *Σ* 22 retractione *Σa.c.m2* 23 lector] *add.* qui sequitur (*del. m2*) *B*

3. In centesimo septimo decimo psalmo, ubi nos legimus:
o domine, saluum [me] fac, o domine, bene prospera;
benedictus, qui uenit in nomine domini, in Hebraeo
legitur: anna adonai, osianna, anna adonai, asli-
anna; baruch abba basem adonai. quod Aquila, Sym-
machus, Theodotion et quinta editio, ne quid in Latino mutare
uideamur, ita exprimunt: ὦ δὴ κύριε, σῶσον δή, ὦ δὴ κύριε,
2 εὐόδωσον δή· εὐλογητὸς ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. sola sexta
editio cum interpretibus septuaginta ita congruit, ut, ubi ceteri
posuerunt ὦ δή, illa scripserit ὦ. et quia 'osianna', quod nos
corrupte propter ignorantiam dicimus 'osanna', 'saluifica' siue
'saluum fac' exprimatur, omnium interpretatione signatum est;
nunc illud in cura est, quid sine adiectione saluandi solus
3 'anna' sermo significet. sciendumque, quia in hoc loco ter
dicatur 'anna'; et primum quidem ac secundum eisdem lit-
teris scribitur, aleph, nun, he, tertium uero heth, nun, he.
Symmachus igitur, qui in centesimo septimo decimo psalmo
cum omnium interpretatione consenserat, ut nobis manifesti-
orem tribueret intellectum, in centesimo quinto decimo psalmo,

2 *Ps. 117, 25—26

1 CXIII *D* 2 me *seclusi* (*cf. infra p. 107, 21. 109, 14. 17*) prospera *L𝔅* prosperare *cet.* 4 legimus *B* *pr.* adonay *𝔅DB* osyanna *D* osienna *W* *alt.* adonay *DB* aslianna *W* asliena *L𝔅D* asly enna *B* asaliena (aslyena *m2*) *Σ* 5 baruch *WB* baruc *cet.* basem *ς* basen *LΣ𝔅D* bizten *B* sen *W* adonay *B* 6 theodocio *Σ* theudotion *LD* theudocio *W* latinum *B* 7 ita *s. l. Σ* *pr. et tert.* δὴ *ς* ΔΕ *DB* ΑΕ (Α) *L* ΑΝ *W* CΗ *Σ𝔅* *alt. et quart.* δή *ς* ΔΕ *DB* ΑΕ *L* ΑΝ *W* ΔΕΙ *Σ𝔅* *alt.* ὦ δὴ *om. B* 8 ΕΥΟΔΩCΟΝ *W* ΕΥΟΔΟCΟΝ *𝔅* ΕΥΟΔΟΝ *Σ* ΕUΟΑΩΤΟΝ *L* ΕΥdΔΩΤΝ *D* ΕΥQΙΩΤΩΝ *B* εὐλογητὸς *scripsi* ΕΥΑΟSΗΤΟC *W* ΝΑΟΤΗΤΟC *L* ΝΔΟΤΗΤΟC *D* ΝΑ ΟΤΝΤΩC *B* ΕΥΛΟΓΕΙΜΕΝΟC *Σ𝔅* εὐλογημένος *ς* ὁ] ΩΕ *B* ἐρχόμενος *et* ὀνόματι *uarie scripta in codd.* sextae *W* 9 ita *om. W* ut *WDB*, *om. cet.* 10 δή *ς* ΔΕ *ΣDB* ΑΕ *L𝔅* ΑΝ *W* illi scripserint (scripserunt *LΣD*) *LΣ𝔅D* *alt.* ὦ] tu *W* sianna (*corr.*) *B* osyanna *D* osienna *W* 11 osianna (i *eras.*) *L𝔅* ossanna *W* o*sanna *B* salui**fica *L* id est saluifica *Σ* siue] uel *LΣ* 12 saluum me *𝔅* exprimitur *B* 13 cura] causa *W* 14 significet] *add.* V *L* quod *ς* 15 iisdem *ς* 16 ALEF *B* alep *L* aleb *Σ* nun] num *WD* he] hem *W* heth] he *ς* nun] num *WD* he] hem *W* 18 manifestire *W* 19 cent. quinto dec. *WB* CXV *cet.* cent. dec. quarto *ς* (*Hier. ipse errauit*)

ubi dicitur: o domine, libera animam meam, ita interpretatus est: obsecro, domine, libera animam meam. ubi autem Septuaginta ὦ et ille 'obsecro' transtulerunt, Aquila 4
et ceteris editionibus ὦ δή interpretantibus, in Hebraeo scribitur 'anna', uerum ita, ut in principio aleph habeat, non heth. ex quo animaduertimus, si ex aleph scribatur 'anna', significari 'obsecro', si autem ex heth, esse coniunctionem siue interiectionem, quae apud Graecos ponitur δή et est in σῶσον δή, cuius interpretationem Latinus sermo non exprimit.

4. Sed quoniam hae minutiae et istiusmodi disputationis arcanum propter barbariam linguae pariter ac litterarum legenti molestiam tribuunt, ad explanandi conpendium uenio, ut dicam de centesimo septimo decimo psalmo, qui manifeste de Christo prophetat et in synagogis Iudaeorum celeberrime legebatur, unde et populis notior erat, hos uersus esse adsumptos, quod ille, qui repromittebatur de genere Dauid, uenerit saluaturus Israhel dicente Dauid: lapidem, quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. a domino factus est hoc et est mirabilis in oculis nostris. haec est dies, quam fecit dominus: exultemus et laetemur in ea. o domine, saluum fac, o domine,

1 Ps. 114, 4 17 *Ps. 117, 22—27

1 animã mea *D* 3 ὦ] ωAE (AE *eras.*) 𝔅 illi *LΣ,𝔅p.c.* 4 et ceteris *s. l. Σ* δή ς ΔE *DB* AE *L* AN *W* CH *Σ𝔅* interpraetibus 𝔅 5 anna *s. l. Σ* uti *D, s. l. Σ* alebh *D* ALEF *B* 6 het *𝔅D* et eth *W* he ς 7 sin ς het *𝔅D* eth *B* he ς 8 ΔH et est in CωCON ΔH *W* AIIECEC in ωCANAI *L* AIIECαINωCANNAI *Σ* AIIECECINωCANAI 𝔅 AIIECECINωCANAI *D* aue (*in mg. m2*) ANECECINCωCANAY *B* 9 latinii *Ba.c.m2* 10 hae minutiae *D,B* (hae *eras.*) eminutie *W* eminusiae (*in mg.* alibi haeminutiue *m2*) *Σ* eminus iae *L* eminuriae 𝔅 11 barbariam *W* barbariem *cet.* ac] hac *D* ad *W* 13 de *s. l. Σ* cent. sept. dec. *WB* CXVII *cet.* 14 creberrime *WD* 15 populo *Ba.c.m2* populus *W* ppls *L* uersos *LW,𝔅* (*corr.*) ads. est (*exp.*) esse *W* 16 promittebatur *D* 19 factus *W𝔅* factum *cet.* hoc *WB* hic *cet.* et *B*, *om. cet.* mirabile *B* 20 est *s. l. 𝔅* quem *𝔅a.c.m2* 21 laetemur] iocundemur *B* fac *W* me fac *cet.*

bene prospera; benedictus, qui uenit n nomine
domini. benediximus uos de domo domini; deus
2 dominus et inluxit nobis. unde et euangelistarum scrip-
tura commemorat pharisaeos et scribas haec indignatos, quod
uiderunt populum psalmi prophetiam super Christo intellegere
conpletam et clamantes paruulos: osianna filio Dauid, di-
xisse ei: audis, quid isti loquuntur? et Iesum respondisse:
numquam legistis, quia ex ore infantium et lactan-
tium perfecisti laudem? centesimum septimum decimum
3 psalmum octaui psalmi adsertione firmantem. et de eo quidem,
quod facile exprimi poterat: benedictus, qui uenit in
nomine domini, omnium euangelistarum scriptura consentit;
de uerbo uero 'osianna', quia in Graecum non poterant trans-
ferre sermonem, sicuti et in 'alleluia' et in 'amen' et in ple-
risque factum uidemus, ipsum Hebraeum posuerunt dicentes
4 'osianna'. Lucas igitur, qui inter omnes euangelistas Graeci
sermonis eruditissimus fuit, quippe ut medicus et qui in
Graecis euangelium scripserit, quia se uidit proprietatem ser-
monis transferre non posse, melius arbitratus est tacere, quam
id ponere, quod legenti faceret quaestionem.

5. Ad summam, sicuti nos in lingua Latina habemus et interiectiones quasdam, ut in exultando dicamus 'ua' et in

6. 7 *Matth. 21,15—16 8 *Matth. 21,16. cf. Ps. 8,3 11 Matth. 21,9 etc.

1 prosperare *ΣWB* 2 benedicimus *𝔅D* uos *WB* uobis *cet.* domini] *add.* et (*eras. Σ, s. l. m2 L*) *LΣW𝔅B* 3 *pr.* et *om. W𝔅B* 4 ad (*s. l. m2*) haec indignatos *Σ* hac indignatione cummotus (commotos *ς*) *Wς* ad hec indignatos commotosque *B* 5 uiderant *W* uiderent *ς* 6 osanna *D,La.c.Σp.r.* ossanna *W* 7 locuntur *WB* dicunt *Σ* ihm (m *in ras. m2*) *B* respondisse eis *D,Bp.c.m2* 8 lactentium *B* 9 cent. sept. dec. *WB* CXVII *cet.* 10 psalmum] psalmo *𝔅* ad(s)sertionē *LΣW,B*(*corr.*) 11 poterit *W* 13 uero] autem *ς* osanna *D* ossanna *W* 14 sicuti—amen *s. l. Σ* sicuti *W* sicut *cet.* *pr.* et *W*, *om. cet.* *alt.* in *eras. Σ* 16 osyanna *D* osienna *W* omnes *om. codd. praeter WB* 17 in grecia eu. *W* in greco eu. *B* eu. graecis *ς* 18 scrip(b)serat *ΣW* scripsit *ς* quia] qui *W* se] si *D* uidet *W* 19 est arb. *LΣ* est *s. l. m2 𝔅* 21 assummam *D* ad summa *W* ad summam igitur *B* linguam latinam (*corr. Σ*) *codd. praeter B* et *L𝔅*, *om. cet.* 22 in exultando *D* in *om. LΣ𝔅* ī īsultando (ī īs *in ras. m2*) *B* insultando *W* uah *Σp.c.* *alt.* in *om. Σ*

admirando 'papae' et in dolendo 'heu' et, quando silentium
uolumus imperare, strictis dentibus spiritum coartamus et
cogimus in sonandum 'st', ita et Hebraei inter reliquas proprie-
tates linguae suae habent interiectionem, ut, quando uolunt
dominum deprecari, ponant uerbum petentis affectu et dicant
'anna domine,' quod Septuaginta dixerunt 'o domine.' 'osi' 2
ergo 'saluifica' interpretatur, 'anna' interiectio deprecantis est.
si ex his duobus uelis conpositum uerbum facere, dices 'osianna'
siue, ut nos loquimur, 'osanna' media uocali littera elisa,
sicuti facere solemus in uersibus, quando *mene incepto de-
sistere uictam* scandimus '*men incepto*'. aleph quippe,
littera prima uerbi sequentis, extremam prioris uerbi inueniens
exclusit. quapropter, ut ad quaestionis originem reuertamur, 3
ubi nos legimus in Latino: *o domine, saluum fac, o domine,
bene conplace; benedictus, qui uenit in nomine
domini*, iuxta Hebraeum sensum legere possumus: *obsecro,
domine, saluum fac*, ⟨*obsecro*⟩; *obsecro, domine, pro-*

10 Verg. Aen. I 37 14 *Ps. 117, 25—26

1 admirandum *W* eu *WD* 2 imperare *WB,Σ𝔅p.c.* impetrare *LD,Σ𝔅a.c.* imponere *ς* spiritum] *om. D*, spiritu *L𝔅* 3 cogitamus *L.Σ* (*corr.*) cogimus (agimus *ς*) tantum sibilum *Bς* in sonandum (um *ex* o) 𝔅 inson. *LΣDB* insan. *W* insonando *ς* st (*ante* insonandum *tr.*) *B* est *W* sunt *D* sith *ς*, *om. cet.* et *om. ΣWD* 4 uolent *L* 5 deum *LΣ* deprecare *D* predicari *W* affectum *L,Σ* (*corr.*) effectu *W* afectu *ex* ad effectum *B* dicunt *W* 6 anna] uerbum (*in mg. Σ*) anna *ΣD* osi 𝔅 ωϲι *LΣD* ωϲϒ *B* ωϲιωθ *W* 8 si ex] *in mg.* ał siue e *m2 Σ* his duob. *WDB* duobus *cet.* duob. his *ς* dicis *W* dicens *D* osienna *W* 9 osianna (i *eras.*) 𝔅 ossanna *W* helisa *Σ* (*corr.*), *W* elisa id est percussa et (et *m2*) exclusa *B* 10 sicuti *WB* sic *cet.* sicut *ς* uersibus *W*, *add.* id est (*del. m2 B*, *om. ς*) uirgilii (uergilii *D*) *cet. ς* quando pro *ς* 11 menin coepto *D* alef *B* quippe] namque *D* 12 litteram primam *codd. praeter* 𝔅 uerbis *D* extremam *W𝔅* -ma *cet.* prioris] propriis *W* inueniens *W* a inueniens *L𝔅D* ain ueniens *Σ* id est ioth inueniens *B* 13 excludit *ς* questionem *D* 14 latinum *D* me fac *LΣ* me fac obsecro domine prosperare o đ saluum me fac *B* 15 conplace] prosperare *Σ* 16 hebreorum *B* possimus *ς* 17 saluum— dom. *om. W* fac *ς* me fac *codd. pr.* obsecro *add. Engelbrecht* prospera (*seq. ras. ca. 16 litt.*) *L* bene prosperare *B* prosperare *cet.*

spera, obsecro; benedictus, qui uenit in nomine domini. 'saluum' autem 'fac' dicitur, ut subaudiamus 'popu-
4 lum tuum Israhel' siue generaliter 'mundum'. denique Matheus, qui euangelium Hebraeo sermone conscripsit, ita posuit: '*osianna barrama*', id est '*osanna in excelsis*', quod saluatore nascente salus in caelum usque, id est etiam ad excelsa, peruenerit pace facta non solum in terra, sed et in caelo, ut iam dici aliquando cessaret: *inebriatus est gladius meus in caelo.*

6. Haec interim iuxta mediocritatem sensus mei breuiter strictimque dictaui. ceterum sciat beatitudo tua in istiusmodi disputationibus molestiam in legendo non debere subrepere, quia facile et nos potuimus aliquid ementiri, quod ex una uoce solueret quaestionem, sicuti et ceteros fecisse monstrauimus. sed magis condecet ob ueritatem laborare paulisper et peregrino aurem adcommodare sermoni, quam de aliena lingua fictam ferre sententiam.

5 *Matth. 21, 9   8 *Esai. 34, 5

1 obsecro] *om. DB* obs. domine *LΣ*   2 fac. *s. l. Σ*   subaudiatur *LΣ*   3 mattheus 𝔅 matthaeus *ς*   4 osianna *ex* osanna *m2 Σ* osanna *cet.*   5 ba*rama 𝔅 rama *W*   ossanna *Σ* (*corr.*), *W*   6 in caelum] *del. m2 B* in caelo *W*   id est *W*𝔅, *om. cet.*   ad *s. l. Σ*   7 et *om. W*   8 in hoc (*exp.*) hebriatus *B*   12 modestiam *W*   in (*s. l. B*) legendo *WDB* legendo *cet.*   subripere *W*𝔅*D,Σp.c.Ba.c.m2*   13 aliquid *om. L*𝔅   emendare *Da.c.* ementire *W*   uocem *D*   14 sicuti *W* sicut *cet.*   15 condocet *W*   16 referre *Σ*𝔅 alibi referre *D* referri *L*

XXI.

AD DAMASUM.

1. Beatitudinis tuae interrogatio disputatio fuit et sic quaesisse quaerenda uiam est dedisse quaesitis. sapienter quippe interroganti sapientia reputabitur. ais: ‘quis est iste in euangelio pater, qui duobus filiis substantiam diuidit? qui duo filii? qui maior quiue minor? quomodo iunior acceptam substantiam cum meretricibus dissipat, fame facta a principe regionis praeponitur porcis, siliquas comedit, ad patrem redit, accipit anulum, stolam et immolatur ei uitulus saginatus? qui sit maior frater et quomodo de agro ueniens susceptioni fratris inuideat? et cetera, quae in euangelio plenius explicantur’. addis insuper: ‘scio multos diuersa in hac lectione dixisse 2 et fratrem maiorem Iudaeum, minorem aestimasse gentilem. sed quaero, quomodo Iudaico populo possit aptari: ecce tot annis seruio tibi et numquam mandatum tuum praeteriui, et numquam dedisti mihi haedum, ut

4 *Prou. 17, 28 6 cf. Luc. 15, 11—32 15 Luc. 15, 29

Δ = Lugdunensis 602 s. VI.
Σ = Turicensis Augiensis 41 s. IX.
W = Parisinus lat. 1868 s. IX.
X = Parisinus lat. 9532 s. IX.
D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.
Q = Duacensis 247 s. XI.
B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

2 ad damasum papam urbis romae de eo quod in euangelio legitur homo quidam habuit duos filios *Δ* ad damasum de filio prodigo *ΣDB* ad supra dictum papam de frugi (fruge *X*) et luxuriosis filiis *WX* ad damasum de frugi et luxurioso filiis *Q*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in ΔΣDQB* 4 quaerendo *ΣD,B* (*eras.*) -dam *Δ* uia *D* 6 euangeliū *Δ* qui duobus *in ras. m2 B* *alt.* qui] quid *W* 7 qui] quis *WXQ* iunior] minor *ς* 9 siliquas] *in ras. m2 B* si aliquas (siliquis *m2*) *W* rediit *D* 10 accepit *W,Σa.c.* an. et *ΣDQ* 11 quis *ς* susceptione *X* 13 scio] scito *W,X* (*corr.*) in h. lect. diu. *ς* 14 extimasse *B* existimasse *ς* gent. populum *W* 16 annos *D,Σa.c.* seruiui *ς* 17 praeterii *ς*

cum amicis meis epularer, et illud: fili, tu mecum es semper et omnia mea tua sunt. si autem', ais, 'de iusto et peccatore uoluerimus esse parabolam, iusto non poterit conuenire, ut de salute alterius, et fratris maxime, contristetur. si enim inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum et imitantur eum, qui sunt ex parte ipsius, numquam personae iusti tam inmanis inuidia poterit coaptari, ut foris steterit et clementissimo patri rigidus obstiterit solusque liuore cruciatus laetitiae domus interesse noluerit'.

2. Itaque, sicut in ceteris parabolis, quae non sunt a saluatore dissertae, quam ob causam dictae sint, solemus inquirere, ita et in hac facere debemus, quare dominus in istiusmodi uerba proruperit et ob quam interrogationem responsionis similitudo prolata sit. scribae et pharisaei mussitabant dicentes: quare hic peccatores recipit et uescitur cum eis? superior quippe sermo praemiserat: erant autem accedentes ad eum om-
2 nes publicani et peccatores audire eum. itaque hinc omnis inuidia, cur, quos legis praecepta damnarent, eorum confabulationem atque conuiuium dominus non uitaret. et haec Lucas; ceterum Mattheus ita loquitur: cum autem discumberent in domo, ecce multi peccatores et publicani uenientes recumbebant cum Iesu et discipulis eius.

1 *Luc. 15, 31 5 cf. Rom. 5, 12 14 *Luc. 15, 2 16 *Luc. 15, 1 20 *Matth. 9, 10—13

1 et illud—sunt *om. Q* semp. m. es *Σ* 2 ais] *s. l. Σ* magis *W* ut ais *ς* 3 *alt.* iusto *om. Q* 4 conueniri *W* max. fr. *ς* 5 intrauit *WX* 6 eius *ΣDB* nusquam *Ba.c.* numquid *ς* 7 foras *W* 8 obsisterit *D* obsisteret *Σ* 9 leticia *W* 11 disserte (*pr.* s *eras.*) *B,Q* (*ex* discerte), desertae *W* causa *Wa.c.m2* 12 *pr.* in *s. l. Σ* *alt.* in *om. WX* modi] *s. l. Δ*, modo *Σ* (*corr.*) 13 ob *om. D* responsi *D* 14 phariesaei *D* pharisey *B* musitabant *codd. praeter ΔX* quia *D* 15 cum eis uesc. *Δ* pascit cum eis *D* quippe] quidem *B* 16 promiserat *W* er. aut. acc.] uenerant autem *W* omnes *om. X* 17 uolentes aud. *QB* hinc *s. l. Σ* 19 conuictum *WXQ* non *s. l. Σ* 20 mattheus *ΔX* matheus *cet.* loq. ita *D* discumberint *Δ* discumberet *QB* 21 domum *D* multi] *om. ΣD, s. l. m2 B* 22 Iesu] eo *Q s. l.* et *ΔQ* et cum *cet.*

quod uidentes pharisaei dicebant discipulis eius: quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester? qui audiens dixit: non necesse habent sani medicum, sed male habentes. euntes autem discite, quid sit: misericordiam uolo et non sacrificium. non ueni uocare iustos, sed peccatores. Marcus quoque in eadem 3
uerba consentit. igitur, ut diximus, omnis ex lege quaestio nascebatur. lex quippe iusti tenax clementiam non habebat, sed, quicumque adulter, homicida, fraudator et, ut breuiter dicam, mortali crimine tenebatur, nulla uenia paenitentiae laxabatur a crimine, oculum pro oculo, dentem pro dente, animam pro anima iubebatur exsoluere. omnes itaque declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non erat, qui faceret bonum, non erat usque ad unum. ubi autem abundauit peccatum, superabundauit gratia et misit deus filium suum factum ex muliere, qui destructo medio pariete fecit utrumque unum et austeritatem legis euangelii gratia temperauit. unde et Paulus ad ecclesias scribens: gratia uobis, inquit, 4
et pax a deo patre et domino Iesu Christo: gratia, quae non ex merito retributa, sed ex donante concessa est; pax uero, qua reconciliati deo sumus, habentes propitiatorium dominum Iesum, qui donauit nobis delicta nostra et deleuit,

6 cf. Marc. 2, 15—17 8 cf. II Mach. 10, 12 11 cf. Ex. 21, 23—25 12 *Ps. 13, 3. *Rom. 3, 12 14 *Rom. 5, 20 15 Gal. 4, 4 16 cf. Eph. 2, 14 18 *Rom. 1, 7 etc. 20 cf. Rom. 9, 12 21 cf. I Ioh. 2, 2 22 cf. Col. 2, 13—15

1 illius *WXQ* 2 pecc. et publ. ς manducant *Wa.r.,D* 3 uester *om. W* medico *Q* 5 sit] est *Q* enim ueni ς 6 quoque] *s. l. m2* (*super ras. 4 litt.*) *Σ* 8 iustitiae *ΣDB* habet *Σa.c.* 10 tenebantur *Σa.c.* ueniae paenitentia *WXQ* 11 dente] dentem *D* animam] anima *Q* anima] anime *Wa.c.m2* 12 iubebantur *ΣB* declinauerant *WXD* 13 inutile *Xa.c.m2* sunt] erant *WXD* 14 autem *om. WXQ* 15 et gratia ς 16 distructo *Σ,Xp.c.* defracto *D* utraque (a *in ras. m2*) *B* 19 et dom. nostro *B* nostro et dom. *ΣW* 20 retribuit *Q* don. deo *B* 21 uera *Wp.c.m2* deo rec. *D* sum. deo *Σ* habentes *om. D* propitiatorem *Σ* (e *in ras. 2 litt.*), *W* 22 nostrum ihm xpm ς

quod erat chirographum mortis contra nos, adfigens illud cruci, et principatus et potestates fecit ostentui triumphans eas in
5 ligno. quae autem potest maior esse clementia, quam ut filius dei hominis filius nasceretur, decem mensum fastidia sustineret, partus expectaret aduentum, inuolueretur pannis, subiceretur parentibus, per singulas adoleret aetates et post contumelias uocum, alapas et flagella crucis quoque pro nobis fieret maledictum, ut nos a maledicto legis absolueret patri factus oboediens usque ad mortem, et id opere conpleret, quod ante ex persona mediatoris fuerat deprecatus dicens: pater, uolo, ut, quomodo ego et tu unum sumus, et isti in nobis
6 unum sint? ergo, quia ad hoc uenerat, ut, quod erat inpossibile legis, quia nemo ex ea iustificabatur, ineffabili misericordia uinceret, publicanos et peccatores ad paenitentiam prouocabat conuiuium quoque eorum expetens, ut et inter conuiuia docerentur, sicuti manifestum esse poterit ei, qui euangelia sollicita mente perlegerit, quomodo et cibus eius et potus et deambulatio et uniuersa, quae gessit, salutem hominum procurarint. hoc uidentes scribae et pharisaei aduersum legem eum facere dicebant: ecce homo uorax et uini potator,

4 cf. Verg. Buc. IV 61 5 cf. Luc. 2, 12 cf. Luc. 2, 51 7 cf. Gal. 3, 13 8 cf. Phil. 2, 8 10 *Ioh. 17, 21 12 *Rom. 8, 3 13 cf. Gal. 5, 4 20 *Matth. 11, 19

1 chir. mort. quod erat *ς* cirographum *B* cyrographum *ΣX* cyrografhum *W* cyrografum *Q* mortis *om. XQ* mortis (m *in ras. m2*) *B* affligens *WX,B* (l *eras.*) 2 obstentui *D* hostentui *B* 3 maior pot. esse *DB* maior esse pot. *Σ* 4 nasceretur] *in ras. m2 B* putaretur *ΣD* mensum *Δ,Wa.c.m2* mensuum *D,Σa.r.Wp.c.m2Xa.c.m2* mensium *QB,Σp.r.Xp.c.m2* fastidium *D* 6 adolesceret *B,Σmg., ras. i. t.* et] sed *W* 7 alapes *X* (*corr. m. rec.*), alaphas *W* quoque] que *Σ*, *om. D* fierit *Δ,W* (fuerit *m2*) 8 absoluerit *Δ* 9 conpleret *om. D* ex *om. D* 11 unum] idem *ς* sumus ita *ΣDB,Q* (ita *add. m2*) 12 quia] qui *ΣWX* 13 legi *Q,Bp.r.* 14 prouocabat *om. W* 15 et *om. ΣDB* in *Σ* (*s. l.*), *D,B* (*corr.*) conuiuio (*alt.* o *in ras.*) *Σ* 16 sicuti *WXQ* sicut *cet.* pot. esse *B* qui in *D* 17 *pr.* et *om. Σ* 18 gessit in corpore *ς* salutem *Δ* -te *D* -tis *W* -ti *cet.* procurarent *ΣD* -rit *XQ* -ret *W* 19 aduersum *ΔX* -sus *cet.* *uerba* adu. leg. eum fac. *del. Bm2*

amicus publicanorum et peccatorum. nam et ante repre-
henderant, quare curaret in sabbatis dominus. ergo, ut hanc 7
eorum accusationem clementiae ratione superaret, tres para-
bolas posuit, e quibus una est nonaginta nouem ouium in
montibus relictarum et unius perditae, quae pastoris umeris
est reuecta, alia dragmae, quam mulier accenso lumine per-
quisiuit et inuenta ea uicinas ad laetitiam conuocauit dicens:
congratulamini mihi, quia inueni dragmam, quam
perdideram, tertia uero duorum filiorum, de qua ut dispu-
tarem pauca, iussisti.

3. Et de oue quidem ac dragma, licet ad unum pertineant
intellectum, non est istius temporis disputatio; hoc tantum
dixisse sufficiat ob id has parabolas esse propositas, ut *, quo-
modo ibi in inuentione pecoris et dragmae laetitia est ange-
lorum et circum manentium uicinarum, sic in publicanorum
peccatorumque paenitentia omnium debere esse laetitiam, qui-
bus non sit necessaria paenitentia. unde uehementer admiror 2
Tertullianum in eo libro, quem de pudicitia aduersum paeni-
tentiam scripsit et sententiam ueterem noua opinione dissoluit,
hoc uoluisse sentire, quod publicani et peccatores, qui cum
domino uescebantur, ethnici fuerint dicente scriptura: non

1 cf. Matth. 12, 10—12 etc. 4 cf. Luc. 15, 4—7 8 Luc. 15, 9 9 cf. Luc. 15, 11—32 18 cf. Tertull. de pudicitia c. 9 21 *Deut. 23, 17

1 amicus] aut (*eras., in mg. m2* amicus) *Σ* *alt.* et *om. ΣDB* reprehenderunt *Σ* 2 curarent *D* 3 clementiae *ΔD* clementi (*seq. ras. 1 litt. Σ*) *cet.* parabolis *Wa.c.m2* 4 proposuit *ς* ex *ΣDB* 5 humeris *ΣDQB,Xp.c.m2* 6 est reuecta *ΔQ* reuecta *W* reuectatur *X* est reducta *cet.* drachmae *ς* qua *W* perquisibit *Δ* requisiuit *ΣDB* 8 dragma (*ex* daagma) *D* drachmam *ς* 9 tertiam *D,Σ* (*ex* tertium) 11 ac dragma] *ex* acragma *m2 WX* unum] ouium *Q* 12 est *om. D* 13 ob id] *ex* obbiit *W* ob it *D* *uerbum ab* ut *pendens, uelut* appareat. *desideratur* 14 in] *s. l. Σ, om. WD* dragma (*corr.* dragme) *D* 15 circa *DB* manantium *Xa.c.m2* canentium *D* 16 paenitentiam *Δ* deberet *ΣDB* laetitiam (m *exp.*) *D* letia (*corr.* letitia) *Σ* leticia *B* 17 sit] est *X* poenitentię *D* 18 tertulianum *Wa.c.m2,D* tetulianum (*corr.*) *Σ* 19 ueterum *Σp.c.* dissoluti *W* 20 uol. se *X* 21 ethnici] et nunc *W*

erit uectigal pendens ex Israhel; quasi uero et Mattheus non ex circumcisione fuerit publicanus et ille, qui cum pharisaeo in templo orans oculos ad caelum non audebat erigere, non ex Israhel fuerit publicanus ac non Lucas memoret: et omnis populus audiens et publicani iustificauerunt dominum baptizati baptismo Iohannis, aut cuiquam credibile possit uideri ethnicum templum ingressum aut dominum cum ethnicis habuisse conuiuium, cum id maxime cauerit, ne legem soluere uideretur, et primum uenerit ad oues perditas domus Israhel, Chananaeae quoque deprecanti pro filiae salute responderit: non oportet tollere panem filiorum et dare eum canibus et alibi discipulis praeceperit: in uiam gentium ne abieritis et in ciuitates Samaritanorum ne
3 introieritis. ex quibus omnibus edocemur in publicanis non tam gentilium quam generaliter omnium peccatorum, id est, qui erant et de gentibus et de Iudaeis, accipi posse personas. ille autem, quia iuxta insanas feminas suas id dogmatis defendebat, quo Christianos nollet recipi paenitentes, frustra argumentatus est publicanos Iudaeos non fuisse, ut in persona eorum gentilium tantum populus possit intellegi. itaque, ne longum faciam, ipsa euangelii uerba proponam et in modum

1 cf. Matth. 9, 9 etc. 2 cf. Luc. 18, 13 4 *Luc. 7, 29 9 cf. Matth. 5, 17 cf. Matth. 10, 6. 15, 24 11 *Matth. 15, 26 12 *Matth. 10, 5

1 erit] est *WX,Qp.r.* israhel *Δ* israel *cet.* et *s. l. Σ* mattheus *ΔX* matheus *cet.* 2 et] quasi et *Q* 4 israhel *Δ* israel *cet.* ac] at *B* hic *W* aut *ς* memorat *DB* 5 omnes *Δ* 6 deum *ΣDB* babtismum *W* 7 uidere *D* 8 ethnico *Q* caueret *DQ,Σp.c.Bp.c.m2* 10 israhel *Δ* israel *cet.* chanee *D* cananeae *ΣXQ,B* (ca *in ras. m2*) filia salutem *D* salute filiae *ς* 11 responderet *D,Σp.c.* 12 eum *om. WXQ* 14 intraueritis *WXQ* non *s. l. m2 X, om. WQ* 15 id est *secludi mauult Engelbrecht* 16 *pr.* et *om. Σ* *pr.* de] ex *Σ* *alt.* de *s. l. W* 17 illi *Xa.c.m2* qui *Q,Σa.c.Bp.c.* iuxta *om. D* infamias *Q* insanas blasphemias *Σ*(pl-), *DB* insanas et blasphemas *ς* fem. suas] *s. l. Σ* minas sui *B* suas *Q* id *om. B* 18 quod *X* qui *Σ* nolle *Q* nolit *X,W* (*ex* nollit) recipere *ΣD,Bp.c.m2* 19 puplicanus iudaeus *W* 20 ne] ñ *Q* 21 proponamus *Σ*

commentatoris, quid mihi uideatur, ad singula quaeque subnectam.

4. Homo quidam habebat duos filios. hominem deum dici multis testimoniis adprobatur, ut ibi: duorum hominum testimonium uerum est. ego de me testimonium
dico et pater, qui me misit. in alia parabola pastor, in 2
alia pater familias nuncupatur, in alia uineam locat, in alia inuitat ad nuptias et diuersis similitudinibus rem significat eandem, ut Iudaeorum superbiam reprobet et in commune omnium peccatorum, siue gentilium siue Israhel, paenitentiam probet. quod autem ait 'duos filios', omnes paene scripturae de duorum uocatione populorum plenae sunt sacramentis.

5. Et dixit illi adulescentior: pater, da mihi portionem substantiae, quae me contingit. substantia dei est omne, quod uiuimus, sapimus, cogitamus, in uerba prorumpimus. hoc deus aequaliter uniuersis et in commune largitus est euangelista dicente: erat lux uera, quae inluminat omnem
hominem uenientem in mundum. iste est dexter oculus, 2
qui ab scandalis obseruandus est; haec lucerna corporis; hoc talentum, quod non est in sudario conligandum, id est delicate otioseque tractandum, nec in terra defodiendum, terrenis scilicet cogitationibus obscurandum.

3 *Luc. 15, 11 4 *Ioh. 8, 17—18 6 cf. Matth. 18, 12—14. Luc. 15, 4—6 7 cf. Matth. 20, 1—16 etc. cf. Matth. 21, 23—41 etc. 8 cf. Matth. 22, 2—14 etc. 13 *Luc. 15, 12 17 Ioh. 1, 9 18 cf. Matth. 5, 29 etc. 19 cf. Matth. 6, 22 etc. 20 cf. Luc. 19, 20

1 commentatoris *ΔXQ* commentarii *cet.* 3 quidem *X* deum *s. l.* *ΣW* 4 abprobatur *W* ibi] ubi *Δa.r.* 5 de *s. l. W* 7 nuncupabatur *B* in al. uin. loc.] *Σmg.m2,Qmg.* *alt.* aliam *W* locant *Wa.r.* loncat *D* *tert.* aliam *W* 9 eadem *W* communi*ς* 10 siue Isr. *om. W* israhel *ΔD*, *ras. i. t. et s. l. m2* israhelitarum *B* israel *cet.* 11 scripture pene *D* 12 de *om. ΣD* uocationem *Δ* sacramentis *om. WX* 13 ille *Σp.c.Ba.c.m2* illę *D* aduliscentior *Σa.c.,X,Ba.c.m2* adolescentior *Q, Bp.c.m2* 16 haec *ς* qualiter *W* et in] sed *W* 17 qui *W* 18 hunc mund. *B* 19 a *X,Σp.r.* haec] et *W* hoc] haec *Q* 20 conligatum *W* (ll *ex* nl *m2*), *X* deligate *Δ,W* (*corr.*) 21 fodiendum *D*

6. Qui diuisit eis substantiam. significantius in Graeco legitur διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον, id est, dedit liberum arbitrium, dedit mentis propriae uoluntatem, ut uiueret unusquisque non ex imperio dei, sed ex obsequio suo, id est non ex necessitate, sed ex uoluntate, ut uirtus haberet locum, ut a ceteris animantibus distaremus, dum ad exemplum dei permissum est nobis facere, quod uelimus. unde et in peccatores aequum iudicium et in sanctos aut in iustos praemium retribuetur.

7. Et non post multos dies collectis omnibus adulescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam. si deus tenet caelum palmo et terram pugillo et Hieremias dicit: deus adpropinquans et non deus de longinquo, per Dauid quoque, quia nullus absque eo locus sit, praedicatur, quomodo filius peregre proficiscitur et a patre
2 discedit? sciendum igitur non locorum spatiis, sed affectu aut esse nos cum deo aut ab eo abscedere. quomodo enim ad discipulos loquitur: ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi, ita ad eos, qui sui iactantiam praeferunt et esse cum domino non merentur, dicit: discedite a me, non noui uos, qui operamini iniquitatem.

8. Recessit ergo iunior filius cum sua substantia a patre

1 *Luc. 15, 12 4 cf. Philem. 14 9 *Luc. 15, 13 11 cf. Esai. 40, 12 12 *Hier. 23, 23 13 cf. Ps. 23, 1 17 Matth. 28, 20 20 *Matth. 7, 23

1 illis (s *eras.*) *Σ* 2 legitur] dicitur *WQ* διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον] *om. Q, uarie scriptum in cet.* dedit] *s. l. Δ* dedit eis *ς* 3 uol.] libertatem *B* et ut *ΣDB* 4 *alt.* ex *om. ΣDB* 5 *pr.* ut *s. l. m2 Σ* uirtutis *Σ* *alt.* ut] et ut *m2 B* a *om. W* 6 distaret *ΣD* 7 nobis *om. Q* uellimus *Σa.r.* peccatoribus *Q* 8 et] aut *Δ* in sanctis *Q* inser *W* aut iniustos *Δ* aut in (*utrumque del.*) iustum (*ex* istum) *X* aut (aut *eras. Σ*) iustum *WΣ* et iustis *Q* iustum *DB* et iustos iustum *ς* retribuitur *WXB* tribuitur *D* retribueretur *ς* 10 filius *s. l. m2 Σ* 11 cael. ten. *Σ* terra *W* 13 quia *ex* quam *X* loco *W* 14 peregre *om. Q* 15 est igitur *Δ* 16 abscedere *ΔWXQ* disc- *cet.* 17 ad *ex* a *m2 WB* ego *om. W* 19 proferunt *Σ* deo *QB* 20 qui op. in. non noui uos *Q* operantur *W* 22 sua subst. *Δa.c.m2,Q* sua uniuersa subst. *Δp.c.m2,X,B* (sua *eras.*), uniu. subst. sua *Σ* uniu. subst. *WD*

et peregre profectus est. et Cain egressus a facie dei habi-
tauit in terra Naid, quod interpretatur 'fluctuatio.' quicumque
a deo recedit, statim saeculi fluctibus quatitur et mouentur
pedes eius. nam postquam moti sunt homines ab oriente et a 2
uero lumine recesserunt, tunc aduersum deum inpietatis suae
aedificauere turrem, tunc dogmatum superbias confinxerunt
uolentes curiositate non licita in ipsius caeli alta penetrare.
et uocatus est locus ille Babel, id est 'confusio'.

9. Et ibi dissipauit substantiam suam uiuens luxuriose. luxuria inimica deo, inimica uirtutibus perdit omnem substantiam patris et ad praesens uoluptate deleniens futuram cogitari non sinit paupertatem.

10. Cumque consumpsisset omnia, facta est fames
ualida per regionem illam. a patre acceperat facultates,
ut inuisibilia eius per ea, quae sunt uisibilia, cognosceret et
ex pulchritudine creaturarum consequenter intellegeret crea-
torem. qui ueritatem in iniustitia detinens et pro deo idola
colens naturae bona uniuersa consumpsit et consumptis omni-
bus coepit egere uirtutibus derelicto fonte uirtutum. facta 2
est fames ualida per regionem illam. omnis locus, quem
patre incolimus absente, famis, penuriae, egestatis est. famis
autem μετὰ ἐκτάσεως ualidae haec est regio, de qua dicitur

1 cf. Gen. 4, 16 3 cf. Ps. 72, 2. 93, 18 4 cf. Gen. 11, 1—9 9 *Luc. 15, 13 13 *Luc. 15, 14 15 cf. Rom. 1, 20 17 cf. Rom. 1, 18 19 *Luc. 15, 14

1 domini *ΣD* 2 naim *B* 4 a *s. l. Δ* 5 aduersum *ΔWX* -sus *cet.* 6 haedificare *Σa.c.m2* aedificauerunt *Q,D* (uerunt *in ras.*) turrim *Q,ΣXp.c.* superbiam *B* confixerunt *WD,B* (ix *in ras. m2*), *Σa.c.* 9 uiuendo *Q* 10 perdet *ΣD* 11 uoluntatem *DQ,Σa.c.* deleniens *Δp.c.,WXa.c.m2* delin- *cet.* 12 cogitare non sin. *XDQB* non sin. cogitare *Σ* 13 cumque *om. W* consumsit *Wp.r.* famis *ΣXa.c.Wp.c.m2* 14 in regione illa *Σ* acc. a patre *ς* 15 sunt] erant *ΣXD* et *s. l. Σ* 16 intellegerit (intelligerit *m2*) *W* 17 in *s. l. Q* iniusticiā *B* iniustia *Σ* 18 cons. et *om. W* 20 famis *Wa.c.X* 21 absenti *W* fames *Wp.c.,B* penuriae et *ΣDB,Xp.c.m2* fames *ΔDQ,Wp.c.* 22 META EKTACEWC *Δ* META EKCTACEWC *WX* METAEPTAC*CEWC *B* NETARCECOC *Σ* METAENTCECOC *D*, *om. Q* μετὰ ἐμφάσεως *Vallarsi* ualidae *Δ* -da *Q* -de *cet.*

per prophetam: qui habitatis in regione umbrae mortis, lux fulgebit super uos. at contra alia est regio, quam possessuri sumus mundi corde atque uiuentes, quam sanctus desiderat dicens: credo uidere bona domini in regione uiuentium.

11. Et ipse coepit egere et abiit et coniunxit se uni de principibus regionis illius. deserto nutricio, qui ad primam uocem bona ei fuerat cuncta largitus, iunxit se principi mundi huius, id est diabolo, rectori tenebrarum istarum, quem nunc inimicum hominem, nunc iudicem iniquitatis, nunc draconem, nunc satan, nunc malleum, nunc perdicem, nunc Belial, nunc rugientem leonem, nunc Leuiathan, nunc tenninim
2 et multis aliis uocabulis scriptura cognominat. quod autem ait 'uni de principibus,' plures esse intellegendum est, qui per istum uolitent aerem et diuersorum fraude uitiorum genus hominum suae subiciant seruituti.

12. Qui misit illum in agro suo, ut pasceret porcos. porcus animal inmundum, quod caeno et sordibus delectatur.

1 *Esai. 9, 2 4 *Ps. 26, 13 6 *Luc. 15, 14—15 8 cf. Ioh. 14, 30 9 cf. Eph. 6, 12 10 inim. hom.] cf. Matth. 13, 39 etc. iud. iniq.] cf. Luc. 18, 6 11 draconem] cf. Apoc. 12, 3 sqq. satan] *passim* malleum] cf. Hier. 27 (50), 23 perdicem] cf. Eccli. 11, 30 12 Belial] *passim* rug. leon.] cf. I Petr. 5, 8 Leuiathan] cf. Iob 3, 8 etc. tenninim] cf. Ps. 73, 13 17 *Luc. 15, 15

1 regionem *D* 2 est alia *ΣDB* 3 sunt *WQ,Xa.c.m2* mundi *ΔQ,Ba.c.m2* mundo *Σ,Wa.c.m2,XD,Bp.c.m2* atque] *add.* corpore *m2B* *add.* puro *ς* sanctus dauid *ς*, *fort. recte* 4 desiderans (*alt.* de *m2*) dicit *Σ* regione] terra *B* 5 uiuorum *Q* 6 habiit *Σ* (h *eras.*), *WX* adiunxit *Σ* 8 ei *s. l. Σ* 9 huius mundi *QB* istarum *om. ΣDB* 11 drac. et ehoc (*sic*) *D* satanan *WXDQ* sathanã (*ex* satanã) *B* 12 beliar *X* (*corr.*) leon. rug. *WXQ* leuiatan *QB* leuiatam *X* theninim *Σ* theninin *D* temnim (mnim *in ras. m2*) *B* thaninim *ς* 13 et] nunc behemoth et *ς* 14 pluris *Xa.c.m2* est *om. ΣDB* 15 uolitant aer. *ΣWX* aer. uolitant *Q* 16 subiciat *Σa.c.m2* subitiunt (*ex* subitiant) *Q* 17 agrum suum *QB,ΣXp.c.m2* ut *ex* et *m2 Q* 18 porcus] *ex* porcos *m2 X* porcus autem *Σ*, *om. W* an. inm.] *add.* est *DB,Q*(*s.l.*) inm. est an. *Σ*

talis est daemonum multitudo, quae per idola manu facta cruore pecudum et uictimis pascitur et nouissime saginatiore quadam hostia, ipsius hominis morte, saturatur. misit ergo eum in possessionem suam, id est suum effecit esse famulum, ut pasceret porcos immolans eis animam suam.

13. Et cupiebat saturare uentrem suum de siliquis porcorum, et nemo illi dabat. id, quod in Ezechiele cum increpatione dicitur ad Hierusalem: et factum est in te peruersum ultra mulieres in fornicatione tua, et post te non sunt fornicatae in eo, quod dedisti mercedes, et mercedes tibi non sunt datae, uidemus in filio minore conpletum. substantiam suam in regione principis perdidit et 2
post perditas facultates missus ad porcos egestate contabuit. daemonum cibus est ebrietas, luxuria, fornicatio et uniuersa uitia. haec blanda sunt et lasciua et sensus uoluptate demulcent statimque, ut apparuerint, ad usum sui prouocant. quibus ideo luxuriosus adulescens non poterat saturari, quia semper uoluptas famem sui habet et transacta non satiat. et satanas, cum 3
aliquem sua arte deceperit et proprium ei iugum inposuerit, ultra ad uitiorum abundantiam non procurat sciens esse iam mortuum, sicuti multos idolatras uidemus pannis, miseria, ege-

6 *Luc. 15, 16 8 *Ezech. 16, 34

1 tales *Δ* fata *D* 2 pecodum *WXa.c.m2,D* peccorum (*pr.* c *eras.*) *Σ* saginatiori *Wp.c.m2* saginatione *ΣQ,Xp.c.* sagione *D* 3 quadam] *s. l. Σ* quasi quadam *m2 X* hostiae *ΣQ* 4 efficit *D,Σa.c.m2* fecit *WXQ* 5 pasceretur (ur *del. m2*) *W* porcos *om. D* immolando *B* eis *Δ* ei *cet.* 6 saturari *DQB* implere *ς* 7 id] id est *W* in *QB* ezhechiele *X* ezechihel *Σ* (ezechihele *m2*), *D* hiezechiele *Q* iezechiele *B* 8 Hier.] hisrahelem *D* israel *Σ* 9 in f. t.] quae (*om. ΣDB*) ante fornicationem tuam *ΣDBς* pos *W* 10 non *om. ς* 11 et mercedes *s. l. m2 B* uidimus *X* 12 qui subst. *Q* princ. reg. *D* perdit *W* 14 demonium *D* ebrietas] *s. l. m2 X, om. WQ* 15 sensum *W,Xa.c.m2,Q* uoluptatem *Σ,Xp.c.m2* uoluntate *D* 16 apparuerit *D* sui] suū *B* (*corr.*) 17 luxuriosis *Σ* (*corr.*) saturare *Wa.c.m2* 18 transacto *Δ* sathanas *Bp.c.,Σa.c.* cum al.] quem *Q* 19 inp. iug. *codd. praeter Δ* 20 ad] ei (*in ras. m2*) *B* 20 ab. uit. *ς* abundantia *D* non proc. *om. Q* 21 sicut *X* idololatrias (*alt.* i *exp.*) *X* idololatras *ς* uidimus *Q* pannis *Δ,W* (*pr.* n *del. m2*) panis *cet.* misera *Qp.r.* et egest. *Σ,D*(eie-),*B*

state confectos. hi sunt, in quibus propheticus sermo conpletur:
omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem de-
disti mercedes omnibus amatoribus tuis et non acce-
4 pisti mercedes. possumus autem et aliter siliquas interpre-
tari. daemonum cibus est carmina poetarum, saecularis sapi-
entia, rhetoricorum pompa uerborum. haec sua omnes suauitate
delectant et, dum aures uersibus dulci modulatione currentibus
capiunt, animam quoque penetrant et pectoris interna deuinciunt.
uerum ubi cum summo studio fuerint ac labore perlecta, nihil
aliud nisi inanem sonum et sermonum strepitum suis lecto-
ribus tribuunt: nulla ibi saturitas ueritatis, nulla iustitiae
refectio repperitur. studiosi earum in fame ueri, in uirtutum
5 penuria perseuerant. huius sapientiae typus et in Deuteronomio
sub mulieris captiuae figura describitur, de qua diuina uox
praecipit, ut, si Israhelites eam habere uoluerit uxorem, caluitium
ei faciat, ungues praesecet, pilos auferat et, cum munda fuerit
effecta, tunc transeat in uictoris amplexus. haec si secundum
6 litteram intellegimus, nonne ridicula sunt? atqui et nos hoc
facere solemus, quando philosophos legimus, quando in manus
nostras libri ueniunt sapientiae saecularis: si quid in eis utile
repperimus, ad nostrum dogma conuertimus, si quid uero

2 *Ezech. 16, 33—34 14 cf. Deut. 21, 10—13

1 confectos] conficit *Q* hii *WD,Σa.r.* 2 tu—4 merc. *om. Q* 3 *uerba* et non—mercedes *ex Uulgata inepte interpolata* (*cf. p. 121, 11*) *iudicat Engelbrecht* 4 et *om. D* 5 sapientiae *D* 6 rethoricorum *ΣWXQ* retor- *ΔDB* omnis *Δ* homines (*in ras. m2*) *B* 7 uerbis *Q* 8 capiunt] *seq. ras. 7 litt. Σ* pectoris] *ex* peccatores *X* peccatoris *W* deuincunt *Q,Σp.r.Ba.c.m2* diuinciunt *W* 9 cum] cō *Q* 10 sermonem (sermonis *m2*) *Q* crepitum *WQ,Xa.c.* 11 saturitatis *WX,D* (*corr.*) ueritas *X* ref. iust. *ς* 12 reper. *Q* studiose *W* eorum *B* in fame ueri] infames uel *Q* *alt.* in] et *ΣDB* 13 penuriae *W* pers. pen. *B* et *om. B* 14 mul. capt. fig.] muliere captiua *Q* 15 praecepit *W,Ba.c.m2* israelites si *Σ* israhelitis *WX* hisrahelitas *D* israhelita *Q* 16 ungues presecet (un *m1, reliqua m2 in ras.*) *B* persecet *D* et pilos *XD* auferet *W* 17 amplexus (u *m2 in ras.*) *B* 18 nonne *ex* non *m2 Σ* atqui *scripsi* itaque *codd.* hoc *om. WQ* 19 philosophus (u *m2 in ras.*) *W* 20 si *in ras. Bm2* 21 reperimus *Q* nostram docgma *W* si *in ras. Bm2*

superfluum, de idolis, de amore, de cura saecularium rerum,
haec radimus, his caluitium indicimus, haec in unguium morem
ferro acutissimo desecamus. unde et apostolus prohibet, ne 7
in idolo quis recumbat, dicens: uidete autem, ne haec
licentia uestra offendiculum fiat infirmibus. si enim
quis uiderit eum, qui habet scientiam, in idolio
recumbentem, nonne conscientia eius, cum sit infirma,
aedificabitur ad manducandum idolothyta et peribit,
qui infirmus est, in tua scientia frater, propter quem
Christus mortuus est? nonne tibi uidetur sub aliis uerbis 8
dicere, ne legas philosophos, oratores, poetas, ne in eorum
lectione requiescas? nec nobis blandiamur, si his, quae sunt
scripta, non credimus, cum aliorum conscientia uulneretur et
putemur probare, quae, dum legimus, non reprobamus. alioquin
quale erit, ut aestimemus apostolum eius, qui uescebatur in
idolio, scientiam conprobasse et eum dixisse perfectum, quem
sciret de idolothytis manducare? absit, ut de ore Christiano
sonet 'Iuppiter omnipotens' et 'mehercule' et 'mecastor' et
cetera magis portenta quam numina. at nunc etiam sacerdotes 9
dei omissis euangeliis et prophetis uidemus comoedias legere,
amatoria bucolicorum uersuum uerba cantare, tenere Vergilium

4 *I Cor. 8, 9—11

2 indicimus *Δ* induc. *ΣDB* incid. *cet.* morem *ΔQ* more *cet.* 4 idolo *ΔX* dolo *W* idolio *cet.* recumbet *X* 5 infirmibus *ΔWX* infirmis *cet.* 6 idolio] *pr.* i *ex* e *uel* o *m2 W* 8 mand.] edendum *WXQ* idolotyta *ΔW*,*Xa.c.* -lotita *QB* -latita (tita *exp. D*) *D*,*Σ* (idolothita *m2*) 9 tua] *seq. ras. 2—3 litt. B* 11 *alt.* ne] nec *Q*,*B* (*in ras. m2*), *Xp.c.* in *in ras. m2 B* 12 his] in his *Q* in eis *ΣDB* 13 uulneratur *Σ* et— reprob.] *in mg. inf. Σ* 14 putemus *ΣD* alioqui *ς* 15 extimemus *B* aestimamus *Σ* existimemus *D* 16 idolio] *ex* idolia *X* idola *W* hydolio (h *eras.*) *B* sciencias *W* conscientiam *DB* conscientia *Σ* conprobare *Q* 17 scire *B* de *om. W* idolothytis**X* -lothitis *D* -loti(y)tis *ΔWQ* ydolotitis *B* -liotitis (-lothitis *m2*) *Σ* 18 me ercule *ΣW* mi (*in ras. m2*) ercule *B* me erculem *D* me ecastor *Σ* (e *eras.*), *D* mi (*in ras. m2*) castor *B* 19 nomina *Δa.c.ΣW* 20 missis *Σa.c.m2* uid. nunc *Q* 21 canere *ς* uergilium *ΔX* uirg- *cet.*

et id, quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere uoluntatis. cauendum igitur, ne captiuam habere uelimus uxorem, ne in idolio recumbamus; aut, si certe fuerimus eius amore decepti, mundemus eam et omni sordium horrore purgemus, ne scandalum patiatur frater, pro quo Christus est mortuus, cum ex uoce Christiani carmina in idolorum laudes conposita audierit personare.

14. In se autem conuersus dixit: quanti mercennarii patris mei abundant pane, ego autem hic fame pereo! mercennarios secundum alium intellectum eos aduertimus ex Iudaeis, qui ob praesentia tantum bona legis praecepta custodiunt, id est iusti sunt et misericordes, non ob ipsam iustitiam et ob ipsum misericordiae bonum, sed ut a deo terrenae
2 fertilitatis et longae uitae praemium consequantur. qui autem ista desiderat, metu conpellitur ad obsequium praeceptorum, ne eorum praeuaricatione, quae iussa sunt, careat concupitis. porro, ubi metus est, non est dilectio. perfecta quippe dilectio foras mittit timorem. nam qui diligit, non ideo imperata custodit, quia aut timore poenarum aut praemii auiditate conpellitur, sed quia hoc ipsum, quod a deo iubetur, est optimum.

8 *Luc. 15, 17 17 *I Ioh. 4, 18

2 uoluptatis *ΣBp.c.m2* cau.—recumb.] *in mg. Q* ne *ΔW* si (*in ras. m2 B*) *cet.* hab. uel. *ΔWB* uel. hab. *cet.* 3 idolo *WX* certe] forte *W* eius] *s. l. m2 X*, *om. WQ* 4 omne *WD* om̄s *Σ* horrore *ΔX* horrere (*corr.*) *Q* errore *WDB* errores *Σ* 5 mort. est *codd. praeter Δ* 6 ex uoce *ΔWXQ* in (*eras. B*) ore *cet.* in *om. WXQ* laudes *ΔW,X* (s *exp. m2*) -de *cet.* -dem *ς* 8 in *s. l. m2 Σ* in se] ipse *Q* reuersus *Σ* mercennalrii *D* mercenarii *ΣX* 9 patris *ΔDQ* in domo patris *cet.* panem *Δ* panibus *XB* 10 mercen(n)arius *WX,Σa.c.m2* uero sec. *B* aduertimus *Δa.c.,Q* animadu. *cet.* 11 praesentiam *ΔW* 12 id est] ideo *Σ* hii *D,B* (*in ras. m2*) misericordes (des *in ras. 7 litt.*) *Σ* ob *om. W* 13 et] ut *m2 Σ* ob (ab *m2 Σ*) ipso mis. bono *ΣD* 14 fertilitates *W* felicitatis *ΣDB* et *s. l. Δ* longe (longeuę *m2*) *Σ* 15 istam *D* metu *ΔW,X* (*s. l.* seu merito *m2*), *Q* merito *cet.* 19 quia *ex* qui *Σ* *pr.* aut] autem *Δ* timorem *Δ* (*corr.*) metu *Q* compellimur (*corr. m2*) *WX* 20 iubeatur (a *exp.*) *Q*

sensus itaque iste est: ‘quanti ex Iudaeis ob praesentia tantum bona a dei obsequio non recedunt, et ego egestate conficior!’

15. Surgens ibo ad patrem meum. pulchre ait ‘surgens’; patre quippe absente non steterat. peccatorum iacere, stare iustorum est. ad Moysen dicitur: tu uero hic sta mecum; et in centesimo tricesimo tertio psalmo: ecce nunc benedicite dominum, omnes serui domini, qui statis in domo domini, ad benedictionem domini stantes propheta in domo domini cohortatur.

16. Et dicam illi: pater, peccaui in caelum et coram te; iam non sum dignus uocari filius tuus. peccauerat in caelum, qui Hierusalem caelestem reliquerat matrem; peccauerat coram patre, qui conditore deserto fuerat ligna ueneratus; non erat dignus uocari filius dei, qui seruus esse maluerat idolorum. omnis enim, qui peccatum facit, de diabolo patre natus est.

17. Fac me sicut unum ex mercennariis tuis. ‘fac me’, inquit, ‘sicut unum ex Iudaeis, qui te ob praesentium tantum rerum promissa uenerantur. recipe filium paenitentem, qui mercennariis tuis peccantibus saepissime pepercisti’.

18. Et uenit usque ad patrem suum. uenimus ad patrem, quando a porcorum recedimus pastione, secundum illud: statim ut conuersus ingemueris, saluus eris.

3* Luc. 15, 18 5 Deut. 5, 31 6 Ps. 133, 1 10 *Luc. 15, 18—19 12 cf. Hebr. 12, 22 15 cf. I Ioh. 3, 8 17 *Luc. 15, 19 21 *Luc. 15, 20 23 *Esai. 30, 15

1 iste] *in ras. m2 B, s. l. m2 W* ipse *Σ* (*in mg.* iste *m2*), *D* ex Iud.] iudei *Bp.r.* ob] op *D* praesentiam *Δ* (m *eras.*), *W* 2 a dei] *in ras. m2 B* ab eius *Σ* confitior *B* confiteor *Xa.c.m2* 4 patre quippe] *in ras. m2 B* iust. stare *ς* 5 dicit deus (dominus *Q*) *WXQ* hic *s. l. ΔΣ* 6 tricensimo *X* trigesimo *Q* 7 dominum] domino *WB* domini] dominum *D* 9 cohartatur *WXa.c.m2* 10 caelo *W* 12 quia *B* 14 uocare *WXa.c.* dei *om. Q* esse *s. l. Σ* 15 enim *in mg. D* fac. pecc. *D* de *om. Σ* 16 patre *om. Q* 17 ex] de *ΣB* mercenariis *X,Σa.c.m2* 18 inquit] sicut (*eras.*) inquit *Q, s. l. m2 B* sicut *in ras. m2 B* 20 mercenariis *Σ,Xa.c.m2* peccantibus *om. WX* 22 apud corum (*s. l. m2* ap peccatorum) reced. *W* reced. a porcorum *ς* pastionem (m *eras.*) *ΔD* passione (*alt.* s *in ras. m2*) *W* participatione *Q*

19. Cumque adhuc longe esset, uidit eum pater eius et misericordia motus est. antequam dignis operibus et uera paenitentia ad patrem rediret antiquum, deus, apud quem cuncta futura iam facta sunt et qui omnium est praescius futurorum, ad eius praecurrit aduentum et per uerbum suum, quod carnem sumpsit ex uirgine, reditum filii iunioris anticipat.

20. Et procurrens incubuit super collum ipsius. ante uenit ad terras, quam ille domum confessionis intraret, incubuit super collum ipsius, id est corpus sumpsit humanum, et, sicuti super pectus Iohannes recubuit, qui secretorum eius effectus est particeps, ita et iugum suum leue, id est mandatorum suorum facilia praecepta, ex gratia magis quam ex merito super iuniorem filium conlocauit.

21. Et osculatus est eum iuxta illud, quod in Cantico Canticorum ecclesia de sponsi precatur aduentu: osculetur me ab osculis oris sui, 'nolo mihi,' dicens, 'per Moysen, nolo per prophetas loquatur; ipse meum corpus adsumat, ipse me osculetur in carne', ut et illud quoque, quod in Esaia scriptum est, huic sententiae coaptemus: si quaeris, quaere
2 et ad me habita in saltu. et ibi quippe flens ecclesia cla-

1 *Luc. 15, 20 3 cf. Eccle. 3, 15 4 cf. Sap. 8, 8 5 cf. Ioh. 1, 14 8 *Luc. 15, 20 11 cf. Ioh. 13, 23. 25 12 cf. Matth. 11, 30 15 Luc. 15, 20 16 *Cant. 1, 1 20 *Esai. 21, 12—13 21 cf. Esai. 21, 11

3 reddiret *Wa.c.m2* redire *Q* redisset *Σ* 4 iam *om. Q* est omn. *ς* 5 eius] eiusdem presentiā (-tia *D* praesentiae *del. B*) dei *ΣDB* 6 fili *Δ* filii sui *ς* 8 precurrens inc. *Δ* procurrit inc. *D* procubuit *Q* eius *ΣQ* 9 terram *W* 10 eius *Q* 11 ioh. sup. pect. *ς* iohannis *ΔWD,B* (*corr.*) iohannem *Xa.c.m2* dñi ioh̄ (ioh̄is *m2*) *Σ* suum (*in mg. add. m2*) ioh̄s (h̄ *in ras. m2, fuisse uid.* h̄i) *Q* rec.] ih̄u rec. *ς* eius] *seq. ras. 14 litt.* (*fuisse uid.* in sempit̄num odi) *Σ* 15 cantico *ΔΣ* cantica (*s. l. B*) *cet.* 16 ecclesia] sponsa *Q* prec. adu.] *in ras.* p̄stolatur aduentu p̄cans *Bm2* osc. me *in ras. m2 B* 17 ab (ab *om. W*) osculis *ΔWX* ab osculo *DQ* osculo *Σ,B* (*in ras. m2*) nolo *ex* noli *m2 Q* mihi] mi *W,Xa.c.m2* dicat *Σ* 18 per *s. l. m2 B* corp. meum *B* 19 me *om. Q* carnem *Δ* illum *Σ* (*corr.*) quod et *W* 20 quaeris—me] *in ras. m2 B* 21 *pr.* et *om. D*

mare iubetur ex Seir, quia Seir ʽpilosusʼ et ʽhispidusʼ interpretatur, ut antiquum gentilium significet horrorem illa pariter similitudine respondente: nigra sum et speciosa filia Hierusalem.

22. Dixit autem illi filius: pater, peccaui in caelum et coram te; iam non sum dignus uocari filius tuus. dicit se dignum non esse filium nuncupari et tamen ex naturae uoce, ex illa substantia, quam illi pater fuerat aliquando largitus, in nomen trepidus ueritatis erumpit: pater, inquiens, peccaui in caelum. frustra igitur quidam argumentantur 2 nomen patris in sanctos tantummodo conuenire, cum etiam hic deum patrem uocet, qui se filii nomine confitetur indignum; nisi forte ideo patrem audet uocare, quia plena mente conuersus est.

23. Dixit autem pater ad pueros suos: celerius proferte stolam priorem, stolam, quam Adam peccando perdiderat, stolam, quae in alia parabola indumentum dicitur nuptiale, id est uestem spiritus sancti, quam qui non habuerit, non potest regis interesse conuiuio.

24. Et date anulum in manu illius, signaculum similitudinis Christi secundum illud: credentes signati estis spiritu repromissionis sancto. et ad principem dicitur Tyri, qui similitudinem conditoris amiserat: tu es resigna-

3 *Cant. 1, 5 5 *Luc. 15, 21 15 *Luc. 15, 22 17 cf. Matth. 22, 11—12 20 *Luc. 15, 22 21 *Eph. 1, 13 23 *Ezech. 28, 12—13

1 *pr.* seyr *QB* eir *D* *alt.* seyr *QB* 2 ut et *ς* gentium *WXQ* errorem *ΣB* illi *W* pari *B* 3 similitudinem *WQ* et] sed *ς* formosa *ς* filiae *ς, sed cf. p. 145, 3* 5 illi autem *Δ* caelo *Wa.c.m2* 7 non e. dign. *ς* 11 sanctis *Q* 12 hic *om. ΣDB* deum hic *ς* se *om. W* 13 aud. uoc. patr. *Σ* 16 priorem] *add.* et induite (induit *Xm2*) eum *ΣDB,Xm2 s. l.* *alt.* stola *Xp.c.* Adam *s. l. m2 Σ* perd.] amiserat *Q* 17 stolam quam *Σ* stola quae *X* stolaque *W* in alia *s. l. m2 Q* 18 uestē (ē *in ras. m2*) *B, om. Q* 19 regis *s. l. X* 20 ipsius *Q* eius *B* eius illius *Σ* 21 in quem credentes *X,Bp.c.* 22 spiritus *D* tyri dic. *DQ* 23 admiserat *Wp.c.m2* es] *s. l. Σ, exp. Qm1Bm2, om. ς* resign. *ΔWX* sign. *cet.*

culum similitudinis et corona decoris, in deliciis para-
2 disi dei natus es. Esaias quoque de hoc signaculo loquitur:
tunc manifesti erunt, qui signantur. hoc signaculum in
manu datur, quando opera iustitiae scriptura significat, ut ibi:
factum est uerbum domini in manu Aggei prophetae;
et ad Hierusalem: ornaui te, inquit, ornamento et inposui
3 tibi armillas circa manus tuas. rursum ad eum uirum,
qui indutus est podere, alius locus signaculi demonstratur:
pertransi mediam Hierusalem et da signum in frontibus uirorum gementium et dolentium in omnibus iniquitatibus, quae fiunt in medio eorum. quare? ut postea possint dicere: signatum est super nos lumen uultus tui, domine.

25. Et calciamenta in pedibus eius. sponsi quippe perdiderat dignitatem. nudis pedibus pascha celebrare non poterat. haec sunt calciamenta, de quibus dominus ait: et calceaui te hyacinthum. et calciamenta in pedibus eius, necubi coluber insidians plantam gradientis inuaderet, ut super scorpiones et serpentes securius ambularet, ut praepararetur ad euangelium pacis iam non ingrediens secundum carnem, sed secundum spiritum, et dictum ei propheticum conueniret:

3 *Esai. 8, 16 5 Agg. 1, 1 et 2, 2 6 *Ezech. 16, 11 9 *Ezech. 9, 4 12 Ps. 4, 7 14 *Luc. 15, 22 16 *Ezech. 16, 10 *Luc. 15, 22 18 cf. Gen. 3, 15 cf. Luc. 10, 19 19 cf. Eph. 6, 15 20 cf. Gal. 5, 16

1 corone *ΣB* 2 eius *ante* dei *add. Σm2, sed postea eras.* est *D* 3 manifeste *W* 5 agei *Σa.c.m2* aggaei *D* 6 *pr.* et] *s. l. m2 B, om. ΣD* dicentis *ς* Hier.] israhelem *Σ* 7 armilas *Qa.c.m2* rursus *B* uirum *om. ΣDB* 8 podere (o *in ras. 2 litt.*) *Σ* phodere *D* loci *ΣD* signaculo *Σ* 9 transi *Σp.r.* per mediam *Σp.c.m2* per medium *Q* signaculum *ΣDB* 13 domini *D* 14 calciamentum *ΣB* quippe] quidem *B* 15 et nudis *Bp.c.m2,ς* pasca *ΔΣ* 17 iachinctum (iachincto *m2*) *X* iacinto (iacyncto *m2*) *Σ* iacintho *D* necubi *scripsi* nec (c *eras. Σ*) ubi *ΔΣWXQ* ne (nec *m2*) ubi (u *in ras. m2*) *B* nę ubi *D* 18 gradientes (*corr.* gradientis *m1* ingredientis *m2*) *X* ingredientis *ΣDB* ut *Δ* sed *B* et *cet.* et super—amb.] *in mg. inf. m2 Σ* 19 securior *B* praeparetur *ΣWDB* 20 egrediens *WX* gradiens *ς*

quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona!

26. Et adferte uitulum saginatum et occidite, et man-
ducemus et epulemur, quoniam hic filius meus mor-
tuus fuerat et reuixit, perierat et inuentus est. uitulus
saginatus, qui ad paenitentium immolatur salutem, ipse sal-
uator est, cuius cotidie carne pascimur, cruore potamur. fidelis 2
mecum lector intellegis, qua pinguedine saturati in ructum
laudum eius erumpimus dicentes: eructauit cor meum
uerbum bonum, dico ego opera mea regi, licet quidam
superstitiose magis quam uere non considerantes textum psalmi
ex patris persona hoc arbitrentur intellegi. quod autem ait: 3
epulemur, quoniam hic filius meus mortuus fuerat et
reuixit, perierat et inuentus est, ad eundem superioris
parabolae pertinet sensum, in qua dicitur: sic, dico uobis,
gaudium erit coram angelis dei super unum pecca-
torem paenitentiam agentem.

27. Et coeperunt epulari. hoc conuiuium cotidie celebratur, cotidie pater filium recipit: semper Christus credentibus immolatur.

28. Erat autem filius illius senior in agro. hucusque de persona iunioris filii disputatum est, quem secundum

1 *Esai. 52, 7 3 *Luc. 15, 23—24 8 cf. Ps. 62, 6 9 Ps. 44, 2 15 *Luc. 15, 10 18 Luc. 15, 24 21 *Luc. 15, 25

1 pacis *W* 6 penitentiam *Xa.c.m2* poenitenciam *W* penitentiae (penitentis *m2*) *B* pe(oe)nitentiae *ΣD* paenitentis *ς* salute *Q* 7 est *s. l. m2 X* carni *Xa.c.m2* 8 lect. mec. *B* qua *Δ,Xa.c.* quia *ΣWDQ,Xp.c.* quia eius (eius *del. m2*) *B* pinguine *Σa.c.m2* pinguidine *Δ* pinguitudine *WX* saturati] salutari *Q* 9 lauduum *Σa.c.m2 D*, -dem *W,Xa.c.m2* -dis *ς* inrumpimus *Xa.c.m2* eructauit (ct *in ras. m2*) *B* eructuauit *Σ,Dp.c.* 10 quidem *ΣD* 11 contextum *WXQ* 12 hoc arbitrantur *Σ* arbitrentur hoc *ς* ait] dicit *Σp.c.* 13 hic *om. Q* 14 par. sup. *ς* 15 sic *om. Q* 16 quia gaud. *ς* coram] *s. l. Σ, om. W* uobis (*exp.*) coram *Δ* uno peccatore *QB,ΣWX p.c.m2* 17 agente *QB,ΣWp.r.* 21 autem *s. l. m2 X* eius *B, om. D* 22 iun. fil. *ΔWX* fil. iun. *cet.*

praesentem parabolam in publicanis et peccatoribus, qui a
domino ad paenitentiam prouocabantur, debemus accipere,
secundum mysticos autem intellectus de futura quoque uoca-
2 tione gentium prophetari. nunc ad seniorem filium sermo trans-
greditur, quem multi simpliciter ad omnium sanctorum per-
sonam, multi proprie ad Iudaeos referunt. et de sanctis quidem
non difficilis interpretatio est in eo, quod dicitur: numquam
mandatum tuum praeteriui, licet illud uideatur obsistere,
quod reuersioni fratris inuideat. in Iudaeos autem cum liuor
in fratris salute conueniat, hoc repugnat, quod numquam se
dicat eius praeterisse mandatum; de quibus quid nobis uidea-
3 tur, suis locis conabimur explanare. erat autem filius illius
senior in agro, in terrenis operibus labore desudans, longe
a gratia spiritus sancti, a consilio patris extorris. hic est, qui
ait: agrum emi et necesse habeo exire et uidere illum;
rogo te, habe me excusatum; hic, qui iuga bouum con-
parat quinque et legis onere depressus terrenorum sensuum
uoluptate perfruitur; hic, qui uxore ducta ire ad nuptias non
potest et effectus caro nequaquam unum esse cum spiritu; in
huius personam etiam illius parabolae operarii congruunt, in
qua prima, tertia, sexta, nona hora, id est uocationibus uariis,
mittuntur ad uineam et indignantur sibi undecimae horae ope-
rarios coaequari.

7 Luc. 15, 29 12 *Luc. 15, 25 15 *Luc. 14, 18 16 cf. Luc. 14, 19 18 cf. Luc. 14, 20 19 cf. I Cor. 6, 16—17 20 cf. Matth. 20, 1—16

1 et pecc. *om.* Q qui—prouocantur (*sic*) *in mg.* Σ 2 prouocantur ΣD debemus *om.* D 3 aut. myst. ΣQ 7 dificilis X*a.c.* deficilis Σ*a.c.m2* 9 reuersione W in *s. l.* *m2* Σ iudaeo ΔW,X*a.c.* iudeorum Q i0 conueniat] cum uenisset *m2* W 11 quod Σ 12 in locis ς explicare Q autem] enim B illius *s. l.* Δ 13 in agro *om.* D 14 *alt.* a] *s. l.* Σ ac Q et a B*p.c.m2*ς 15 illa Σ (*corr.*) 16 abe W,D (*corr.*) qui *s. l.* B bouum W bobum Δ boum *cet.* conparat *s. l.* Σ emit ς 19 et *om.* WX unum ΔΣDB uult unum Q, (*ex* uultu num *m2*) X uult W unum potest ς 20 personam W,X*a.r.* persona *cet.* 23 coequant W

29. Et cum ueniret, adpropinquauit domui et audiuit symphoniam et chorum. illud, quod in quodam psalmo superscribitur 'pro meleth', huic sensui conuenit, siquidem 'meleth' chorus in unum concinens dicitur. male autem quidam de Latinis symphoniam putant esse genus organi, cum concors in dei laudem concentus ex hoc uocabulo significetur; 'symphonia' quippe 'consonantia' exprimitur in Latinum.

30. Et uocauit unum de pueris et interrogauit, quidnam essent haec. et nunc interrogat Israhel, quare deus in gentium adsumptione laetetur, et aemulatione cruciatus paternam scire non potest uoluntatem.

31. Qui ait illi, quoniam frater tuus uenit et occidit pater tuus uitulum saginatum, quoniam incolumem illum recepit. causa laetitiae, quod pari in dei laudes toto orbe uoce concinitur, salus est gentium, salus est peccatorum. laetantur angeli, omnis in gaudium creatura consentit et de solo dicitur Israhel:

32. Iratus autem noluit intrare. irascitur se absente fratrem esse susceptum, irascitur eum uiuere, quem putabat extinctum. et nunc foris stat Israhel, et nunc discipulis euan-

1 *Luc. 15, 25 2 cf. Ps. 52, 1. 87, 1 8 *Luc. 15, 26 12 *Luc. 15, 27 18 *Luc. 15, 28

1 cum uenerit *X* conueniret *Wa.c.m2* et (*s. l. Q*) adpropinquauit *W,Q* (appropinquaret *m2*) et appropinquaret ς *alt.* et] *eras. Q*, *om.* ς 2 et—5 simphoniam *in mg. Q* corum *W* quorum *B* quod *in ras. m2 B* 3 maeleth *X* mahelth *W* melech *DQ* 4 ahelth *W* melech *XDQ* corus *B* hochorus *W* concinnens *W* 5 symphoniam et chorum (*corr. m2*) *X* simphonia *W* genus] se aegenus *W* 6 concors] concorsi *W* chorus *ΣDQ* in] *s. l. B*, *om. ΣD* laudē *Δ* -de *cet.* -dibus ς contentus *D* ex *om.* ς 7 symphoniam *D* συμφωνία ς consonantiam *Δ* latino *X* 8 de] ex *Σ* 9 esset hoc (hec *D*) *DQ* interrogaū *Q* 10 ads. gent. *Σ* adsumptionem *D* 13 ill. inc. *Q* incolomem *ΔΣ,Ba.c.m2* 14 eum *Σ* est (*exp.*) quod *B* pari] pariter *Q* uoce *huc transponit Δ* laude *Σ* 15 totus orbis concinit *Q* concinnitur *B* concinetur *W* peccatori *D* pecatoris (is *ex* i *m2*) *Σ* 16 laetentur *Σ* omnes *Δ,X* (*corr.*) 19 uiuere] uenire *D,Xp.c.* uenisse *Σ* 20 stat] est *W* euangelia *Qmg.* (*post* audientibus) euangelium *WX*

gelia in ecclesia audientibus mater eius et fratres foris stant quaerentes eum.

33. Egressus autem pater illius coepit rogare eum. quam benignus et clemens pater! rogat filium, ut laetitiae domus particeps fiat; rogat autem per apostolos, euangelii praedicatores. e quibus Paulus ait: precamur pro Christo, reconciliamini deo, et alibi: uobis primum oportebat adnuntiare uerbum domini, sed, quia indignos uos iudicastis, ecce conuertimur ad gentes.

34. Ipse autem respondens ait patri suo: ecce tot annis seruio tibi. pater supplex ad concordiam deprecatur, ille iustitiam, quae in lege est, sequens dei iustitiae non subicitur. porro quae maior iustitia dei, quam ignoscere paenitentibus, filium seruare redeuntem? ecce tot annis seruio tibi et numquam mandatum tuum praeteriui. quasi hoc ipsum non sit praeterire mandatum, saluti alterius inuidere, ante deum se iactare iustitiae, cum nemo coram eo mundus sit.
2 quis enim laetabitur castum se habere cor, nec si unius quidem fuerit diei? Dauid confitetur et dicit: ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis concepit me mater mea, et in alio loco: si iniquitates adtendis, domine, quis sustinebit? et hic dicit numquam se praeter-

1 cf. Matth. 12, 46 etc. 3 *Luc. 15, 28 6 *II Cor. 5, 20 7 *Act. 13, 46 10 *Luc. 15, 29 12 cf. Rom. 10, 5. 3 14 Luc. 15, 29 17 cf. Hiob 4, 17 18 *Prou. 20, 9 19 *Ps. 50, 7 21 *Ps. 129, 3

1 fratris *B* fratres eius *WQ* 3 eius *Σ* 4 rogans *X* 5 aut. pater *ΣDB,Xp.c.m2* apost.] apost. per *WXQ,B* (per *s. l. m2*) apost. rogat per *ς* euangelii *ex* euangelistas (?) *X* 6 pro] *ex* cum *W*, *om. Σ* 7 op. pr. *B* 8 adnuntiari *DQB* dei *Σ* quia] *add.* repulistis illud et *ς* uos ind. *Q* uos *s. l. m2 Σ* 9 iudicastis] *add.* aeternae uitae *ς* conuertemur *X* 10 ait patri suo resp. *B* ait *ex* autem *D* 11 annos *Σ* (*corr.*) 12 lege dei *Q* non] non sunt *D* 13 iustitiae *Σ* 14 fil. seru. red. *om. Q* seruare *ΔWX* suscipere *cet.* annos *D* 16 ipsum] suum *Q* salute *Wa.c.m2* 18 iactabitur *coni. Engelbrecht* ne *W* (*in ras.*), *Xa.c.* fuer. qu. diei *ΣDB* qu. diei fuer. *ς* 19 et—enim *om. ΣDB* 20 conc.] peperit *B* me *s. l. B* 21 in *s. l. m2 Σ* iniquitates *Δ* -tem *ΣDB* -ti *cet.* attendes *Σ* 22 qui *W* se numq. praet. *D* numq. (se *add. s. l. Bm2*) praet. *ΣB* numq. praet. se *Q*

isse mandatum, totiens ob idolatriam captiuitatibus traditus.
ecce tot annis seruio tibi et numquam mandatum 3
tuum praeteriui. hoc est, quod Paulus apostolus loquitur:
quid ergo dicimus? quia gentes, quae non sectabantur
iustitiam, adprehenderunt iustitiam, iustitiam
autem, quae ex fide est; Israhel uero sectando legem
iustitiae ad legem iustitiae non peruenit. quare? quia
non ex fide, sed quasi ex operibus legis. potest ergo et ex 4
eius persona dici, qui iuxta eundem apostolum in iustitia,
quae ex lege est, sine reprehensione uersatus sit, licet mihi
uideatur magis se iactare Iudaeus quam uera dicere ad
exemplum illius pharisaei: deus, gratias ago tibi, quia
non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti,
adulteri, et sicut hic publicanus. oro te, nonne tibi ui- 5
detur ea, quae ille de publicano dixerat, dicere iste de fratre:
hic, qui comedit omnem substantiam suam uiuens
cum meretricibus? ad id autem, quod ait: mandatum
tuum numquam praeteriui, patris sermo non congruit;
non enim confirmauit uera esse, quae dixerat filius, sed irascentem
alia ratione conpescuit: fili, tu mecum es semper.
numquid ait: 'bene quidem dicis et fecisti cuncta, quae iusse- 6
ram'? sed: 'mecum es', inquit, 'semper. mecum es lege, qua
stringeris; mecum es, dum mihi et in captiuitatibus erudiris;

2 Luc. 15, 29 4 *Rom. 9, 30—32 9 cf. Phil. 3, 6 12 *Luc. 18, 11 16 *Luc. 15, 30 17 *Luc. 15, 29 20 *Luc. 15, 31

1 idololatriam *W,Xa.c.m2* 2 quot *B* annos *D* 4 dicemus *DQB* quia] qui *W* quod *B* 6 autem *om. ΣD* 7 ad *ex* in *Δ* 8 sed—oper.] *in ras. m2 B* sed] se *D* legis *s. l. m2 X* ergo et] autem *Q* et ex eius *s. l. Σ* 9 quia *Σ* in *om. ΣD* iustitiae *Σ* 11 iudaeos *ΣWX* iudaeum *Q* uere *Σ* 12 deus *ΔW* dicentis deus *DB,ΣXp.c.m2, om. Q* 13 sicut et *Δ* 14 sicut et *ΣDB* nonne] non *Q* 15 ea quae] quod *Q* istū (ū *in ras. m2*) *Σ* 16 hic est *ς* commedit *Σa.c.,B* omnem *s. l. Σ* suam *om. DB* 17 ad id] adit (addit *m2*) *W* numq. mand. t. *Σ* 18 numquam] non *B* 20 filii *Δ* semp. m. es *Σ* 21 numquid] non *Q* 22 *alt.* mecum *ex* me *Xm2* 23 adstringeris *B*

mecum es, non quia mea praecepta conpleueris, sed quod te in longam regionem abire non passus sim; mecum es ad extremum secundum illud, quod locutus sum ad Dauid: si dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint et mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum et in flagellis iniustitias eorum; miseri-
7 cordiam autem meam non auferam ab eo'. quo testimonio et id, in quo filius senior gloriatur, falsum esse conuincitur, dum in dei iudiciis non ambulauit et eius mandata non fecit. et, quomodo ista non faciens cum patre semper fuerit, edocemur: dum peccans uisitatur in uirga et uisitato misericor-
8 dia non negatur. nec mirandum est patri eum ausum fuisse mentiri, qui fratri potuit inuidere, maxime cum in die iudicii quidam inpudentius mentiantur: 'nonne in nomine tuo comedimus et bibimus et uirtutes multas fecimus, daemonia eiecimus?' quid uero sit: et omnia mea tua sunt, suo loco congruentius explicabitur.

35. Et numquam dedisti mihi haedum, ut cum amicis meis epularer. 'tantus', inquit Israhel, 'sanguis effusus est, tot hominum caesa sunt milia, et nullus eorum nostrae extitit salutis redemptor. ipse Iosias, qui placuit in conspectu tuo, et nuper Macchabaei, qui pro tua hereditate pugnabant,

3 *Ps. 88, 31—34 15 cf. Matth. 7, 22. Luc. 13, 26 17 Luc. 15, 31 19 Luc. 15, 29 22 cf. IV Reg. 22, 2

1 praec. mea *ς* quo *WX* 2 longuam *B* longinquam *ς* sum *DB* es *om.* *ΣD* 3 sum *in mg. m2 X* si autem *Σ* derelinquerent *X* (*corr.*), derelinquerint *W* deliquerint *Q* 5 iustitias *WXQ* 7 iustitias *D* (*corr.*), peccata *B* 8 auferam] dispergam *D* eo] eis *ΣDB* 9 id in quod *Δ* in (*eras. X*) id in quo *WX* id quod *Q* 10 ambulat *ΣD,Ba.c.* facit *ΣXD,Ba.c.m2* 11 non *s. l. Σ* semp. fu. ed.] fuisse semp. docetur *B* fu. ed.] fuerit et docemur *Q* fuisse docetur (dicitur *Xm2*) *ΣD,Xp.c.m2* 13 est *om.* *ΣDB* 14 inuideri *WX* 15 dicentes nonne *ς* 16 *alt.* et *ΔX*, *om. cet.* fecimus et *ς* eicimus *ΣD* 17 sit] sint (n *eras.*) *Δ* 18 explicabimus *B* 19 mihi ded. *Δ*, *item p. 135, 15, sed cf. p. 135, 7* 20 israhel *Δ* populi israel *B* israel *cet.* 21 tot *om.* *WX* 23 macchabei *ΔX* machabaei *DQ* machabei *WB* mahabei (machabei *m2*) *Σ* ab (*eras.*) hereditate *W*

contra fas sanctitatis hostium gladiis interempti sunt, et nul-
lus cruor nobis reddidit libertatem: ecce adhuc Romano im-
perio subiacemus. non propheta, non sacerdos, non iustus
quisquam immolatus est nobis, et pro luxurioso filio, id est
pro gentibus, pro peccatoribus totius creaturae gloriosus san-
guis effusus est; cumque merentibus minora non dederis,
inmeritis maiora tribuisti. numquam dedisti mihi haedum,
ut cum amicis meis epularer'. erras, Israhel; dic potius: 2
'ut tecum epularer'. aut potest tibi aliqua esse iocunditas nisi
patre tecum celebrante conuiuium? saltem exemplo docere
praesenti. reuerso filio iuniore et pater laetatur et pueri. man-
ducemus, ait, et epulemur, non 'manducate et epulamini'.
at tu ea mente, qua inuides fratri, qua a patris recedis aspectu
et semper in agro es, nunc quoque uis absente eo inire con-
uiuium. numquam dedisti mihi haedum. numquam pater 3
deteriora dat munera. habes uitulum immolatum: ingredere,
manduca cum fratre. quid haedum quaeris, cui agnus est
missus? et, ne simules te nescire, quod missus est, Iohannes
tibi eum in heremo demonstrat: ecce agnus dei, ecce, qui
tollit peccata mundi. et pater quidem quasi clemens et
paenitentiam tribuens te hortatur ad uitulum non immolans
haedum, quem stare scit a sinistris. tu uero in fine saeculi

7 Luc. 15, 29 11 Luc. 15, 23 15 Luc. 15, 29 19 *Ioh. 1, 29 22 cf. Matth. 25, 33

1 fas *s. l. m2* Σ nullus eorum *Q* nullius ς 2 reddit *X* 3 non sacerdos *s. l.* Σ 4 quisque Σ pro nobis Σ*p.c.m2*,ς *alt.* est *s. l.* Σ 5 *alt.* pro *om.* *B* peccatricibus *B* glor.] glor. creatoris *B* 7 non (*eras.*) tribuisti *W* 8 erras—epul.] *in mg. inf. m2* Σ, *om.* *W* 9 epuler *Q* ibi al. esse *W* tibi esse al. Σ*DB* esse tibi al. ς 10 saltim Σ*WB* 11 puer *Q* 12 aepulemini (*alt.* e *in ras. m2*) Σ 13 ad (at *m2*) tu ea *X* ad tua *W* aut tua *Q* 14 nunc] num *WX* abs. eo] *ex* absente *m2* Σ absentem *W* eo absente ς 15 mihi ded. Δ numquam] quē (e *in ras. m2*) *W* 16 dit̄iora *B* ditiora *D* diciora Σ 17 quaeris *om.* *W* cui] cum *W* miss. est *W* 18 et *om.* *W* missum *D* iohannis *Xa.c.m2* 19 eum *om.* *WXQ* demonstrabat Σ demonstrauit *DB* 20 peccatum *B* 21 ad *s. l.* Σ 22 quem—haedum] *in mg. sup. m2* *X* scitis (*s. l.*) Σ putas *W* in sinistris *W* ad sinistram ς finem *WX*

ipse tibi es haedum immolaturus antichristum et cum amicis tuis, spiritibus inmundis, eius carne saturandus expleto uaticinio: tu confregisti capita draconis; dedisti eum escam populis Aethiopibus.

36. Cum autem filius tuus hic, qui comedit omnem facultatem suam uiuens cum meretricibus, uenit, et occidisti ei uitulum saginatum. confitetur et nunc Israhel saginatum uitulum fuisse, qui caesus est; intellegunt uenisse Christum, sed torquentur inuidia et nolunt fratre non pereunte saluari.

37. Ipse autem dixit illi: fili, tu mecum es semper et omnia mea tua sunt. filium uocat, licet intrare nolentem. quomodo autem dei omnia Iudaeorum sunt? numquid angeli, throni, dominationes ceteraeque uirtutes? 'omnia' ergo intel-
2 legamus legem, prophetas, eloquia diuina. haec ei dedit, ut in lege eius meditaretur die ac nocte, secundum illum canonem, quem saepe exposuimus, scripturarum 'omnia' non ad totum referenda esse, sed ad partem maximam, ut ibi: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, et alibi: omnes, qui uenerunt ante me, fures fuerunt et latrones, et Paulus ad Corinthios: omnibus, inquit, omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem, et ad Philippenses: omnes enim,

3 *Ps. 73, 14 5 *Luc. 15, 30 11 *Luc. 15, 31 16 cf. Ios. 1, 8. Ps. 1, 2 18 Ps. 13, 3 19 *Ioh. 10, 8 21 *I Cor. 9, 22 22 *Phil. 2, 21

L = *Coloniensis 35 s. IX.*
Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
N = *Casinensis 295 s. X.*
Q = *Duacensis 247 s. XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

10 ad eandem (marcellam *Q*) non tempori sed domino seruientes *KQ* ad marcellam (ad marc. *om. Π*) de detractoribus suis *ALΠD* contra obtrectatores suos ad marcellam *N* ad eandem de obtrectatoribus suis *B; Hieronymi nomen exhibent tituli in ALDNQB* 11 uerba *A, om. N* 12 est ut *K* quaedam *L*

culos mihi studiose detrahere, cur aduersus auctoritatem ueterum et totius mundi opinionem aliqua in euangeliis emendare
2 temptauerim. quos ego cum possim meo iure contemnere — asino quippe lyra superflue canit —, tamen ne nos superbiae, ut facere solent, arguant, ita responsum habeant, non adeo hebetis fuisse me cordis et tam crassae rusticitatis — quam illi solam pro sanctitate habent piscatorum se discipulos adserentes, quasi idcirco iusti sint, si nihil scierint, — ut aliquid de dominicis uerbis aut corrigendum putauerim aut non diuinitus inspiratum, sed Latinorum codicum uitiositatem, quae ex diuersitate librorum omnium conprobatur, ad Graecam originem, unde et
3 ipsi translata non denegant, uoluisse reuocare. quibus si displicet fontis unda purissimi, caenosos riuulos bibant et diligentiam, qua auium saliuas et concarum gurgites norunt, in scripturis legendis abiciant sintque in hac tantum re simplices et Christi uerba aestiment rusticana, in quibus per tanta iam saecula tantorum ingenia sudauerunt, ut rationem uerbi uniuscuiusque magis opinati sint, quam expresserint; apostolum arguant inperitiae, qui ob multas litteras insanire dicatur.

2. Scio te, cum ista legeris, rugare frontem et libertatem rursum seminarium timere rixarum ac meum, si fieri

19 cf. Act. 26, 24

1 studiose *om. Q* aduersum *ALΠD* ueterem *N* 2 et *om. N* aliquā *A* aliqua et *B* 3 cum *om. B* possum *B* possem *ALΠDN* 4 asina *N* lira *AΠDQ* 5 ut non *K* ** non *Q* adeo] ad eum (me tam *m2*) *A* audeo *L* adeo eo (*del.*) *N* me heb. fuisse *ς* habetis *AQB* (*corr.*) abeatis *L* 6 fuissem uecordis *K* me *om. ADQ* tam] tantam *N* 7 discipulis *K* 8 sancti *ς* scierint] facierunt (fecerint *m2*) *A* ut] *s. l. m2 B* aut *KΠ* et *AD* aliquis *N* 9 putauerint *KL* -imus *ADQ* 10 uit(c)iositate *KΠDA* ex] ei *N* 12 translatam *KN* -tos *Q* negant *Ka.c.m2* uol. se *Π* displiciret *K* 13 quia (i *exp.*) *A* quā *N* 14 saluias *A* siluas *B* congarum *La.c.* cūcarū *Q* concharum *ς* 15 adiciant *ς* in hac *s. l. K* re tant. *B* et] ut et *N* ut *ς* 16 existiment *LDA* in quibus] quibus *B* si quis *K* si quidem *Q* 17 sudauerint *ΠB* ut] ita ut *KQ* et *N* 18 opinata *Q* sunt *LN* apost. ergo *Q* 20 scito *K* (t *exp.*), *B* ita *AΠD* et lib. *om. N* libertate *ΠD,Qp.c.* libertatem meam *ς* 21 rursus *B* seminarum *Aa.c.m2,L* temere *Qa.c.* timore *N* ac] et *N*

potest, os digito uelle conprimere, ne audeam dicere, quae
alii facere non erubescunt. rogo, quid a nobis libere dic-
tum est? numquid in lancibus idola caelata descripsi? num-
quid inter epulas Christianas uirginalibus oculis Baccharum
satyrorumque conplexus? num quam amarior sermo pulsauit?
numquid ex mendicis diuites fieri dolui? numquid reprehendi 2
hereditarias sepulturas? unum miser locutus sum, quod uir-
gines saepius deberent cum mulieribus esse, quam cum ma-
sculis: totius oculos urbis offendi, cunctorum digitis notor.
multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui
oderunt me gratis, et factus sum eis in parabolam,
et tu putas aliqua deinceps esse dicturum?

3. Verum, ne Flaccus de nobis rideat — amphora coepit
institui: currente rota cur urceus exit? —, reuertimur
ad nostros bipedes asellos et in eorum aurem bucina magis
quam cithara concrepamus. illi legant: spe gaudentes, 2
tempori seruientes, nos legamus: spe gaudentes,
domino seruientes; illi aduersus presbyterum accusatio-
nem omnino non putent recipiendam, nos legamus: aduersus

10 Ps. 68, 5 11 *Ps. 68, 12 13 Horat. a. p. 21—22 16 *Rom. 12, 12. 11 17 Rom. 12, 12. 11 19 *I Tim. 5, 19—20

1 posset *N* digito *s. l. m2 B* ne *s. l. m2 B* auderem *Πa.c.* quae] quod *KQ* qui *L* quem (*corr.*) *Π* 3 est *s. l. L* laudibus *Qa.r.* lapidibus *Ap.c.m2* 4 epistolas *N* uirginales oculos *Q* uirg. <obtuli> oculis *Engelbrecht* bacharum *LN* 5 satiror. *KDQ* satir̄que *B* satyrar. *N* saturar. *L* conplexu *Ka.c.* fabulas innexui aut *N* conplexus innexui aut *ς* num quam *scripsi* sum quam *KLB* umquam *AΠD* quam *Q* aliquem *N* amarior noster *N* 6 medicis *L,Qa.c.* mendaciis *ΠN* doluimus *AD* uolui *L* uolumus *ΠN* numquam *L* 7 sepultura *L* miser] *s. l. Π* misere *B* sum *om. ADB* quo *ALΠD* 8 *alt.* cum *s. l. m2 K* 9 orbis oc. *ΠQ* oculis (*corr.*) *AL* orbis *ΠQ,Ap.c.m2* nutor o *L* 11 illis *LQB* 12 tu *s. l. K* aliquid *N* me aliquid *ς* esse dict.] locuturum *ς* 13 flachus (*corr.* flacchus) *L* amphoram *La.r.* anphora *Q* anphoram (m *eras.*) *Π* 14 institui sed *N* cur *om. N* exiit *La.c.m2* exiuit *N* reuertamur *KQ* 15 illorum in *ς* aure *NB* auribus *KQ* 16 concrepemus *KQ* illis *K* legunt *L* 19 non put. omn. *KQB* omn. put. *N* aduersum *B*

presbyterum accusationem ne receperis, nisi sub duobus aut tribus testibus: peccantes autem coram omnibus argue; illis placeat: humanus sermo et omni acceptione dignus, nos cum Graecis, id est cum apostolo, qui Graece est locutus, erremus: fidelis sermo et omni ac-
3 ceptione dignus. ad extremum illi gaudeant Gallicis canteriis, nos solutus uinculis et in saluatoris mysterium praeparatus Zachariae asellus ille delectet, qui, postquam domino terga praebuit, coepit Esaiae consonare praeconio: beatus, qui seminat secus omnem aquam, ubi bos et asinus calcant.

3 *I Tim. 1, 15. 4, 9 5 I Tim. 1, 15. 4, 9 7 cf. Zach. 9, 9 8 cf. Matth. 21, 1—9 cet. 9 *Esai. 32, 20

1 reciperes *Aa.c.m2* reciperis *LD* sub] a- *KQ* 2 aut tribus *s. l. Π* 3 illi *A* 4 nos—dignus] *s. l. Q*, *om. K* 6 cauteriis gall. *B* gall. caractheris (*in mg.* al canteriis. oblique tangit gallus enim fuerat qui super emendatione detraxerat) *Π* oblique gallus enim fuerat qui super emendatione detraxerat (*haec uerba in B leguntur in fine epistulae*) gallicis characteribus *N* 7 solutos *LB,Kp.c.m2* solutis *AΠD* soluti *N* in] ad *L* ministerium *LNB* ministeriis *Π* praeparatos *KB* -tis *AΠD* 8 zaccariae *K* asellos *Aa.c.m2* 9 praebuerit *N* coepit in *N* esaeiae *K* isaiae *ΠQ* isaye *B* resonare *N* uaticinio *ς* 10 super *KNQ* omnem *om. B* 11 calcat *L*

XXVIII.

AD MARCELLAM DE DIAPSALMATE.

1. Quae acceperis, reddenda cum fenore sunt sortisque dilatio usuram parturit. de diapsalmate nostram sententiam flagitaras: epistulae breuitatem causati sumus et rem libri non posse explicari litteris praetexuimus. uerum quid prode est ad ἐργοδιώκτην meum? maior tibi cupiditas silentio concitatur. itaque, ne te diutius traham, habeto pauca pro pluribus.

2. Quidam diapsalma conmutationem metri esse dixerunt, alii pausam spiritus, nonnulli alterius sensus exordium, sunt qui rhythmi distinctionem et, quia psalmi tunc temporis iuncta uoce ad organum canebantur, cuiusdam musicae uarietatis.

7 cf. Ex. 3, 7 etc.

K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*
𝔅 = *Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
ϑ = *Ambrosianus J. 6 sup. s. X.*
Q = *Duacensis 247 s. XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad eandem alia de diapsalma *K* marcellae de diapsalma *AD* ad marcellam de diapsalma (-mate *Q*) *Π𝔅QB*, *titulo caret ϑ; Hieronymi nomen exhibent tituli in A𝔅DQB* 3 sunt cum fen. *ς* fortisque *ς* 4 delatio *K* dilatatio *A,Π* (*corr.*), *𝔅Dϑ* diaps.—flag. *om. ϑ* diapsalma *Ba.c.m2* 5 flagitas *KQB* breuitate *AΠDϑ* libro *Bp.c.m2* 6 protexuimus (ui *ex* i *m1* praetexuimus *m2*) *B* quid] *ex* qui qui *K*, *ex* qui *m2 A* quid tibi *Q* prode est *K* prodest *cet.* ad] si ad *Q* ἐργοδιώκτην] ergodicten *K* ergo dictē *Q* epſ ΟΔΙѠΚΤΗΝ *Π* epſΟΔΙѠΚΓΗΙΝ (*alt.* I *del.*) *𝔅* epos *D* episcopus *A* epreos *ϑ* meo *Aa.c.m2,Bp.r.m2* sil.—diut. *in mg. 𝔅* concitati *AΠD,ϑ* (-ta *m2*) 9 metri *in ras. m2 B* dix. esse *AΠ𝔅Dϑ* 10 pausatio *AΠDϑ* pausationem *ς* spir. sancti *codd.* 11 qui rhythmi] quaerit hmi *𝔅* querit hm̄i *ϑ* qui] *seq. ras. 2 litt. B*, quae *A* rihtmi *Q* rithmi *cet.* quia] quid *Bp.c.m2* tempore *Ba.c.m2* cuncta *KQ* 12 uarietatem *Bp.c.m2* uarietatis existiment silentium *ς*

2 nobis nihil horum uidetur, cum Aquila, qui uerborum Hebraeorum diligentissimus explicator est, sela, hoc est diapsalma, quod ex samech, lamed, he scribitur, 'semper' transtulerit et inueniamus in psalmorum quoque fine diapsalma positum, ut est illud in tertio: dentes peccatorum contriuisti; domini est salus et super populum tuum benedictio tua, sela, id est 'semper', et in uicesimo tertio: quis est iste rex gloriae? dominus uirtutum ipse est rex gloriae, semper, et e contra in psalmis multorum uersuum penitus non inueniatur, in tricesimo uidelicet sexto et septuagesimo septimo et centesimo octauo decimo, rursus nonus psalmus distinguatur: canticum diapsalmatis, cum utique, si, ut quibusdam uidetur, diapsalma est indicium silentii, canticum silentii esse non possit.

3. Ex quo animaduertimus hoc uerbum superiora pariter et inferiora conectere aut certe docere sempiterna esse, quae dicta sunt, ut est illud in tertio: multi dicunt animae meae: non est salus illi in deo suo, semper, et rur-

5 Ps. 3, 8—9 7 Ps. 23, 10 12 *Ps. 9, 17 17 *Ps. 3, 3

1 qui] cum *A* hebr. uerb. *Π* 2 explanator *KQ* 3 ex] est ex *Π* ex samech] per zamech *B* *extra lin.* samech] ameth *K* (amech *m2*), *A*,*Π* (*corr.* sameth), *DQ* zamech *B* sameth 𝔅 lamet *KA𝔅Dϑ* lameth *Q* lamech *Π* et lamet *B* heh *𝔅D* eh *Π* hel *A* el (*corr.* hel) *ϑ* het (*s. l. m2*) *B*, *om. Q* transtulerunt *Π* et] et hoc *B* 4 quoque—illud *in mg.* 𝔅 5 in tertio] *s. l. m2 K, om. Q* in psalmo tercio *B* tertio 𝔅 conteruisti *K* 7 saela *Aϑ* selah 𝔅 id est *om. KQ* in *om.* ς qui *D* 8 dom.—gloriae *in mg. m2 A* 9 semper] *s. l. add.* diapsalma *m2 B* et e] et *Dϑ* e *AΠ* et (*corr.* e) 𝔅 10 inuenitur *Bp.c.* uigesimo *A* XX *Dϑ* et (*exp.*) sexto *B* VII *ϑ* 11 et] et in *KQ* et] et in *KQ* dec. oct. ς rursum *B* 12 distinguitur *Bp.r.* canticus *K* cantico *Π* 13 uidetur] *s. l. m2* placet *B* est *om. AΠ𝔅Dϑ* initium *Q* in diei (*corr.*) *B* silentii] *add.* ē et (ē *extra lin. m2*) *B* 14 cant. sil. *om. AΠ𝔅Dϑ* posse *Ap.c.m2* 15 aduertimus *𝔅a.c.* et inf.] inferioraque ς 16 q̃ quae *K* 17 data *Q* tercio (*s. l. m2* psalmo) *B* 18 salus *s. l. m2 Π* illi *K𝔅Q* ei *cet.* ipsi ς suo *ex* eius 𝔅 et (*del. Π𝔅*) semper *AΠ𝔅Dϑ* et *s. l.* 𝔅 sursum *Πa.c.* rursus *KQ*

sum: *uoce mea ad dominum clamaui, et exaudiuit me de monte sancto suo*, semper, et in quarto: *ut quid diligitis uanitatem et quaeritis mendacium?* semper, et alibi: *quae dicitis in cordibus uestris, et in cubilibus uestris conpungimini*, semper.

4. Scire autem debes apud Hebraeos in fine librorum unum e tribus solere subnecti, ut aut ‘amen’ scribant aut ‘sela’ aut ‘salom’, quo exprimunt ‘pacem’, unde et Salomon ‘pacificus’ dicitur. igitur, ut nos solemus conpletis opusculis ad distinctionem 2 rei alterius subsequentis medium interponere ‘explicuit’ aut ‘feliciter’ aut aliquid istiusmodi, ita et Hebraei aut, quae scripta sunt, roborant, ut dicant ‘amen’, aut in sempiternum et scripta et scribenda commemorant, ut ponant ‘sela’, aut transacta feliciter protestantur ‘pacem’ in ultimo subnotantes.

5. Haec nos de intimo Hebraeorum fonte libauimus non opinionum riuulos persequentes neque errorum, quibus totus mundus expletus est, uarietate perterriti, sed cupientes et scire et docere, quae uera sunt. quod si tibi non uidetur,

1 Ps. 3, 5 2 Ps. 4, 3 4 *Ps. 4, 5

1 a domino *K* 3 qui *Q,Aa.c.m2* 4 et alibi *om. KQ* et iterum ς *alt.* et *secludi mauult Engelbrecht* 5 conpugn. *K* conpug. ϑ conpugimi *A* semper] *add. s. l. et mg.* et in abacuch (*cf. Hab. 3, 3 et 9*) deus ab austro ueniet et sanctus de monte pharan semper et infra iuramenta tribubus quae locutus est (es *m2*) semper *B* 6 debemus ς 7 e] et *ϑ,Q* (*corr.* ex), 𝔅 (*corr.* e) subnecti] c *ex* s *et* ti *in ras. A* ut *om. A* selah 𝔅 8 salom] salo *KQ* salomon *A* quo *scripsi* quae (*in mg.* quod) *Q* quod *cet.* exprimit *Qmg.Bp.c.m2*ς solomon *K* pac. dic.] quod (*eras.*) exprimit (it *ex* unt, *s. l.* pacificum) *B* 9 ut *om. KQ* nos sol.] non sol. *D* sol. nos ς expletis *Q* distintionem *A* 10 sequentis ς explič (*ex* explicauit) *B* explicit ς 11 alit (*s. l.* aliud) *Q* *alt.* aut *KQ* ea (*in ras. m2*) *B* ut *cet.* 12 roborant *KQB* -rentur *cet.* -rentur facere solent ς ut] aut *K* et scripta (sunt *exp. K*) et *KQ* et scri (*utrumque del. m2*) aut (*in ras. 5—6 litt. m2*) *B* et *cet.* ut ς 13 commemorat *A* -rent ς ut] et ς ponat *Aϑ* selah 𝔅 secła *D* secula *A* 14 pace *Aa.c.m2* ponentes *KQ* 16 opiniorum *QB* 17 repletus *Ap.cm2* plenus *Bp.c.m2* 18 uidetur] *s. l. add.* onerosum *B*

quid Origenes de diapsalmate senserit, uerbum interpretabor ad uerbum, ut, quia nouicia musta contemnis, saltim ueteris uini auctoritate ducaris.

6. "Saepe perquirens causas, cur in quibusdam psalmis interponatur 'diapsalma', obseruaui diligentissime in Hebraeo et cum Graeco contuli inuenique, quia, ubi lingua Hebraea 'sela', Graeca uero habet 'semper' aut quid istiusmodi, ibi Septuaginta et Theodotion et Symmachus transtulerint 'diapsalma'.
2 neque uero nocet exemplis adfirmare, quod dicimus. in septuagesimo quarto psalmo, cuius principium est: c o n f i t e b i m u r t i b i, d e u s, c o n f i t e b i m u r e t i n u o c a b i m u s n o m e n t u u m, post illud: e g o c o n f i r m a u i c o l u m n a s e i u s apud Septuaginta et Theodotionem et Symmachum est 'diapsalma', pro quo apud Aquilam: p o n d e r a u i c o l u m n a s e i u s, s e m p e r, in quinta autem editione: e g o s u m, q u i p a r a u i c o l u m n a s e i u s, s e m p e r, in sexta uero: e g o f i r m a u i c o l u m n a s e i u s, i u g i t e r. porro in Hebraeo habet post 'ammuda',
3 quod est 'columnas eius', 'sela'. et rursum in septuagesimo quinto, cuius principium est: n o t u s i n I u d a e a d e u s, inue-

10 Ps. 74, 2 12 Ps. 74, 4 14. 15. 16 *Ps. 74, 4 19 Ps. 75, 2

1 quid etiam *KQ* origenis *KΠ𝔅Dϑ,A* (e *ex* i) uerbo *Bp.c.m2* 2 aduerbium (i *eras.*) *A; add. m1:* cuidam scribens se interroganti quid sibi uellet uerbum diapsalm, *m2:* a in psalmis uel ad quam refertur utilitatem inter cetera ait *B* nouissima *B* 4 inquirens *KQ* quaerens *ς* cur] cum *K* interpretatur *AΠ𝔅Dϑ* 5 in] et in *KQ* 6 ibi *Π𝔅Dϑ* saela *A* selah 𝔅 7 hab. gr. uero *ς* grece *K* in graeca *Π* in grece *A*,𝔅 (in graeca *m2*) *D,ϑ* (-ae) quid] *ex* qui *m2A*, aliquid *QBp.c.* ibi] ubi *Q* 8 theodotio *Πp.r.* theudocion (c *ex* s) *K* teodociō *B* transtulerunt *QB* 10 confitebitur *B utroque loco* 11 et] tibi *B,Kp.c.m2* 12 firmaui *ΠDϑ*,𝔅*p.c.* firmauit (t *eras.*) *A* 13 theudoc. (c *ex* s) *K* teodoc. *B* 15 in—semper *om. Q* parauit *Aa.c.* ponderaui qu (*corr.*) *K* praeparaui *B* 16 semper—eius *s. l. B* uero *KQ, om. cet.* ergo *ADϑ* ego sum qui *Q* confirmaui *KQ* firmauit (t *eras.*) *A* 17 hebraico *ς* habetur *Q* am̄amuda (m̄ *in ras. m2 et exp., alt.* a *eras.*) *B* amnuda *Q* tam nuda (n *m2*) *K* amuda *A* 18 est *s. l.* 𝔅 selah *Π𝔅Dϑ* selaph *A* LXX V psalmo *B*

nimus apud Septuaginta et Theodotionem post scutum et frameam et bellum 'diapsalma', apud Symmachum post clipeum et gladium et bellum similiter 'diapsalma', pro quo apud Aquilam post clipeum, gladium et bellum 'semper'. apud quintam editionem post scutum et romphaeam et bellum 'semper', in sexta uero post scutum et gladium et bellum 'in finem', eratque rursum in Hebraeo post: 'umalama', quod est 'et bellum'. 'sela'. et 4
in eodem psalmo post illum locum: ut saluos faciat mites terrae 'diapsalma' apud Symmachum similiter 'diapsalma' et apud Aquilam 'semper' necnon et apud quintam. in sexta uero 'in finem', et in Hebraico erat post 'anie ares', quod est 'mites terrae', 'sela'. atque ita, cum talem uniuscuiusque editionis opinionem repperissemus, haec adnotauimus. utrum autem cuiusdam musicae cantilenae aut rhythmi inmutationem, qui interpretati sunt 'diapsalma', senserint aliudue quid intellexerint, tuo iudicio derelinquo".

1. 4. 5. 6 *Ps. 75, 4 9 *Ps. 75, 10

1 theudoc. (c *ex* s) *K* teodot. *B* 2 apud—diaps. *om. KQ* 3 et glad. *s. l. B* et bellum *om. Π* sim.—bellum *s. l. B* sim.—semper *bis A* 4 apud] *s. l. D, ex* aduersus 𝔅 glad.] *in mg. m2 B* et glad. *AΠDϑ* 5 scutum] *s. l. m2* clippeum *D* rompheam *Π𝔅QB* romfeam *K* rumpheam *cet.* 6 sexta] *corr.* septuaginta, *deinde ras. restitutum* sexta *K* uero editione *B* 7 *pr.* et *om. B* 8 hebraico *AΠ𝔟ϑB* ebraico *D* post 𝔅 (*in mg.*). *B* positum *KQ, om. cet.* omalama *D* omaiaama *Π𝔅* ΥΛΑΑΜΑ (*s. l.* ulaama) *Q* ula ame *K* humala hama *B*. *om. Aϑ* *pr.* et *om. KQB* selach *Dϑ* selah 𝔅 salach *A* 9 in *s. l. Q* eodem] septuage(n)simo quinto *KQ* facias *Q* 10 mitis *Kp.c.m2* mittes *B* apud—diaps. *s. l. B* simil.] *s. l. add.* et *D* 12 fine *Bp.r.* hebreo *Q* post *om. A* anie ares *B* aniares *AΠ𝔅* (*ex* anieres). *D* amares *ϑ* anie aeries *Q* amae aries *K* 13 mitis *Ka.c.* mittes *B* selach *Aϑ* selah 𝔅 selac *D* 14 editionis (*s. l. m2 K. om. Q*) op. id est editionem *KQ* repperiamus *KQ* adnotabimus *ADϑ.Π𝔅a.c.* 15 aut] an *B* rihtmi *Q* ryhmi (*corr.* rythmi) 𝔅 rithmi *cet.* 16 aliudue quid *scripsi* aliud uel quid *KB* uel quid aliud *Q* aliud uel *cet.* aliudue ς

7. Hucusque Origenes, cuius nos maluimus in hac disputatione dumtaxat inperitiam sequi, quam stultam habere scientiam nescientum.

XXIX.

AD MARCELLAM.

1. Epistolare officium est de re familiari aut de cotidiana
conuersatione aliquid scribere et quodammodo absentes inter
se praesentes fieri, dum mutuo, quid aut uelint aut gestum
sit, nuntiant, licet interdum confabulationis tale conuiuium
2 doctrinae quoque sale condiatur. uerum tute in tractatibus occupa-
ris, nihil mihi scribis, nisi quod me torqueat et scripturas legere
conpellat. denique heri famosissima quaestione proposita postula-
sti, ut, quid sentirem, statim rescriberem; quasi uero pharisaeo-
rum teneam cathedram, ut, quotienscumque de uerbis Hebraicis
iurgium est, ego arbiter et litis sequester exposcar. non sunt sua-
ues epulae, quae non et placentam redoleant, quas non condit
Apicius, in quibus nihil de magistrorum huius temporis iure
3 suffumat. sed quia uector et internuntius sermonis nostri redire

1 cf. Terent. Andr. 20—21 7 cf. Turpilius inc. fab. fr. 1 R.

1 origenis *Π𝔅Dϑ,A* (e *ex* i) malumus *Ka.c.m2* 2 peritiam *ADϑ* sententiam *Q* 3 nescientium *B,𝔅p.c.* nescientiam *ϑ*

A = Berolinensis lat. 17 s. IX.
Π = Turicensis Augiensis 49 s. IX.
D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.
B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

5 ad marcellam *AΠD* ad marcellam de efphot et seraphin *B; Hieronymi nomen praebent omnium codd. tituli* 6 epistole *D* est *om. Π* 7 et *s. l. B* inter se] inter *A,Π* (interdum *m2*) 9 confabulationes *AΠD* 10 tute *AΠ* tot *B* tu tota *D* tu dum tota *ς* 11 scribens *B* 12 conpellis *AΠ* heri *D* de re *B, om. AΠ* questionē *B* preposita *Aa.c.m2* postpositā *B* 14 u. hebreis *Π* hebreis u. *B* 16 epulae *ς* epistulae *codd.* et *om. D* placentam *ς* placeant et *codd.* 17 iura *D* 18 uector (e *ex* i *m2*) *A* uictor *ΠD* uiator *B*

festinat, rem grandem celerius dicto, quam debeo, licet de scripturis sanctis disputanti non tam necessaria sint uerba quam sensus, quia, si eloquentiam quaerimus, Demosthenes legendus aut Tullius est, si sacramenta diuina, nostri codices, qui de Hebraeo in Latinum non bene resonant, peruidendi.

2. In fronte epistulae tuae posueras, quid sibi uelit, quod
in Regnorum libro primo scriptum est: et Samuhel puer
seruiebat ante conspectum domini cinctus ephod
bad et diploidam habebat pusillam, quam fecerat
ei mater sua et afferebat ei de diebus in dies, cum
ascenderet cum uiro suo ad sacrificare sacrificium
dierum. itaque quaeris, quid sit ephod bad, quo futurus 2
propheta praecingitur, utrumne zona an, ut quidam putant,
turabulum uel genus aliquod uestimenti sit. et si uestis,
quomodo ea cingitur? et post ipsum ephod quare adiungitur
ei bad? in sequentibus quoque legisse te scribis, ubi uenit 3
homo dei ad Heli et dicit ei: haec dicit dominus:
manifeste ostendi me ad domum patris tui, cum
essent in terra Aegypti seruientes in domo Pharaonis. et elegi domum patris tui ex omnibus tribubus Israhel mihi in sacerdotium, ut ascenderent ad altare meum et incenderent incensum et porta-

7 *I Reg. 2, 18—19 16 *I Reg. 2, 27—28

1 dico *AΠ* debeo] habeo *ς* 2 sanctis *s. l. m2 B* 3 quod *ς* quaer.] quae (quaeras *m2*) primus *A* quaeris *ς* demostenis *AΠD* 4 eligendus *Π,A* (i *ex* e *m2*) diuina *s. l. Π* 5 latino *Π* peruid. (uid *in ras. m2*) *B* prouid. *cet.* 6 uellet *Ba.c.* 7 regum *D* samuel *ΠB* puer *B* semper *cet.* 8 ephot *B,Π* (*corr.*) 9 bat *AΠ,B* (t *ex* r *m2*) ebat (e *eras.*) *D* deploidam *A* diploidem *B* 10 et afferebat ei *D*, *om. AΠB* (*add. in mg. Bm2* et, *m1* afferebat ei mater sua) 11 ad *om. B* 12 ephot *B* (*saepius*) bat *AΠD,B* (*ex* bar *m2*) quo] quod *D* 13 praecincitur *Π* utrum *Ba.c.* 14 turab. *A* (turyb. *m2*), *DB* turib. *Π* aliquid *A* sit *s. l. m2 B* uestis est *B* 15 praecingitur *ς* 16 bat *AΠD* bar *B* (*sic saepius*) ubi *om. ς* 17 eli *ς* 18 tui *B* tui ex (tui et ex *Π*) omnibus tribubus israhel (israel *Π*) *AΠD* 19 seruientes *s. l. m2 B* 21 israel *ΠB* mihi *s. l. B* ascenderet *ς* 22 incederent *A*

4 rent ephod. totum libri ordinem persecuta etiam de illo
loco exemplar sumpsisti, in quo Doec Idumaeus iussu regis
interfecit sacerdotes: et conuersus, inquit scriptura, Doec
Syrus mortificauit ipse sacerdotes domini et occi-
dit in illa die trecentos quinque uiros — siue, ut in
Hebraeo legitur, octoginta quinque — omnes portan-
tes ephod. et Nonbat, ciuitatem sacerdotum, occi-
dit in ore gladii a uiro usque ad mulierem, ab
infante usque ad nutrientem et uitulum et asinum
et ouem in ore gladii. et saluatus est unus filius
Achimelech, filii Achitob, et nomen ei Abiathar et
fugiit post Dauid.

3. Non me teneo, quin problematis ordinem responsione
praeueniam, ubi nunc legimus: et omnes portantes ephod,
in Hebraeo habere: et omnes portantes ephod bad. hoc
2 quare ita dixerim, in sequentibus disces. illud quoque, quod
sequitur, addidisti: et factum est, cum fugiret Abiathar,
filius Achimelech, ad Dauid et ipse cum Dauid in Cei-
la descendit habens ephod in manu sua. et renuntia-
tum est Saul, quia uenit Dauid in Ceila. ubi cum regis
aduentus et ciuitatis timeretur obsidio, dixit Dauid ad Abiathar:

3 *I Reg. 22, 18—20 14 *I Reg. 22, 18 17 *I Reg. 23, 6—7

1 totumque ς persecutus *ΠD,Aa.c.m2* prosecutus (*corr.* -ta) *B* 2 exempla *B* doec *B* doech *Π* dohaec *AD* 3 doec *B* doech *ΠD* dohecb (*sic*) *A* 4 ipsi *Aa.c.m2* 5 siue ut] si uenit *D* 6 qui portabant *AD* 7 nonbat *A* (noba *m2*), *ΠD* nobe (b *ex* u) *B* nob ς 8 a uiro—gladii *in mg. B* 11 achimeleth *A* abimelec (*corr.* ach.) *B* abimelech ς acitob *Ba.c* aïtob *ΠD,Aa.c.m2* ei] eius *Π* abiatar *B* 12 fugiit *B* fugit *cet.* Dauid] *seq. uerba 235, 5—7* post modicum—conflatile *B* (teraphin [e *ex* a]; cum itaque sit zona aut) 13 me *s. l. m2 A* ordine *ΠD* 14 ephod—port. *om. AΠD, sed in A in mg. add.* in ebreo habet et omnes portantes ephot bat *m2* 15 habere *Engelbrecht* habet *Am2* et *in mg. m2 A. om. B* et omnes *om.* ς 16 ita *om. B* dices *A* 17 fugiret *A* (fugeret *m2*), *D* fugeret *ΠB* habiatar *B* 18 achimelech *Bp.c.m2* abim. *cet., cf. l. 11* *pr.* Dau.] dauid in ceila *B* et ipse—*l. 20* Ceila *in mg. B* desc. in ceila ς ceila *B* sicilech *ΠD,A* (*m2 ex* silech) 20 ceila *B* sicilech *AD* sicilā *Π* 21 abiatar *B*

defer ephod domini. haec sunt, quae de Regnorum libro 3
excerpta proponens ad uolumen Iudicum transcendisti, in quo
Micha de monte Ephraim scribitur mille centum argenti siclos
matri, quos illa uouerat, reddidisse eamque sculptile inde fecisse
atque conflatile. et addis haec post modicum uocari *ephod*
et teraphim, cum utique, si zona sit aut uestimenti genus,
sculptile atque conflatile esse non possit. agnosco errorem 4
paene omnium Latinorum putantium ephod et teraphim,
quae postea nominantur, de hoc argento, quod Micha matri
dederat, fuisse conflatum, cum scriptura sic referat: *et ac-*
cepit mater eius — haud dubium, quin Michae — *ar-*
gentum et dedit illud conflatori et fecit illud
sculptile et conflatile; et fuit in domo Michae et
uir Micha et domus eius domus dei; et fecit ephod
et teraphim et inpleuit manum unius de filiis
suis et factus est ei in sacerdotem. si autem pu- 5
tas ea, quae superius appellata sunt sculptile atque con-
flatile, ephod et teraphim deinceps nominari, disce esse non
eadem, siquidem post matris idolum, quod dicitur sculptile
atque conflatile, fecit Micha ephod et teraphim, sicut ex
consequentibus adprobatur: *et responderunt quinque*

1 *I Reg. 23, 9 2 cf. Iudd. 17, 1—5 5 Iudd. 17, 5 10 *Iudd. 17, 4—5 21 *Iudd. 18, 14

2 excepta *DB* ad *B*, *om. cet.* quo] qua *AD* 3 mica *B* efraim *D* effraim *AΠ* 4 eamque *B* utique *ΠD,Aa.c.m2* atque *ς* 5 atque *B* et *A* (*s. l. m2*), *Π* (*s. l.*), *om. D* et addis *B* addidit *cet.* postm.—confl.] *cf. adnot. ad 234, 12* post modicum *B* postmodum *cet.* uocari *B*, *om. cet.* 6 teraphim (e *et* phim *in ras. m2*) *B* taraphim *D* taraphym (*corr.* teraphym *m2*) *A* tharafin *Π* phim—8 tera *in mg. m2 B* utique *ex* que *m2 A* fit *D,Aa.r.* 7 conflatile] *add.* uestimenti genus *codd.* 8 tarahym (*corr.* teraphym *m2*) *A* taraphin *D* tharafin *Π* (*similiter saepius*) 9 mica *B* 10 conflata (*alt.* a *in ras. m2*) *B* sic *s. l. B* 11 aut *A,Ba c.* haut *D.Bp.c.* Michae—Michae et] fuit *A* (*exp.*), *ΠD* argentum *in mg. B* 13 *alt.* et] atque *ς* 14 uir *exp. A* michae *Ap.c.m2* mica *B* *alt.* domus *B*, *om. cet.* fecit mica *B* 16 factum *Aa.c.m2* est *om. D* 18 disces *Bp.c.m2* 20 mica *B* 21 sequentibus *Π,Ba.c.* adprobabitur (bi *exp.*) *B*

uiri, qui abierant considerare terram, et dixerunt ad fratres suos: ecce nostis, quia est in domibus istis ephod et teraphim et sculptile et conflatile.
6 et post multa, quae in medio praetermisisti: et ascenderunt, inquit, quinque uiri et inruerunt illuc et sumpserunt sculptile atque conflatile et ephod et teraphim. et sexcenti uiri, qui cincti erant uasis bellicis, ingressi sunt domum Micha et sumpserunt sculptile atque conflatile et ephod et teraphim. coarguitur igitur eorum opinio, qui, ut indissolubilem facerent quaestionem, ephod argenteum putauerunt. illud breuiter adtende, quod numquam nisi in sacerdotio nominetur.
7 nam et Samuhel, qui illo cinctus refertur, leuites fuit et sacerdotes Nonbat hoc dignitatis suae insigne portabant et — quod in Latinis codicibus non habetur —, quando Dauid fugiens a Saul uenit ad Achimelech et gladium postulauit dicens: uide, si est ad manum tuam lancea aut gladius, quoniam gladium et uasa mea non sustuli in manu mea. respondensque sacerdos dixit: ecce gladius Goliath alienigenae, quem percussisti in ualle terebinthi, et hic inuolutus est in uestimento post

4 *Iudd. 18, 17—18 13 cf. I Reg. 2, 18 14 cf. I Reg. 22, 18 17 *I Reg. 21, 8—9

1 abierunt *A* 2 quia est *B* quidem *cet.* 3 *tert.* et] atque ς 5 ill. inr. ς illic *Aa.c.m2* 6 atque *B* et *cet.* *pr.* et *om.* *IID* 7 et sexcenti—teraphim *om.* *II* 8 bell.] et *add.* *AD* sunt *s. l. m2 B* michae ς 9 atque *B* et *cet.* *pr.* et *B*, *om. cet.* teraphim] *B add.*: et ne longum sit infinita replicando rursum legitur sculptile atque conflatile non idem esse quod ephot et teraphim 10 coarguit ς igitur *B*, *om. cet.* opinione (ne *exp.*) *B* opinionem ς dissol. *IID* disol. *A* 11 fecerunt *Aa.c.m2* argeum *D,Aa.c.m2* illud—nom. *in mg. inf.* *II* 12 nisi *s. l. B* 13 samuel *IIB* 14 sacerdos *Ap.c m2* nonbat *II* nobat *AD* nobe (be *in ras. 3 litt. m2*) *B* 15 dauit *Aa.c.m2* 16 a *om.* *B* ad *om.* *A* achimelech *II,Bp.c.m2* abim. *cet.* 17 aut] et ς 18 gladius *Da.c.* gladium meum ς astā meā *B* 19 responditque *B* et dixit *B* 20 goliad *AD* 21 terebinti *AB* therobinti (h *m2*) *II* et *s. l. B* in *om.* *AD*

ephod, in sacrario utique ephod conditum seruabatur. hoc 8
quoque ipsum, quod nunc posuimus, 'sculptile et conflatile', licet idolum sit, tamen, quia per errorem religio putabatur, ad uenerationem eius, sicut ad dei ministerium ephod et teraphim, insigne conficitur.

4. Teraphim quid sit, si spatium dictandi fuerit, prosequemur. nunc interim de ephod, ut coepimus, explicandum est. in Exodo, ubi Moysi praecipitur, ut sacerdotalia iubeat fieri uestimenta, post cetera legitur: et hae stolae, quas facient, pectorale et superhumerale et podere et tunicas
κοσυμβωτὰς et cidarim et cinctorium. ubi autem nos 2
posuimus 'superhumerale', in Graeco ἐπωμίδα et septuaginta interpretes transtulerunt, quod scilicet super humeros istiusmodi ueniat uestimentum. deinde iungitur: et hi accipient aurum et hyacinthum et purpuram et coccinum et byssum et facient superhumerale de bysso
torta, opus textile uarium. et quid plura? totus Exodi 3
liber hac uestium plenus est specie. nam et in fine eiusdem uoluminis scribitur: et fecit omnis sapiens in operibus stolas sanctorum, quae sunt Aaron sacerdotis, sicut praecepit dominus Moysi. et fecerunt superhume-

9 *Ex. 28, 4 14 *Ex. 28, 5—6 19 *Ex. 36, 8—9 (39, 1—2)

1 condito *A* 2 ipsum *B, om. cet.* sculpt. et confl. *in ras. m2 B* ubi sculptile *Π* ubi cum sculptile *AD* et] atque *ς* confl.] *add.* legeretur *AΠD adl.* legitur *ς* 3 qui *A* 4 mysterium *A* 6 si *s. l. m2 B* dict. spac. *B* prosequimur *Π,Da.c.m2* persequimur *A* 7 concaepimus *A* 8 fieri uest. iub. *B* 9 cetera *ex* contra *m2 B* heae *AD* hea *Π* stola *A* facient *ς* faciant *ΠD,A* (*alt.* a *ex* u *m2*) faciunt *B* 10 *pr.* et *om. AD* et podere *B, om. cet.* *tert.* et *om. B* 11 KOCINBWTAO *A* KOCYNBWTAC *Π* KOCINBWTAC *D* KOCYMBOTAC *B* citarim *Ba.c.m2* cytharim *D* nos *ex* non *m2 A* 12 ἐπωμίδα] *uarie scribunt codd.* et *om. B* 13 quo *D* 14 hii *D Aa.r., om. B* accipient *B* -iant *cet.* 15 iacinctum *AΠB* iancinthum *D* purp. et coccum *B* coccinum et purp. *AD* coccum et purp. *ς* 16 *pr.* et *om. A* et faciant et *A* de *ex* e *m2 B* 17 torta] *ex* torto *m2 B, om. cet.* retorta *ς'* uarium *s. l. B* et *om. ς* 18 hac *ex* hec *B* finē *B* 21 dom. praec. *ς*

rale de auro et hyacintho et purpura et coccino et
4 bysso retorta. sed quia in Exodo hoc genus uestimenti
praecipitur tantum, ut fiat, et postea factum refertur, non
tamen eo Aaron uestitur, in Leuitico. quomodo sacerdotalibus
uestimentis indutus fuerit, explicatur: et adplicauit Moy-
ses Aaron et filios eius et lauit eos aqua et uesti-
uit eum tunica et cinxit eum zona et uestiuit eum
ὑπενδύτην — quod nos 'subtunicalem' siue 'tunicam, qua sub-
ter uestitus est,' possumus interpretari — et inposuit ei,
inquit, superhumerale et cinxit eum secundum
facturam superhumeralis et constrinxit eam in ipso.
5 uides ita hunc superhumerali cingi, quomodo Samuhel ephod
bad illo nescio quo cingebatur. sed, ne te longius traham,
hanc habeto sententiam. ubicumque in septuaginta interpreti-
bus, hoc est in codicibus nostris, ἐπωμίς, id est 'superhume-
rale', legitur. in Hebraeo scriptum est ephod. quod quare
alibi interpretari uoluerint et alibi ininterpretatum reliquerint,
non est mei iudicii, cum hoc ipsum in pluribus fecerint, ut,
quae alibi aliter atque aliter expresserant, nouissime transla-
6 tionis uarietate lassati ipsa Hebraica posuerint. Aquila autem
id, quod illi ὑποδύτην et ἐπωμίδα dixerunt, ἔνδυμα et ἐπένδυμα,

5 *Leu. 8, 6—7 9 *Leu. 8, 7—8

1 iacintho *D* iacincto *AΠB* coco *Bp.c.* coccyno *A* 2 retortis *Ba.c.* 3 tactum *D,Πa.c.* tantum *A* 4 uestitus *D* uestitus inducitur (*add.* manifestius *B*) *ΠB* 5 adplicuit *B,Π* (appl-) 8 ΥΙΠΕΝΑΠΕΝ *A* ΥΙΤΕΝΑΥΤΕΝ *Π* ΥΙΤΕΝΑΥΤΕΝ *D* ΙΤΝΟΔΙΤΙΝ *B* ὑποδύτην *uel* ἐπενδύτην *ς* subtus *ς* 9 posuit *Π* inq. ei sup. *B* ei sup. inq. *ς* 12 uidis *D,Aa.c.m2* ita *B* itaque *cet.* hunc] nunc (hoc *ς*) aaron *Bς* superhumeralem *AD,Πa.r.* -ale *B* samuel *ΠB* 13 ille *Π* quod *B* te ne *D* te non *A* 14 abeto *B* habeo *AD,Πa.c.* habe *ς* in] *s. l. Π, om. AD* primum (*exp.*) interpr. *B* 15 ΕΝΤϢΜΙϹ *B*, Ε (*ex* C *m2 A*) ΙΤϢΜΑϹ *cet.* 17 interpretare *D,Aa.c.* uoluerit *A* interpretatum *codd.* (*corr. Bm2*) non interpretatum *ς* 18 plurimis *B* ut quae alibi] utique alii *AΠD* 19 expresserint *AΠD* 20 ueritate *AΠD* hebraea *AΠD* uerba (*add. Bm2*) posuerint *codd.* 21 ὑποδύτην] *codd. uariant* (*non* ὑπενδύτην, *cf. l. 8*) et ἐπωμίδα *om. AΠD* et ἐπένδυμα] ΕΤΥΠΕΝΑΥΜΑ *Π* ἐπένδυμα] ΕΙΤΘΝΑΜΑ *B* ὑπένδυμα (*uarie scriptum*) *cet.*

id est ‘uestimentum’ et ‘superuestimentum’, quod scilicet ἔνδυμα, quod Hebraeo sermone uocatur mail, ‘subteriorem tunicam’, ἐπένδυμα uero, id est ἐπωμίς, quod Hebraice dicitur ephod, ‘superius pallium’ significet, quo tota sacerdotalis protegatur ambitio.

5. Quaeras forsitan, si ephod sacerdotale sit pallium, quare in quibusdam locis addatur ‘bar’? audiens ‘bar’ risum tenere non possum. nam cum apud Hebraeos dicatur ‘bad’, ipsos quoque septuaginta interpretes sic transtulisse manifestum sit, pro ‘bad’ ut ‘bar’ scribatur, error obtinuit; bad autem lingua Hebraica ‘linum’ dicitur, licet linum ‘phestim’ significantius exprimatur. denique, ubi nos legimus: e t f a c e i s f e m o r a l e 2 l i n e u m, u t o p e r i a n t u r c a r n i s t u r p i t u d i n e s a l u m b i s u s q u e a d c r u r a e o r u m, in Hebraeo pro lineo ‘bad’ ponitur. qua specie uir quoque ille, qui Danihelo monstratur, indutus est: e t e x t u l i o c u l o s m e o s e t u i d i; e t e c c e u i r u n u s u e s t i t u s b a d d i m, quo plurali numero ‘uestes lineae’ nuncupantur. propterea autem et Samuhel et octuaginta quinque uiri 3 sacerdotes ephod lineum portasse referuntur, quoniam sacerdos magnus solus habebat licentiam ephod non lineo uestiendi, uerum, ut scriptura commemorat, auro, hyacintho, purpura,

12 *Ex. 28, 38 (42) 16 *Dan. 10, 5 21 cf. Ex. 28, 5—6. 36, 9 (39, 1—2)

1 superu. dixit *ς* quo *D* ἔνδυμα] tunicam et *A* (ton-), *ΠD* 2 uocatū *B* mayl *B* superiorem *AΠD* 3 ἐπένδυμα] et nAIMA *Π* et te nayma *B* NAIMA *AD* ἐπωμίς] EITNMMIC *B* et TAѠMAC *A* et tAѠMAC *D* et TAѠAAC *Π* 4 cum sup. *AΠD* quod *AD* 6 sacerdotalis *Ba.c.* 8 dicat *AΠD* 9 sic *s. l. B* 10 pro—obt. *in mg. B* ut pro bad *ς* scriberetur *ς* hebr. ling. *ς* 11 hebraea *AΠD* festaym *B* (*corr.* efestaym), effestin *AΠ* effert in *D* 12 exprimantur *AD,Πa.r.* fac eos *Ba.c.* facies *AΠD* 13 operiant *ς* carnes *Bp.c.* turpitudine *Ba.c.* 14 lino *Ba.c.m2* 15 illi *A* danielo *Π.B* (*corr.* danieli) 16 ext. inquid *B* unus *s. l. B* 17 uest. est *AΠD* batdim *B* baddin *AD* badin *Π* quo *ς* quod *codd.* numero *om. Ba.c.* nuncupatur *ex* noncop- *Am2* 18 *pr.* et *om. ς* samuel *ΠB* octuaginta *sic AB* LXXX *ΠD* uiri *ex* uerius *Bm2* 21 iacintho *D* iacincto *AΠ* iacincto et *B*

coccino byssoque contexto. ceteri habebant ephod, non illa uero uarietate distinctum et duodecim lapidibus ornatum, qui in humero utroque residebant, sed lineum et simplex et toto candore purissimum.

6. Verum, quia supra promiseram me, si spatium dictandi fuisset, de teraphim quoque breuiter disserturum nec quisquam interim interpellator aduenit, scito teraphim ab Aquila μορφώματα interpretari, quas nos 'figuras' siue 'figurationes' possu-
2 mus dicere. nam et in eo loco, quando misit Saul nuntios, ut accipiant Dauid, et responderunt uexari illum grauiter et misit rursum dicens: adferte illum in lecto ad me, ut occidam eum. et uenerunt nuntii, et ecce cenotaphia in lecto, pro 'cenotaphia' in Hebraeo teraphim, id est μορφώματα, posita sunt, et non 'iecur caprarum', ut nostri codices habent, sed 'puluillus de caprarum pelle consutus', qui intonsis pilis caput inuoluti in lectulo hominis mentiretur.
3 ut autem utriusque sermonis pariter explicem ueritatem, in Osee comminatur deus se a populo fornicante omnes gratias ablaturum dicens: quia diebus multis sedebunt filii Israhel sine rege et sine principe et sine sacrificio et sine altari et sine sacerdotio et sine manifestationibus. pro 'sacerdotio' et 'manifestationibus'

2 cf. Ex. 28, 9—12. 36, 13—14 (39, 6—7) 11 *I Reg. 19, 15—16 19 *Os. 3, 4

1 cocco *Bp.c.* illa uero (uero *del. Bm2, om. ΠD*) uar. *ΠDB* uarietate (*ex* illarietate *m2*) *A* 2 et] ex *D* 3 numero *Da.c.,B* residebat *B* 5 si *s. l. B* 6 ne *AB* 7 MOPOMATA *B* morfomata *AΠ* marfomata *D* 8 quod *Bp.c.m2* 9 et *B*, *om. cet.* saul mis. ς 10 acciperent (perent *in ras.*) *B* *alt.* et *om.* ς 11 lectum *B* a me *Aa.c.m2*, *om. B* 12 eum *B* illum *cet.* *pr.* et] tunc *B* cenotapia *AΠD* 13 in *s. l. B* lectum *Ba.c.* ceontapia *AΠD* cenotafiis (is *ex* a *m2*) *B* cenotaphiis ς 14 marfomata *D* morf. *cet.* iecur *B* decor *cet.* 16 pilis caprarum *B* 17 uer. par. expl. ς 18 ose *B* cominatur *B* omnem gratiam *AΠD* 19 quod ς 20 israel *AΠB* *alt.* sine *om. AΠD* *alt.* et *om. AD* 21 *pr.* et *om. AΠD* sine alt. *om. Π* altare *AD* *tert.* sine *om. AΠD* 22 pro sac. et man.] *in mg. B*, *om. A*

in Hebraeo habetur 'sine ephod et sine teraphim', sicut Theodotion quoque et Symmachus transtulerunt. ex quo intellegimus 4
in ephod iuxta Septuaginta quoque, qui sensum magis quam uerbum interpretati sunt, 'sacerdotium' significari, in teraphim uero, id est 'figurationibus' uel 'figuris', uaria opera, quae teraphim uocantur, intellegi. nam et in Exodo ceterisque locis, 5
ubi describuntur uestes plumaria arte contextae, 'opus cherubim', id est 'uarium atque depictum', factum esse describitur, ita tamen, ut uau litteram cherubim non habeant, quia, ubicumque cum hac littera scribuntur, animalia magis quam opera significant. iuxta hunc igitur sensum et Micha cum ueste sacerdotali cetera quoque, quae ad sacerdotale pertinent ornamentum, per teraphim fecisse monstratur.

7. Quam uellem nunc tibi omnem habitum sacerdotis exponere et per singulas uestium species diuina ostendere sacramenta! uerum, quia et in hoc ipso breuitatem epistulae excessimus et Iosephus ac Philo, uiri doctissimi Iudaeorum, multique de nostris id latissime persecuti sunt, coram uiua, ut aiunt, uoce audies me. ⟨aeque⟩, quae de cetero uelis, praesens percontato praesentem, ut, si quid forte nescimus, sine teste, sine iudice

6 cf. Ex. 26, 1 et 31. 37, 5 17 cf. Iosephus, ant. Iud. III 7 cf. Philo, de monarchia 2, 5—6

1 habetur *B* est *cet.* et sine—ephod *om. AΠD* teodocion *B* 2 quoque] *del. B, om. ς* 4 uerba *ς* significari *B* interpretari *AD,Π* (*alt.* i *ex* e) in *B, om. cet.* 5 uel (*del. m2*) uaria *B* 6 uocatur *AΠD* et] *s. l. B* ex *A* 7 discrib. *AD* scrib. *Π* cherubim *Π* cherubin *D,A* (u *ex* o *m2*) theraphim *B* 8 depinctum *B* esse fact. *ς* 9 littera *B* cherubin *A* cerubin *D* habeat *AD* 10 cum hac *s. l. B* scribitur *Bp.c.m2,ς* 11 sign.] scriptura (*om. ς*) significat *Bς* ig. hunc *ς* mica *B* 12 quoque] quo *A* sacerdotalia *ς* pertinet *Π* 13 ornamenta *ς* 14 quam *Ap.c.,ς* quem *Aa.c.,Π* cum *B* uellet *Aa.c.* sacerdotalis *Π* sacerdotalem *ς* 16 et *om. AΠD* in hoc in *B* 17 iosepus *A* ioseppus *D* 18 de *s. l. B* prosecuti *AΠ* coram *scripsi* quorum (*s. l. B*) *codd.* uiua *om. AΠD* ut] aut *D* 19 uoce] *add.* ut *A* aeque *addidi, om. codd.* ceteris *Bp.c.m2* uelis *s. l. m2 B* percunctator *ς* 20 quod *AΠD*

2 in fida aure moriatur. nos, ut scis, Hebraici sermonis lectione detenti in Latina lingua rubiginem obduximus in tantum, ut loquentibus quoque nobis stridor quidam non Latinus interstrepat. unde ignosce ariditati: etsi inperitus sum, inquit, sermone, apostolus, sed non scientia. illi utrumque non deerat, et unum humiliter rennuebat; nobis utrumque deest, quia et, quidquid pueri plausibile habueramus, amisimus nec scientiam, quam uolebamus, consecuti sumus — Aesopici canis fabula —, dum magna sectamur, etiam minora perdentes.

1 cf. Verg. V 547 4 *II Cor. 11, 6 8 cf. Phaedrus I 4; Babrius 79

1 aura *ABa.c.m2* moriamur *D,Aa.c.m2,Π* (inmoriamur *m2mg.*), *add.* mater comunis (*corr.* *ς*) si* (si *ς*) ualet (ualeat *ς*) gaudeo et ut ualeat dominum deprecor (precor *ς*) *Bς* (*cf. p. 252, 20*) hebraici (hebrehi *B*) sermonis *ΠB* hebraeorum *AD* lectioni *A* 3 latinus sermo *B* 4 inq. ap. serm. *B* serm. inq. ap. *ς* sermonem *A* 5 sed non] non tamen *B* scientiā *A* 6 renuebat *B,Dp.c.* 7 quicquid *B* quod *cet.* plausabile *B* 8 sumus iuxta *ς* ysopici canis *B* esopianis *ΠD* esophianis *A* 9 fabulam *codd.* (*corr. B*) sectamus *B* perdens *Πa.c.* perdimus *B*

XXX.

AD PAULAM.

1. Nudius tertius, cum centesimum et octauodecimum psalmum tibi insinuare conarer et dicerem omnem moralem locum in eo esse conprehensum et, quomodo philosophi solerent disputationes suas in physicam et ethicam logicamque partiri, ita et eloquia diuina aut de natura disputare, ut in Genesi et Ecclesiaste, aut de moribus, ut in Prouerbiis et in omnibus sparsim libris, aut de logica, pro qua nostri θεολογικὴν sibi uindicant, ut in Cantico canticorum et euangeliis — licet ⟨et⟩ apostolus saepe proponat, adsumat, confirmet atque concludat, quae proprie artis dialecticae sunt —, studiosissime perqui-

G = Neapolitanus VI. D. 59 s. VII.
A = Berolinensis lat. 17 s. IX.
Π = Turicensis Augiensis 49 s. IX.
D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.
M = Coloniensis 60 s. IX—X.
N = Casinensis 295 s. X.
ϑ = Ambrosianus J. 6 sup. s. X.
γ = Vaticanus lat. 84 s. XI.
B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

2 ad paulam *G* hebraeici interpretatio alfabeti ad paulam *N* prologus ad paulam et eustochium *γ* ad paulam de alphabeto *B* expositio litterarum hebraicarum *A* ad marcellam *ΠD* ieronimus marcellae de conexionibus litterarum *M*, *titulo caret ϑ; Hieronymi nomen exhibent tituli in ADMNγB* 3 nudus *G* cum] *s. l. M* cum de *A* centessimo *ϑ* et *G, om. cet.* octauod. *G* octauo (*corr.* -uū) d. *B* octauo decimo *ϑ* octauum d. *cet.* psalmum] *s. l. m2 G* psalmo *ϑ,Ap.c.m2* 4 meo (*om. γ*) moraliter *Mγ* 5 in eo esse *om. M* solerent *G* solent *cet.* 6 et *Gγ,B* (*s. l. m2*), *om. cet.* loicamque *ΠDϑ,Ma.c.* et loigam *γ* 7 *pr.* et] ut *γ*, *om. N* *alt.* et *GAγ* et in *cet.* 8 aecclesiasten *γB* 9 loica *ΠDϑ,Ma.c.* pro quam *G* quam *B* de qua *γ* theoriticen *M* theoricen *γ* 10 cantica *Aγ* *pr.* et *GAB* et in *cet.* *alt.* et *add. Engelbrecht, om. codd.* 11 confirmat *ΠDϑ,Ma.c.* concl.] *litt.* cludat *in ras. m2 B* 12 quae] et haec *M* propria *M* sint *AΠDϑ* custodiosissime *Aa.c.m2* perq. quid sibi *in ras. m2 B*

sisti, quid sibi uelint Hebraeae litterae, quae psalmo, quem legebamus, uidebantur insertae.

2. Respondi secundum ordinem litterarum eum esse conpositum, quo uidelicet ex prima littera, quae apud eos uocatur aleph, octo uersus inciperent, rursus ex sequenti beth totidem uersus exordium sumerent ac postea ex gimel idem numerus conpleretur atque ita usque ad tau, quae apud eos extrema littera est, psalmum esse conscriptum et in singulis quibusque elementis secundum interpretationem eorum debere intel-
2 legi, quae sequerentur. identidem flagitasti, ut tibi interpretationes singularum edicerem litterarum. dixi, fateor; uerum, quia propter barbariem linguae memoria elabitur omne, quod diximus, desideras commentariolum fieri, ut, si in aliquo forte titubaris, obliuionem lectio consoletur.

3. Ac priusquam de singulis disseram, scire debes quattuor psalmos secundum ordinem Hebraeorum incipere elementorum: centesimum decimum et centesimum undecimum et hunc, de quo nunc scribimus, et centesimum quadragesimum quartum, uerum in prioribus singulis litteris singulos uersiculos, qui

1 uellent *MN* quae in *AMγ* quem *D* quem] quae *A* 4 quo *GA* quem (*corr.* iuxta quem) *M* quod *cet.* uocatur *in mg. m2 B* 5 incipiunt *M* rursum *Mγ* equenti *D* equentibus *A* (*corr.* sequentibus), *N* 6 sumeret *A* sumpserint *ΠDMNϑ* ex *om. A* gemel *DMϑ,Πa.r.* 7 completur *ϑ* thau *G* tahu *N* 8 psalmus *A* conscriptus *A* compositum *MN* et] haec *A*, *om. M* in *GAγ* ex *ΠDM,ϑ* (*s. l.*), *B* (*in ras. m2*), *om. N* 9 sec.] et (*m2*) sec. *M* interpretationes *ς* intellegere *A* 10 secuntur *Aγ,M* (sequuntur *ex* sequitur *m2*) sequentur *N* itidem *M* pridem *B* interpretationem *Mγ* 11 sing. litt. edicerem (dicerem *M*) *Mγ* sing. disererem litt. *N* litt. sing. dicerem (dicere *D*) *ΠDϑ* 12 pr. barb.] pro uarietate *M* barbariae *ϑ* barbari est *D* memoriae labitur (labetur *A*) *AΠDNB* 13 forsitan *N*, *om. A* 14 titubaris *G* titubaueris *cet.* consulatur *N* consolaretur *Dϑ* 15 dixerim *M* quattuor (sex *m2*) *N* 16 elem.] *add.* id est *Mγ* 17 cent. dec.] cent. et cent. dec. *G* C et CX *N* tricesimum sextum cent. dec. *ΠD* tricesimum sextum *ϑ* *pr.* et *om. ϑ* cent. und.] CXII *A* hunc—scrib.] centessimum (*pr.* s *exp.*) octauum decimum *M* 19 in] debes scire in *ΠDϑ,B* (*sed* debes scire *in ras. m2*) prior. psalmis *ΠDϑ,Bm2mg.* litteris singulis *Mγ*

trimetro iambico constant, esse subnexos, inferiores uero tetra-
metro iambico constare, sicuti et Deuteronomii canticum scrip-
tum est; in centesimo octauodecimo in singulas litteras octoni
uersus secuntur; in centesimo quadragesimo quarto singulis
litteris singuli uersus deputantur. sunt, qui et alios putent hoc
ordine incipere, sed falsa eorum opinio est. habes et in Lamen- 2
tationibus Hieremiae quattuor alfabeta, e quibus duo prima
quasi Saffico metro scripta sunt, quia tres uersiculos, qui sibi
conexi sunt et ab una tantum littera incipiunt, heroici comma
concludit; tertium uero alfabetum trimetro scriptum est et a
ternis litteris, sed eisdem, terni uersus incipiunt; quartum
alfabetum simile est primo et secundo. Prouerbia quoque Salo-
monis extremum cludit alfabetum, quod tetrametro supputatur.

4. Quomodo autem in his nostris litteris non potest quis ad legenda uerba texendaque procedere, nisi prius ab elementis coeperit, ita et in scripturis diuinis non ualemus ea, quae maiora sunt, nosse, nisi ethicae habuerimus exordium, secundum illud, quod propheta dicit: a mandatis tuis intellexi,

2 cf. Deut. 32, 1—43 18 Ps. 118, 104

1 iamb.] iambico uersu *ΠDϑ,Bp.c.m2* esse—constare *om. M* eptametro *A* 2 constare *om. A* sicut et *A* sicut in *M* ut in *γ* scilicet sicut *ΠD* cantico *Mγ* conscriptum *M* 3 cent. uero *N* dec. oct. *ς alt. in G, om. AN* psalmo *(s. l. m2B) cet.* literas *D* 4 sectantur *M* singulae litterae singulis uersibus *N* 5 singulis *B, om. M* gemini dep. *ΠDϑ* dep. duplices *M* putant *MNγ,Bp.c.m2* 6 et *om. GMN* 7 alfabeta *sic codd.* 8 safico *M (corr.), γ* tres] in tertio *M* uersiculi *N* sibi con. sunt *in ras. m2 B* 9 coma *B,Aa.c.m2* com *ϑ* commate *N* dogma *M* 10 concluduntur *N* non cludit *AB* uero *om. N* alphabetum *NB,M* (ph *ex* p) et *in ras. m2 B* a *om. ΠDMϑB* 11 sed *om. N* et hisdem *A* idem *ΠDNϑ* ternis *B* 12 alphabetum *NB,M* (ph *ex* p) 13 claudit *GB* concludit *γ* alphabetum *N,Mp.c.* alpabetum *B,Ma.c.; add.* quod tetrametrum cludit alphabetum eo *N (exp.)* trimetro *Mγ* tetrametro iambico *ΠDϑ,Bp.c.m2* supput.] *add.* ab eo loco in quo ait mulierem fortem quis inueniet *(cf. Prou. 31, 10) ΠDϑ,Bm2mg.* 15 texandaque *ϑ* tenendaque *M* 16 et *om. M* 17 nisi ab *ΠDϑ* (a)ethice *GDNϑ* etice *B* aethica *Π* et haec *M* hab.] ipsis *(corr.* ipsi *Π)* hab. *ΠDϑ* 18 dic. proph. *N*

quo uidelicet post opera coeperit habere scientiam secretorum. uerum iam conplendum est, quod petisti, ut sensum uniuscuiusque elementi interpretatio adnexa significet.

5. ALEPH interpretatur 'doctrina', BETH 'domus', GIMEL 'plenitudo', DELETH 'tabularum', HE 'ista', VAV 'et', ZAI 'haec', HETH 'uita', TETH 'bonum', IOD 'principium', CAPH 'manus', LAMED 'disciplinae' siue 'cordis', MEM 'ex ipsis', NUN 'sempiternum', SAMECH 'adiutorium', AIN 'fons' siue 'oculus', PHE 'os' — ab ore, non ab osse intellege, ne litterarum ambiguitate fallaris —, SADE 'iustitiae', COPH 'uocatio', RES 'capitis', SEN 'dentium', TAU 'signa'.

6. Post interpretationem elementorum intellegentiae ordo dicendus est.

Prima conexio est 'doctrina domus plenitudo tabularum ista', quo uidelicet doctrina ecclesiae, quae domus dei est, in librorum repperiatur plenitudine diuinorum.

7. Secunda conexio est 'et haec uita'. quae enim alia potest esse uita sine scientia scripturarum, per quas etiam ipse Christus agnoscitur, qui est uita credentium?

8. Tertia conexio habet 'bonum principium', quia, quamuis

1 quo *GΠDϑ* quia *M* quod *cet.* 2 est *s. l. B* sensus *M* 3 adnixa *A* annixa *G* conexa *M* 4 doctr. int. *ΠDMϑγ* interpr. *om. N* gemel *GM* 5 daleth *B* uau] bau *G* uaf *B* zay *N* zaim *B* iai *M* 6 haeth *M* eth *GAΠDϑ* het *B* theth *N* eth *G* iod *G* ioth *cet.* capf *G* caf *ΠDϑ* kaph *N* kaf *B* 7 lameth *γ* lamech *cet.* disciplina *AMNγ,Ba.c.m2* cor *N* men *N* 8 sempiternus *A* sameth *MNγ* samaec (*alt.* a *eras.*) *G* zamech *B* hain *B* 9 oculis *D* phe *N* fe *cet.* os *om. N,γa.c.* non ab osse *om. N* osse dictum *ΠDϑ,Bp.c.m2* dictum *N* 10 iustitia *GNγ* cof *GΠDϑB* 11 sin *MB,Πp.c.γa.c.* san *D* seth *N* thau *GNγ* than *D* taf *B* 13 discendus *A* docendus *ϑ* dic. est] *add.* aleph beth gimel deleth *ΠDϑ* 14 con. est] *add.* aleph beth gemel deleth *M,Bm2mg.,γ* (deleth he) 15 ista *del. Bm2, om. AΠDϑ* a quo *ΠD* quod *γB* doctrinae *A,Ba.c.* (-e) 16 reperiatur *D* repperitur *MγB* 17 est] *om. M; add.* he (*om. γ*) uau zai (iai *M*) (h)eth ista (*om. γ*) *ΠDMϑγ,B* (he—eth *s. l. m2*) et] et ipse *γ,Np.c.m2* ut *G* quae—uita *om. A* pot. esse al. *M* 18 esse *om. Π* sine] nisi *Mγ,Bp.c.m2* quam *ΠDMNϑγ,Bp.c.m2* etiam] *in ras. m2 B* sententiam *N* 19 cognoscitur *M* 20 habet (est *γ*)] *add.* teth ioth *ΠDMϑγ,Bm2mg.*

nunc sciamus uniuersa, quae scripta sunt, tamen ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus et nunc per speculum uidemus in aenigmate; cum autem meruerimus esse cum Christo et similes angelis fuerimus, tunc librorum doctrina cessabit.

9. Quarta conexio est 'manus cordis' siue 'disciplinae'. manus intelleguntur in opere, cor et disciplina interpretantur in sensu, quia nihil facere possumus, nisi prius, quae facienda sunt, scierimus.

10. Quinta conexio est 'ex ipsis aeternum adiutorium'. hoc explanatione non indiget et omni luce manifestius est ex scripturis aeterna subsidia ministrari.

11. Sexta conexio habet 'fons' siue 'oculus oris iustitiae' secundum illud, quod in tertio numero exposuimus.

12. Septima conexio est, quae et extrema, quo et in ipso quoque septenario numero sit mysticus intellectus, 'uocatio capitis dentium signa'. per dentes articulata uox promitur et his signis ad caput omnium, qui Christus est, peruenitur.

1 I Cor. 13, 9 2 *I Cor. 13, 12 18 cf. Eph. 4, 15

1 nunc] *in ras. Bm2* non *γ,Mp.c.* 3 in] et *M* enigmata *Dϑ* 5 cessauit *GD,Ba.c.* cessant (n *eras.*) *M; add.* atque omnium librorum et tunc uidebimus facie ad faciem bonum principium sicuti est *Bm2mg.* 6 est] *om. M, add.* caf (caph *MγB*) lamech (-eth *γ* -ec *B*) *ΠDMϑγ,Bm2mg.* disc. s. cord. *ΠDϑ,Bp.c.* cord. siue disciplina *Mγ* disciplina siue cor *N* 7 intellegantur *G* in *om. M* opera *M* 8 quae prius *ΠD* qui pius *ϑ* 9 sint *B* sciremus *A* sciamus *Mγ* 10 est] *om. Mγ, add.* mem (men *γ*) nun samech (-eth *Mγ*) *ΠDMϑγ,Bm2mg.* aeternum *GAγ* sempiternum *cet.* 11 explanationem *Dϑ* set *ϑ* sed *ΠDM,Bp.c.m2* cum omni *N* manifestus *ϑ* manifest˜*B* est] esse *ΠDϑ* 12 min.] *add.* posuimus (*del. m2*) *B* 13 habet (est *MγB*)] *add.* ain fe sade *ΠDMϑγ,Bm2mg.* fontem *N* oculum *N* oris *om. N* iustitia *N* 14 illud *om. M* num. interpretationum *M* proposuimus *B* 15 *pr.* et *om. DMγB* extr. est *M* quo] quia *M* dum hoc *γ* quod *ς* in *s. l. B* ipso] hoc *M* 16 num. sept. *M* intell.] *add.* cof (coph *γ*) res sen (sin *MB,Πp.c.*) tau (thau *γ*) *ΠDMϑγ,Bm2s.l.* 17 dentes] dentium *Ma.c.m2* ***centes (*corr.* dencentes *m2*) quia *N* promittitur *A,Ba.c.* exprimitur *M* et] et ex *Mγ* et pro *N* et in *ς* 18 qui] quod *M* est xp̄s *ΠDMNϑ* peruen.] itur *M,B* (*in ras. m2*); per quem uenitur (uen. *om. B*) ad regnum sempiternum *ΠDMϑ,Bm2mg.*

13. Oro te, quid hoc sacratius sacramento? quid hac uo-
luptate iucundius? qui cibi, quae mella sunt dulciora dei
scire prudentiam, in adyta eius intrare, sensum creatoris in-
spicere et sermones domini tui, qui ab huius mundi sapien-
2 tibus deridentur, plenos docere sapientia spiritali! habeant
sibi ceteri suas opes, gemma bibant, serico niteant, plausu
populi delectentur et per uarias uoluptates diuitias suas
uincere nequeant: nostrae deliciae sint in lege domini meditari
die ac nocte, pulsare ianuam non patentem, panes trinitatis
accipere et saeculi fluctus domino praeeunte calcare.

14. Saluta Blesillam et Eustochium, tirunculas nostras; sa-
luta Felicianen, uere carnis et spiritus uirginitate felicem;
saluta reliquum castitatis chorum et domesticam tuam eccle-
siam, cui omnia, etiam quae tuta sunt, timeo, ne dormiente
2 patre familias inimicus homo zizania superseminet. quamuis

8 cf. Ps. 1, 2 14 cf. Verg. Aen. IV 298 cf. Matth. 13, 25

1 ora *ϑ,Da c.* secretius *A* sanctius *N* sacramentum *A* hac] hoc *Aγ,Ba.c.m2* ab hac sacramento *Π* (-ti *p.c.*), *Dϑ* uoluntate *GDNγ,Ma.c.* 2 iocundius *codd. praeter G,Ma.c.* cibi quae] ubique *Dϑ,Πa.c.m2* melle *ΠDϑ* dulc. quam *ΠDMϑ,Bp.c.m2* 3 prud. et *ΠDMϑγ,Bp.c.m2* adyta *scripsi* adita *GA* atria *B* abditum *N* abdita *cet.* et sensum *ΠDMϑ,Bp.c.m2* sensus *Ba.c.m2* 4 tui] dei tui *NB* dei nostri *M* nostri ihu xpi *γ* a sap. h. mundi *M* 5 deridemur *γ* irridentur *M* plenius *Bp.c.m2* plena *A,Na.c.m2* docere *B* (cere *in ras. 5—6 litt. m2*) doceri *Nγ* discere *ς* sapientiae spirituali *B* 6 sibi] *om. B* sibi sui *A* ceteri] *in mg. m2 B* certe *γ* cet.] si uelint *add. in ras. Bm2* gemina *ϑ* gemmas *B* gemmis *N* sirico *Dϑ,Ba.c.m2* nitant *G* neciant *A* nitescant *Mγ* plauso *A,Ma.c.* plausũ *γ* plausus *B* 8 diuitiae *ΠDϑ,Ba.c.* sunt *DM* in lege dom. *in ras. m2 B* 9 panis *A,Ma.c.* 10 fructus *B* calcare] *add.* sit legenti letitia audienti fides credenti corona amen am̃ amen domine *A* (*finis epistulae*) 11 blaesillam *ς* eustocium *B* tyrunculas *codd. praeter MNB* saluto *ϑ* 12 folicianen *ϑ* felitianem (*corr.* -am, *in mg. m2* al felicitatẽ) *B* felicianam *γ,Np.c.m2* feliciter *M* carne *M* spiritu *ΠDMϑ* uirginitatis *M* (ni *m2*) facilem *D* 13 salutat *D* chor. cast. *Mγ* 14 cui] et *M, om. γ* etiam *om. N* tuta] tua *ΠDMϑγB* timeo] timendum *γ,M* (*add.* est), pertimesco *N* dormiat *Mγ* 15 patri *Dϑ* pater *Mγ* ne inim. *Mγ* quamquam *M*

enim dicere audeant: ego ciuitas firma, ciuitas, quae obpugnatur, nullus hostili exercitu obsidente securus est. nemo, ut beatus Cyprianus ait, satis tutus periculo proximus. exemplar epistulae, si accipere uoluerit φιλοπονωτάτη nostra Marcella, tribuito et memento mei obsecrans, ut dominus Iesus conterat satanan sub pedibus nostris uelociter.

XXXI.

AD EUSTOCHIUM.

1. Parua specie, sed caritate magna sunt munera accepisse a uirgine armillas, epistulas et columbas. et quoniam mel in dei sacrificiis non offertur, nimia dulcedo arte mutata est et

1 *Esai. 27, 3 3 cf. Cyprianus, epist. 4, 2 (p. 474, 7 Hartel)

1 enim] *om.* *MN* etiam ς dic. audeam *G* dic. audeant aliqui *γ,B* (aliqui *m2mg.*) audeant dic. aliqui *M* firmata *ΠDϑ* *alt.* ciuitas *om.* *N* quae] non *add. codd. praeter G* (non *in ras. m2 B*) 2 expugn. *γ* a nullo *N* obsedente (obsid- *m2*) ex. *M* 3 beatus ut *M* 4 exempla *N* epist. huius *M* uoluerint *Mϑγ* studiosissima ΦΙΛΟΠΟLΙΟΤΑΤΗ *N* epirotion et untation *M* epirition uitagon *γ*, *om.* *Dϑ* 5 macella (marcella *m2*) nostra *M* tribue *Bp.c.Ma.c.* mementote *ΠN* 6 ihs noster *M* ihs xps *ΠD* noster ihs xps ς conter*at *M* conteret *ΠDϑ* sanan *G* (*corr.* satnan), *Na.c.* satan *γB* satanam ς uestris *B* ueloc. uale *N*; *add.* explicit ad paula *G*

F = *Veronensis XVI. 14 s. IX.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
Z = *Parisinus lat. 1867 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

9 ad eustochium (-ium *m2 J*) *FJΣ* ad eust. de muneribus *B* ad eust. de acceptis muneribus *Z* hieronimus eustochiae *M*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in Σs.l.,MB* 10 sunt magna ς 11 arm. a uirg. *B* epistu(o)lam ς mel *om.* *FJΣ* in dei s. mel *M* 12 offeretur *F* mutate *F*

quadam, ut ita dicam, piperis austeritate condita. apud deum enim nihil uoluptuosum, nihil tantum suaue placet, nihil, quod non in se habeat et mordacis aliquid ueritatis. pascha Christi cum amaritudinibus manducatur.

2. Festus est dies et natalis beati Petri festius solito concinendus, ita tamen, ut scripturarum cardinem iocularis sermo non fugiat nec a praescripto palaestrae nostrae longius euagemur. armillis in Ezechihele ornatur Hierusalem; Baruch epistulas accepit ab Hieremia; in columbae specie spiritus
2 sanctus adlabitur. itaque, ut te aliquid et piperis mordeat et pristini libelli etiam nunc recorderis, caue ne operis ornamenta dimittas, quae uerae armillae sunt brachiorum; ne epistulam pectoris tui scindas, quam a Baruch traditam nouacula rex profanus incidit; ne ad similitudinem Ephraim per Osee audias: 'facta es insipiens ut columba'. 'nimium', respondebis, 'austere et. quod festo non conueniat diei'. talibus ipsa muneribus prouocasti; dum dulcibus amara sociata sunt, et a nobis paria recipies: laudem amaritudo comitabitur.

3 cf. Ex. 12, 8 8 cf. Ezech. 16, 11 cf. Bar. c. 6. Hier. 43 (36), 4 sqq. 9 cf. Matth. 3, 16 etc. 11 prist. lib.] *sc. ep. XXII* 13 cf. Hier. 43 (36), 23 15 Os. 7, 11

1 quidam *FZ* quidem *Σ* dominum *Z* 2 *tert.* nihil] nisi *M* 3 non *om. M* habet *ς* et *FJ,Σ s. l. m2, om. cet.* mordacitatis *Σ* aliquid] *add.* et *FJΣ* 5 festius *FJZ,Σ* (festiuus *m2*), festus est *M* festiuius *B* concinendos *Fa.c.m2* concinnendus *Jp.c.Σp.c.m2* condiendus *ς* 7 non *om. ZB* a praesc.] ap̄ (= apud) scripta *B* euagemus *Mp.c.* 8 ezechiele *Z,M* (-el *p.r.*), *B* baruc *FJΣB* 9 acepit (*sic*) epłas *B* suscepit *M* accipit *ς* columba *Fp.r.* specie] *s. l. m2 Σ, om. F* 10 labitur *Z* it. ut te] ita uite *B* te *om. M pr.* et *om. FJΣ* 11 pristina *M* caue] cause *B* ne] ne ob (*eras.*) *Σ* 12 demittas *F* uerae *Z* uere *cet.* nec *M* 13 tuis *Z* baruc *FJB,Σa.c.m2* tradita *F* 14 nec *Z* ephraim *B* efraim *Z* efrem *JM* effrem *FΣ* aud. per osee *Σ* osee *Fp.c.,Σ* osaee *Fa.c.* ose *M a.c.m2,B* 15 est *Z* 16 quod *om. Z* conuenit *Z* conueniam *Σ* ipsa—dulcibus *om. M* 17 dulci *Ba.c.m2* et] et (*s. l.* ut *m2*) *B* 18 reciperes *Bp.c.m2*

3. Verum — ne uidear dona minuisse — accepimus et canistrum cerasiis refertum talibus et tam uirginali uerecundia rubentibus, ut ea nunc a Lucullo delata existimarim; siquidem hoc genus pomi Ponto et Armenia subiugatis de Cerasunto primus Romam pertulit, unde et e patria arbor nomen accepit. igitur, 2 quia in scripturis canistrum ficis plenum legimus, cerasia uero non inuenimus, in eo, quo allatum est, id, quod allatum est, praedicamus optamusque te de illis pomis fieri, quae contra templum dei sunt et de quibus deus dicit: quae bona, bona ualde. nihil quippe saluator medium amat et, sicuti frigidum non refugiens calidis delectatur, ita tepidos in Apocalypsi euomere uelle se loquitur. unde nobis sollicitius prouidendum, 3 ut sollemnem diem non tam ciborum abundantia quam spiritus exultatione celebremus, quia ualde absurdum est nimia saturitate honorare uelle martyrem, quem sciamus deo placuisse ieiuniis. ita tibi semper comedendum est, ut cibum et oratio sequatur et lectio. quod si aliquibus displicet, apostoli uerba cantato: si adhuc hominibus placerem, Christi ancilla non essem.

6 cf. Hier. 24, 1 sqq. 9 *Hier. 24, 3 11 cf. Apoc. 3, 15—16 18 Gal. 1, 10

1 donum *Σ* 2 cerasis *FJΣ,B* (*ex* cerasus) et tam] etiam *M,B* (*in ras. m2*) 3 extimarē (*alt.* e *in ras. m2*) *B* existimarem *F* (*ex* existimare *m2*), *JΣ* 4 cerasunto *M* cerasūpto *FΣ* cerasa sumptum *B* ceraso ponto *Z* cerea (cesarea *m2*) sunto *J* primum *B* 5 roma *B* e] de *ς* 6 quia] *spatium uacuum 6—7 litt. in B* cerasia *ZM* cerasa *cet.* 7 quo *Z* quod *cet.* *pr.* allatum] altum *Bp.r.* id—est *om. Z* est] non est *ς* 8 contra] intra *Z* 9 et *om. FJΣ* quae] ecce *ZB* quia *ς* *alt.* bona *om. ZB* 10 salua *Fa.c.m2,Σ* 11 non] *eras. F, del. m2 B* refugit *Z* apocalipsin *ΣB* 12 uelle *om. MB* se loquitur *in ras. m2 B* sollicitus *Z* prouid. est *B* 13 ut *s. l. m2 B* 15 uelle hon. *ς* scias *M* 16 in iei. *M* semper] sepe *B* 17 et leccio sequatur *B* subsequatur *Z* 18 ancillam *Z* 19 essem] *add.* explicit ad euistochium *Z*

XXXII.

AD MARCELLAM.

1. Ut tam paruam epistulam scriberem, causae duplicis
fuit: quod et tabellarius festinabat et ego alio opere detentus
hoc quasi parergio me occupare nolui. quaeras, quidnam illud
sit tam grande, tam necessarium, quo epistolicae confabulati-
2 onis munus exclusum sit. iam pridem cum uoluminibus Hebrae-
orum editionem Aquilae confero, ne quid forsitan propter odium
Christi synagoga mutauerit, et, ut amicae menti fatear, quae
ad nostram fidem pertineant roborandam, plura repperio. nunc
iam Prophetis, Salomone, Psalterio Regnorumque libris exa-
mussim recensetis Exodum teneo, quem illi ele smoth uocant,
3 ad Leuiticum transiturus. uides igitur, quod nullum officium
huic operi praeponendum est. attamen, ne Currentius forte
noster frustra cucurrerit, duas epistulas, quas ad sororem
tuam Paulam eiusque pignus Eustochium miseram, huic ser-
munculo adnexui, ut, dum illa legis et in his aliquid doctrinae
pariter ac leporis inueneris, putes tibi quoque scripta esse,
quae scripta sunt.

2. Albinam, communem matrem, ualere cupio — de corpore

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
Θ = *Parisinus lat. 1869 s. IX.*
Ξ = *Parisinus lat. 1913 s. IX.*
Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
e = *Parisinus lat. 1876 s. XII.*

2 ad marcellam *codd.; Hieronymi nomen exhibet titulus in* e 3 causa *A* 4 tabularius e 5 parergio] pares (parens *m2*)di(*in ras. m2*)o (u *m2*) *A* παρέργῳ ς me *s. l. m2 Θ* quaeras] *om. D* quaeris ς quid *Θa.c.m2* sit ill. e illum *Aa.c.m2* 9 sinagogam *A* amice *AΞ* mentis *D* mente *Ξ* 10 roborandum *Ξ* reperio *Ξ* reperi**o (i *ras. ex alia litt. mut.*) *A* 11 iam] a ς salamone *Θ* 12 recensitis e,*Πp.r.* elle *Θp.c.Πp.c.m2* 14 est] sit e nost. forte ς 16 paulu *Aa.c.m2* 17 ut] et *A* legis illa e illas legeris ς et *om. A* 18 ac] et *Ξ* inuenerit *A* put. t.] potest ibi *A* 19 quae illis ς

loquor, quin spiritu ualeat, non ignorans — eamque per te salutari obsecro et duplici pietatis officio focilari, quo in una atque eadem Christiana simul diligatur et mater.

XXXIII.

AD PAULAM.

1. Marcum Terentium Varronem miratur antiquitas, quod apud Latinos tam innumerabiles libros scripserit. Graeci Chalcenterum miris efferunt laudibus, quod tantos libros conposuerit, quantos quiuis nostrum alienos sua manu describere non

1 quin e,*Θp.c.m2* qui in *Θa.c m2,A* (quid in *m2*), *ΞΠD* ut *ς* eam quam *Π* 2 focillari e,*Ξp.c m2* quo] co *Ξ* quod *ς* 3 alligatur *D*

4 *Haec epistula, ultima tantum parte (p. 259, 4* quis enim umquam *usque ad finem) omissa praemittitur uersioni Latinae homiliarum Origenis in Pentateuchum in his codicibus:*

𝔆 = *Parisinus lat. 1628 s. XII.*
𝔇 = *Atrebatensis 849 s. XII—XIII.*
𝔈 = *Parisinus lat. 1629 s. XII.*
𝔉 = *Bruxellensis II. 1065 s. XII.*
Hom = *consensus horum codicum.*

Frustula huius epistulae adfert Rufinus apol. II 20, cuius codicum notitiam Wrobelii humanitati debeo; sunt autem hi:

𝔊 = *Abrincensis 73 s. XII.*
𝔋 = *Atrebatensis 724 s. XII.*
ℑ = *Parisinus lat. 1800 s. XII.*
𝔎 = *Parisinus lat. 1850 s. XII.*
𝔏 = *Parisinus lat. 1872 s. XII.*
𝔐 = *Parisinus lat. 1890 s. XV.*
𝔑 = *Vaticanus lat. 343 s. XV.*
𝔒 = *Vaticanus lat. 370 s. XV.*
Ruf = *consensus Rufini codicum.*

7 tam *om. Hom* scripsit 𝔊𝔐𝔑 calcenterum 𝔏𝔐 ebalterum *Hom* 9 scribere 𝔑

* 2 potest. et quia nunc otiosum est apud Latinos Graecorum uoluminum indicem texere, de eo, qui Latine scripsit, aliqua commemorabo, ut intellegamus nos Epimenidis dormire somnum et studium, quod illi posuerunt in eruditione saecularium litterarum, in congregandis opibus ponere.

2. Scripsit igitur Varro XLV libros Antiquitatum, IIII De uita populi Romani, Imaginum XV, Λογιστορικῶν LXXVI, De lingua Latina XXV, Disciplinarum VIIII, De sermone Latino V, Quaestionum Plautinarum V, Annalium III, De origine linguae Latinae III, De poematis III, De originibus scaenicis III, De scaenicis actionibus III, De actis scaenicis III, De descriptionibus III, De proprietate scriptorum III, De bibliothecis III, De lectionibus III, De similitudine uerborum III, Legationum III, Suasionum III, De Pompeio III, Singulares X, De personis III, De iure ciuili XV, Ἐπιτομὴν Antiquitatum ex libris XLII libros VIIII, Ἐπιτομὴν ex Imaginum libris XV libros IIII, Ἐπιτομὴν de lingua Latina ex libris XV libros VIIII, De principiis numerorum libros VIIII, Rerum rusticarum libros III, De ualetudine tuenda librum I, De sua uita libros III, De forma philosophiae libros III, Rerum urbanarum libros III, Satirarum Menippearum libros CL, Poematum libros X, Orationum libros XXII, Pseudotragoediarum libros VI, Satirarum libros IIII et alia plurima, quae enumerare lon-

1 possit 𝔐 nunc] tunc 𝔑 non *Hom* 2 indicem 𝔉 eo *Hom*𝔐 quo *cet.* 5 litt.] scripturarum ς in] nos in ς 6 ergo uarro 𝔉𝔐 itaque uarro 𝔋 uarro ergo 𝔑 7 Romani—*p. 255, 9* exploditur] et cum enumerasset per singula corpora (corp. *om.* ς) omnia, quae Varro scripsit, addit (addidit 𝔋𝔑) post haec *Ruf* ς AOTIOCTOPICON ℭ𝔇𝔈 AOTTIOCPICON 𝔉 10 saeculi *Hom* 11 actionibus] actibus 𝔉 actis] actibus *Ritschl* 16 *pr.* ex *om.* 𝔉 XLII] *sed cf. lin. 6* VIIII] IIII 𝔉 (or) ἐπιτομὴν ex imaginum—libros VIIII ℭ𝔈 epitomen de lingua latina ex libris XV epitomen ex imaginum libris XV libros IIII (or) libros nouē 𝔉 epitomen de lingua latina ex libris XV libros VIIII 𝔇 17 XV] *sed cf. lin. 8* 18 VIIII] IX 𝔉 19 ualitudine 𝔇𝔉 sua uita *Ritschl* suauitate *Hom* 20 *pr.* libros III *bis* 𝔉 21 satir. 𝔉 satyr. *cet.* menypparum 𝔇 menipparum *cet.* 22 seudo tragoediarum 𝔉 tragoediarum 𝔇 23 satyrarum 𝔇𝔈

gum est. uix medium descripsi indicem et legentibus fastidium est.

3. At e contrario nostra saecula habent homines eruditos sciuntque, pisces in quo gurgite nati sint, quae concha in quo litore creuerit. de turdorum saliuis non ambigimus, Paxamus et Apicius semper in manibus, oculi ad hereditates, sensus ad patinas et, si quis de philosophis uel de Christianis, qui uere philosophi sunt, trito pallio et sordida tunica lectioni uacauerit, quasi uesanus exploditur.

4. Quorsum Varronis et Chalcenteri mentio facta sit, quaeritis? uidelicet, ut ad Adamantium nostrum nostrumque Chalcenterum ueniamus, qui tanto in sanctarum scripturarum commentariis sudore laborauit, ut iuste adamantis nomen acceperit. uultis nosse, quanta ingenii sui reliquerit monimenta? sequens titulus ostendet: scripsit In Genesim libros XIII, 2 Mistarum omeliarum libros II, In Exodum excerpta, In Leuiticum excerpta, Stromatum libros X, In Isaiam libros XXXVI, item In Isaiam excerpta, In Osee de Effraim librum I, In Osee commentarium, In Iohel libros II, In Amos libros VI, In Ionam librum I, In Micheam libros III, In Naum libros II, In Abacuc libros III, In Sophoniam libros II, In Aggeum librum I, In principio Zachariae libros II, In Malachiam libros II, In Hiezechiel libros XXVIIII, Excerpta in Psalmos a primo

1 inuicem *Hom* 3 contraria ℭ,𝔈 (*corr.*) 4 sunt *Hom* 5 littore *Hom* turbarum *Hom* 8 uere] ue 𝔉 10 quorsum *Hom*ς quo rursum *Ruf* calcenteri *Hom*𝔊𝔑 11 nostr. ad. ℭ𝔇𝔈 nostr. amantium 𝔉 adamantium 𝔐𝔒 calcenterum ℭ𝔈𝔉𝔐𝔑 calcenterium 𝔇 12 tanto] tanto studio ς sacrarum 𝔇𝔉 13 comment. *om. Ruf* labore sudauit *Ruf* adamantii 𝔐 14 noscere 𝔐𝔑 monumenta 𝔍𝔐𝔒 15 ostendit *Ruf* genesi *Hom*𝔐 XIIII *Hom* 16 mistarum (*id est* mixtarum) 𝔊ℌ𝔍𝔎𝔏 istarum 𝔐𝔑 locarum ℭ𝔈 localium 𝔇𝔉 mysticarum ς, *om.* 𝔒 moralium *Redepenning* exegeticarum? *Klostermann* libri duo 𝔊𝔍𝔐,ℌ𝔏*a.c.* II libri 𝔒 exodo 𝔊𝔐𝔑𝔒 in] III 𝔇 leuitico *Ruf* 17 stromatum—*p. 256, 18* tomos V] et post multa *Ruf* ysaiam 𝔇𝔉 18 ysaiam 𝔉 ephraim 𝔉 I] unum 𝔉 21 abacuc 𝔇 abacuch ℭ𝔈 abbacuc 𝔉 23 hiezechiel 𝔉 iezechiele ℭ𝔈 iezechiel 𝔇 XXV. IIII. 𝔇 XXIX ℭ𝔈𝔉 (*de numero cf. Klostermann*)

3 usque ad quintum decimum; rursum In Psalmo primo librum I, In secundo librum I, In tertio librum I, In quarto librum I, In quinto librum I, In VI° librum I, In VII° librum I, In VIII° librum I, In VIIII° librum I, In X° librum I, In XI° librum I, In XII° librum I, In XIII° librum I, In XIIII° librum I, In XV° librum I, In XVI° librum I, In XX° librum I, In XXIIII° librum I, In XXVIIII° librum I, In XXXVIII° librum I, In XL° librum I, In XLIII° libros II, In XLIIII° libros III, In XLV° librum I. In XLVI° librum I, In L° libros II, In LI° librum I, In LII° librum I, In LIII° librum I, In LVII° librum I, In LVIII° librum I, In LVIIII° librum I, In LXII° librum I, In LXIII° librum I, In LXIIII° librum I, In LXV° librum I, In LXVIII° librum I, In LXX° librum I, In LXXI° librum I, In principio LXX^mi II^di librum I, In CIII°
4 libros II; In Prouerbia libros III, In Ecclesiasten excerpta, In Canticum Canticorum libros X et alios tomos II, quos super scripsit in adulescentia, In Lamentationes Hieremiae tomos V, item Monobibla, Periarchon libros IIII, De resurrectione libros II et alios De resurrectione dialogos II, De Prouerbiorum quibusdam quaestionibus librum I, Dialogum
5 aduersus Candidum Valentinianum, De martyrio librum; de nouo testamento: In Matheum libros XXV, In Iohannem libros XXXII, In partes quasdam Iohannis excerptorum librum I, In Lucam

1 quintum decimum ℭ𝔇𝔈 XV 𝔉 uicesimum quintum *Redepenning* primo] I 𝔇 2 tertio] III 𝔇 3 *numeros uocabulis exprimit a psalmo sexto usque ad duodecimum* 𝔇, *a psalmo sexto usque ad quadragesimum* 𝔉 *tert.* I *om.* ℭ 6 *pr.* I *om.* ℭ 8 libri 𝔇 9 libri 𝔇 quinquagesimo ℭ 10 libri 𝔇 *pr.* librum] liber 𝔉 11 LVIII] XVIII 𝔇 16 thomos *codd.* duos 𝔈 17 superscripsit *codd.* insuper scripsit *Ritschl* iheremiae 𝔇 ieremiae ℭ𝔈 18 thomos *codd.* item inquit monobibla (monobilia 𝔑 monobiblia ς) *Ruf* rursum *Hom* periarcon 𝔇 Περὶ Ἀρχῶν ς libri 𝔊𝔍𝔐,ℌ𝔏*a.c.* quatuor 𝔎𝔐𝔑𝔒 de resurrectione libros II *om.* 𝔐 19 libri 𝔊𝔍,ℌ𝔏*a.c.* II *Hom*𝔈 duo 𝔍,ℌ𝔏*a.c.* duos 𝔎𝔑𝔒,ℌ𝔏*p.c.* dyalogos 𝔒 duos *Ruf* De Prouerbiorum—*p. 259, 2* operum suorum libri II] et cum enumerasset omnia (omnia enumerasset 𝔐) eius opuscula secundum indiculi fidem, addit (addidit 𝔑) et dicit *Ruf* 21 martirio ℭ𝔈

libros XV, In epistulam Pauli apostoli ad Romanos libros XV, In epistulam ad Galatas libros XV, In epistulam ad Ephesios libros III, In epistulam ad Philippenses librum I, In epistulam ad Colossenses libros II, In epistula ad Thessalonicenses I^a libros III, In epistula ad Thessalonicenses II^a librum I, In epistula ad Titum librum I, In epistula ad Philemonem librum I; rursus omeliarum in uetus testamentum: In Genesi 6
omeliae XVII, In Exodo omeliae VIII, In Leuitico omeliae XI, In Numeris omeliae XXVIII, In Deuteronomio omeliae XIII, In Iesu Naue omeliae XXVI, In libro Iudicum omeliae VIIII, De pascha omeliae VIII, In primo Regnorum libro omeliae IIII, In Iob omeliae XXII, In Paroemias omeliae VII, In Ecclesiasten omeliae VIII, In Cantico Canticorum omeliae II, In Isaiam omeliae XXXII, In Hieremiam omeliae XIIII, In Hiezechiel omeliae XII; de Psalmis: In Psalmo III° omelia I, 7
In IIII° omelia I, In VIII° omelia I, In XII° omelia I, In XIII° omelia I, In XV° omeliae III, In XVI° omelia I, In XVIII° omelia I, In XXII° omelia I, In XXIII° omelia I, In XXIIII° omelia I, In XXV° omelia I, In XXVI° omelia I, In XXVII° omelia I, In XXXVI° omeliae V, In XXXVII° omeliae II, In XXXVIII° omeliae II, In XXXVIIII° omeliae II, In XLVIIII° omelia I, In LI° omelia I, In LII° omeliae II, In LIIII° omelia I, In LXVII° omeliae VII, In LXXI° omeliae II, In LXXII° omeliae III, In LXXIII° omeliae III, In LXXIIII° omelia I, In LXXV° omelia I, In LXXVI° omeliae III, In LXXVII° omeliae VIIII, In LXXVIIII° omeliae IIII, In LXXX° omeliae II, In LXXXI° omelia I, In LXXXII° omeliae III,

2 galathas *codd.* *alt.* XV] *nimis grandem et cum antecedente congruentem numerum in suspicionem uocat Engelbrecht* 4 colosenses *codd.* 5 I^a *om.* 𝔇𝔉 in ep.—libr. I *om.* 𝔇 7 genesӯ 𝔇 12 IIII] *adnot. in mg.* r[s] I ℭ 14 ysaiam 𝔉 XXXII] *adnot. in mg.* r[s] IX ℭ hieremia 𝔉 iheremiã 𝔇 ieremiam ℭ𝔈 XIIII] XXIIII 𝔇 15 hiezechiel 𝔉 ihezechiel 𝔇 iezęchiel ℭ𝔈 *alt.* in] et in 𝔉 18 octauo decimo 𝔉 I *om.* 𝔇 22 *pr.* I *om.* 𝔇 *alt.* I] una 𝔉, *om.* 𝔇 23 II] due 𝔉, *om.* 𝔇 24 *alt.* III] *add.* in LXXIII omeliae tres 𝔉

In LXXXIII° omelia I, In LXXXIIII° omeliae II, In LXXXV°
omelia I, In LXXXVII° omelia I, In CVIII° omelia I, In
CX° omelia I, In CXVIII° omeliae III, In CXX° omelia I,
In CXXI° omeliae II, In CXXII° omeliae II, In CXXIII°
omeliae II, In CXXIIII° omeliae II, In CXXV° omelia I, In
CXXVII° omelia I, In CXXVIII° omelia I, In CXXVIIII°
omelia I, In CXXXI omelia I, In CXXXII omeliae II, In CXXXIII°
omeliae II, In CXXXIIII° omeliae II, In CXXXV° omeliae IIII, In
CXXXVII° omeliae II, In CXXXVIII° omeliae IIII, In CXXXVIIII°
omeliae II, In CXLIIII° omeliae III, In CXLV° omelia I, In
CXLVI° omelia I, In CXLVII° omelia I, In CXLVIIII° ome-
8 lia I, Excerpta in totum psalterium; omeliae in nouum testa-
mentum: In euangelium κατὰ Ματϑαῖον omeliae XXV, In euan-
gelium κατὰ Λουκᾶν omeliae XXXVIIII, In Actus apostolorum
omeliae XVII, In epistula ad Corinthios II^a^ omeliae XI, In
epistula ad Thessalonicenses omeliae II, In epistula ad Galatas
omeliae VII, In epistula ad Titum omelia I, In epistula ad
9 Hebraeos omeliae XVIII; De pace omelia I, Exhortatoria ad
Pioniam, De ieiunio, De monogamis et trigamis omeliae II,
In Tarso omeliae II, Origenis, Firmiani et Gregorii, item Ex-
cerpta Origenis et diuersarum ad eum epistularum libri II
— epistula † esifodorum super causa Origenis in libro II° —.

3 CXXVIII ℭ (*corr.*) omelia I, In CXXI° *om.* 𝔇 4 CXXI] CXX ℭ CXXIII] CXXXIII (*corr.* 𝔇) *codd.* 5 CXXIIII] CXXXIIII (*corr.* 𝔇) *codd.* CXXV] CXXXV ℭ𝔈 (*corr.*) 9 CXXXXVIIII] CXXXIX 𝔉 11 CXLVIIII] CXLI 𝔉 12 excerpta] incta 𝔉 13 In euangelium κατὰ Ματϑαῖον *scripsi* KATA (cata ℭ) MAΘHYM euangelium ℭ𝔇𝔉 euglon cata matheum 𝔈 in euglon KATA ΛYKAN (*s. l.* cata lucam) 𝔈 14 κατὰ] kata ℭ 15 XVII] X et VII 𝔇 chorinth. 𝔉 II^a^] secunda ℭ𝔈 16 galathas *codd.* 19 Pioniam] Pionium ***Ritschl*** Piorum ***Redepenning*** patientiam ***Klostermann*** 20 tharso *codd.* (Anti-) Tauro? ***Redepenning*** firmiani ℭ𝔈𝔉 frumani 𝔇 Firmiliani ***Redepenning*** Africani *uel* Fabiani ***Klostermann*** 21 libri II *om.* 𝔉 22 ep. ad Esifodorum (Cefisodorum?) ***Pitra*** ep. Cephisodori ***Ritschl*** epistulae sinodorum ***Klostermann***

Epistularum eius ad diuersos libri VIIII, Aliarum epistularum libri II, item Epistula pro apologia operum suorum libri II.

5. Videtisne et Graecos pariter et Latinos unius labore superatos? quis enim umquam tanta legere potuit, quanta ipse conscripsit? pro hoc sudore quid accepit praemii? damnatur a Demetrio episcopo; exceptis Palaestinae et Arabiae et Phoenices atque Achaiae sacerdotibus in damnationem eius consentit orbis; Roma ipsa contra hunc cogit senatum non propter dogmatum nouitatem, non propter heresim, ut nunc aduersum eum rabidi canes simulant, sed quia gloriam eloquentiae eius et scientiae ferre non poterant et illo dicente omnes muti putabantur.

6. Haec quare scripserim et ad pauperis lucernae igniculum cito, sed non cauto sermone dictauerim, potestis intellegere, si Epicuros et Aristippos cogitetis.

XXXIV.

AD MARCELLAM.

1. Beatus Pamphilus martyr, cuius uitam Eusebius Caesariensis episcopus tribus ferme uoluminibus explicauit, cum

2 item *Pitra* in *codd.* 3 pariter] quoque 𝔑 unius] huius ς 4 quis—15 cogitetis *om. Hom* potest 𝔐 5 pro] porro ς 7 Phoenices *scripsi* phoenicis ℌ𝔎𝔐𝔑𝔒 faenicis 𝔏 fenicis 𝔊ℑ damnatione 𝔐 8 orbis *scripsi* urbs *codd.* Roma] romana ς senatum cogit 𝔐 10 aduersus 𝔎𝔐 eum *om.* 𝔑 11 eius *om.* 𝔑 docente ℌ𝔎𝔏 13 hoc 𝔐 14 sed non cauto *om.* 𝔊ℌℑ𝔏𝔑 sermone sed non cauto 𝔎 15 epicaros 𝔑𝔒,ℌ𝔏 (*corr.*) aristippos 𝔎𝔐 aristippas *cet.*

A = Berolinensis lat. 17 s. IX.
Π = Turicensis Augiensis 49 s. IX.
D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.
B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

17 ad marcellam *AΠD* eiusdem de psalmo *B; Hieronymi nomen exhibent tituli in Π(B)* 18 cuius—episc.] *s. l. m2 A*

Demetrium Phalereum et Pisistratum in sacrae bibliothecae
studio uellet aequare imaginesque ingeniorum, quae uera
sunt et aeterna monumenta, toto orbe perquireret, tunc uel
maxime Origenis libros inpensius persecutus Caesariensi eccle-
siae dedicauit, [quam ex parte corruptam Acacius, dehinc Euzo-
ius, eiusdem ecclesiae sacerdotes, in membranis instaurare conati
2 sunt.] hic cum multa repperiret et inuentorum nobis indicem
derelinqueret, centesimi uicesimi sexti psalmi commentarium
et phe litterae tractatum ex eo, quod non inscripsit, confessus
est non repertum; non quod talis tantusque uir — Adaman-
tium dicimus — aliquid praeterierit, sed quod neglegentia
3 posteriorum ad nostram usque memoriam non durarit. hoc
ideo, ut, quia mihi de eodem psalmo proposuisti, qui esset
'panis doloris' in eo, quod dicitur: in uanum uobis est ante
lucem surgere, surgere, postquam sederitis, qui man-
ducatis panem doloris, ostenderem me de Origenis com-
mentariis, quid senserit, non habere.

2. Unde ad Hebraeum recurrens inueni pro 'pane doloris' scriptum esse 'leem aasabim', quod Aquila interpretatus est ἄρτον τῶν διαπονημάτων, id est 'panem elaborationum', Sym-

14 *Ps. 126, 2

1 demeritum *B* phalereum *A* falereum *cet.* et pisistratum *B* epysistratum *cet.* bibliotece *B* biblioticae *A* 3 monimenta *Πp.c.* 4 libro *B* prosecutus *ς* 5 ded.—eccl. *om. D* quam] quam ⟨bibliothecam⟩ *Klostermann; cum 7* hic *procul dubio ad Pamphilum referendum sit, uerba* 5 quam—7 conati sunt *seclusi (cf. Klostermann, act. acad. Berol. 1897, 856, 3)* acatius *AB* dehinc et *AΠ* 6 cognati (g *exp.*) *A* 7 hinc *AB* reperiret *D* repperit *B* reppererit *ς* 8 dereliquerit *B* uigesimi *ς* 9 et phe litterae] ut pariter *dubitanter Klostermann* phe] fe *AΠD, om. B* tractum *AD* etractum *Π* inscr.] sii (siis *m2*) scripsit *A* scripsit *B* 10 quo *ΠD* 11 quo *ΠD* 12 posterorum *B,Πp.r.* duraret *AD* 13 ideo dixi *ς* de eod. ps. mihi *ς* mihi *om. B* qui] quid *Ap.c.m2* 14 *alt.* in *om. ς* 15 *alt.* surgere (ἐγείρεσθαι *cod. Alex.*)] *om. B* surgite *Dp.c.m2* posquam *A* 16 ostendere *A* 18 hebrium (hebreum *m2*) *A* 19 esse] *ex* e *m2 A, om. ς* leem *B* lem *AΠ* lam *D* aasabrim *B* 20 APTONTѠN AIAΠOAATO(Ѡ *Π*)N *AΠD* APAMTONPOVIMATONAPЬONTCOENOЬNMATON *B* elaborantium *Π*

machus ἄρτον κακοπαθούμενον, quod exprimitur 'panem aerum-
nosum'. quinta editio et Theodotion. qui in ceteris cum septua-
ginta translatoribus facit, 'panem idolorum'. sexta πλάνης. id
est 'erroris'. nec mirandum de Aquila, si διαπονήματα pro 2
'idolis' ponat, cum opera manuum hominis sint et prophetice
populus arguatur ad templum diluculo frustra consurgere et
post quietem ad sanctuarium festinare, cum idola dei honore
uenerentur, secundum quod Ezechihel scripsit in ipso templo
sacrificare idolis sacerdotes. ut autem plenius adducaris pro 3
'dolore' in Hebraeo 'idola' posita, hoc ipsum uerbum, hoc est
'aasabim', etiam in centesimo tertio decimo psalmo scriptum Sep-
tuaginta quoque 'idola' transtulerunt. nam in eo loco, ubi legimus:
idola gentium argentum et aurum, opera manuum
hominum, in Hebraeo habet 'asabeem', quod Aquila inter-
pretatur 'elaborationes eorum'. unde, cum ita se ueritas habeat, 4
frustra quidam doloris panem aut hereticorum intellegunt sacra-
menta aut uitae istius miserabilis et aerumnosae interpretantur
laborem, apud quam in sudore faciei comedimus panem nostrum
interque spinas et tribulos breuis uitae alimenta nascuntur.
3. Illud quoque de eodem psalmo interrogare dignata es,
qui sint filii excussorum. miror te in Hilarii commentariis
non legisse excussorum filios credentium populos interpretari,

8 cf. Ezech. 8, 11 13 *Ps. 113, 12 18 cf. Gen. 3, 18—19
21 Ps. 126, 4 cf. Hilarius, tract. in psalm. CXXVI 19 (CSEL XXII 626)

1 ΚΑΚΑΠΑΤΟΥΜΕΝΟΝ *ΠD* ΚΑΠΑΤΟΥΜΕΝΟΝ *A* ΚΑΚΝΑΤΟΥΜΕΝΟΝ *B* exponitur *ς* 2 theodocio *B* 3 translationibus *A* idolorum] dolorum *B* ΠΛΑΝΝC *AB* 4 terroris *B* mir. est *ς* διαπονήματα *uarie scriptum in codd.* 7 idola *om. B* 8 quod et *Π* ezechiel *AΠ* iezechiel *B* scribit *B* 11 aasabbaym *B* asabim *cet.* dec. tert. *ς* scriptum *B* scriptum est *cet.* 12 nam et *ς* 14 habetur *ς* asebbeem *B* 15 elaborationes *B* -nis *cet.* se uer.] se *B* uer. se *ς* 16 non frustra *ς* quidam *Π* quidem *cet.* 17 interpretatur *D* 18 commedimus *A* 19 inter quae *Π* et inter *ς̇* elimenta (elementa *m2*) *A* 20 quoque] quod *add. m2 A* quoque quia *B* 21 excusorum *A* hylarii *A* 22 excusorum *A*

quod uidelicet apostolos illo nomine putauerit appellatos, quibus in euangeliis sit praeceptum, in quamcumque ciuitatem introierint et non fuerint recepti, excutere puluerem pedum suorum in testimonium non credentium, licet tu argute praecaueris non posse apostolos sub nomine excussorum intellegi, cum aliud sit excutientium, aliud excussorum, quia excutientes sint, qui excutiant, excussi uero ab aliis excutiantur, et incongruum esse excussos apostolos accipi, qui magis excutientes
2 debuerint appellari. quid igitur faciam? tantum uirum et suis temporibus disertissimum reprehendere non audeo, qui et confessionis suae merito et uitae industria et eloquentiae claritate, ubicumque Romanum nomen est, praedicatur; nisi quod non eius culpae adscribendum est, qui Hebraei sermonis ignarus fuit, Graecarum quoque litterarum quandam aurulam ceperat, sed Heliodori presbyteri, quo ille familiariter usus ea, quae intellegere non poterat, quomodo ab Origene essent dicta, quaerebat. qui, quia in hoc psalmo commentarium Origenis inuenire non potuit, opinionem magis insinuare suam quam inscientiam uoluit confiteri, quam ille sumptam claro sermone disseruit et alienum errorem disertius exsecutus est.

4. Restat igitur, ut rursum ad fontem sermonis recurramus Hebraei et uideamus, quomodo scriptum sit. ubi nos habemus sic filii excussorum, ibi legitur ‘chen bne annaurim’, quod Aquila interpretatus est ‘sic filii pubertatum, Symmachus

2 cf. Matth. 10, 14 etc. 23 *Ps. 126, 4

1 scilicet *ς* 2 quacumque *A* ciuitatum *Ap.c.* 3 puluere *Aa.c.m2* 5 excusorum *ADa.c.m2* 6 sit aliud *ς* *pr.* alius *Aa.c.m2* excusorum *A* 7 sunt *ς* uero qui *ς* congruum *Ba.c.* 8 apostolus *A* accepi *D* accepit *Aa.c.m2* 9 temp. suis *ς* 10 dissertissimum (*Π corr.*) *codd.* 11 *alt.* et *om.* *B* 14 aurulam *B* auram *cet.* caeperat *A* coeperat *Πp.c.* 15 heliodori *B* eliodori *cet.* quod *Aa.r.* usus est *ς* 16 origine *Aa.c.m2,D,B* (*corr.*) 17 qui *om.* *A* originis *Aa.c.m2* 18 oppinione (oppinionē *m2*) *A* suum *Aa.c.m2* 19 inscitiam *B,Πp.r.* 20 dissertius *AD,ΠB* (*corr.*) exsecutus *B* excusatus *cet.* 23 sic *B* sicut *cet.* chen *B* cen *cet.* bne] bn *Π* 24 sic *B* sicut *cet.*

et Theodotion sic filii iuuentutis, sexta ἠκονημένοι, quod
nos dicere possumus exacuti sensus. ex quo manifestum est 2
adulescentiae populos intellegi Christianos secundum illud
exemplum, quo deus sanctos suos in modum arcus et sagit-
tarum dicatur extendere, ut in propheta Zacharia: quoniam
extendi te mihi, Iuda, ut arcum, et saluator de semet ipso:
posuit me sicut sagittam electam et in pharetra sua
abscondit me. denique in sequenti uersu exceptis Septuaginta, 3
qui aliter transtulerunt, et in Hebraeo et in cunctis editionibus
ita repperi: beatus uir, qui repleuerit pharetram suam
ex ipsis, ut, quia metaphoram semel sumpserat ex sagittis,
et in pharetra quoque translatio seruaretur. 'excussos' autem et 4
consuetudo sermonis humani 'uegetos' et 'robustos' et 'expe-
ditos' uocat et ipsi septuaginta interpretes in Esdrae libro
pro 'iuuenibus' transtulerunt, in quo ita scribitur: et factum
est ex die illa, medii excussorum faciebant opus et
medii eorum habebant hastas et scuta et arcus et
thoracas et principes post omnem domum Iuda aedi-
ficantium in muro. ex quo animaduertimus et in praesenti 5
loco pro adulescentibus atque puberibus 'excussos' positos,
non, ut ille opinatus est, pro apostolis, qui excussi a pedum
excussione dicantur. legi et cuiusdam librum et elegantem in 6
eo sensum repperi, 'excussos' Iudaeos dici a templo et lege et

5 *Zach. 9, 13 7 *Esai. 49, 2 10 *Ps. 126, 5 15 *II Esr. 4, 16—17

1 teodocion *B* theodotio *Π* theodothio *A* teudotio *D* sic] sicut *Π* ἠκονημένοι *scripsi* EKONHOCNOI *AΠ* EKON ⳩ (= enim) OCNOI *D* NKONHMENI *B* quod nos *om. B* 2 sens. ex quo] sensusque *B* manifestus *B* est *om. D* 4 quo *A* quod *cet.* suos sanct. *ς* arcus et *B*, *om. cet.* 5 zach. proph. *Π* 6 ext. te] extendit *B* 9 qui aliter *B* qualiter *ΠD,A* (equaliter *m2*) *pr.* et *om. A* 10 repleuit *ς* 11 ut] utique *B* 12 seru.] estimaretur *B* 13 uegitos *AD* expeditor *D* expiditor *A* 14 ipsos *B* esdrae (s *in ras. m2*) *A* ezrae *B* 15 scribetur *AD* scriptum est *B* 16 medii *ex* dii *Π* 17 astas *AB* 18 toracas *B* thorocas *ΠD* torochas (h *del. m2*) *A* thoraces *ς* 20 loco *ex* locum *m2 A* 21 ut ille] utile *B* oppinatus *AD* excusi *Aa.c.m2* a] ad *A*, *om. D* 22 in *om. A* 23 sensum (m *exp.*) *A* excusos *Aa.c.m2*

gratia domini pro eo, quod est 'reprobos': eorum esse filios apostolos, qui ex ipsorum semine procreentur et in similitudinem sagittarum manu domini contineantur.

5. In sequenti quoque psalmo Heliodorus magis quam Hilarius noster errauit, qui de eo loco, in quo scriptum est: labores fructuum tuorum manducabis, uaria opinatus adseruit magis stare sententiam, si scribatur 'fructus laborum' aliquem manducare et non 'labores fructuum'; unde spiritalem
2 intellegentiam debere perquiri. et ex hac occasione in longam egrediens disputationem tanta operositate, quod uolebat intellegi, usus est persuadendi, quanta semper falsitas indiget, ut uera uideatur, cum in hoc loco non septuaginta interpretes, sed Latini de Graeci uerbi ambiguitate decepti καρποὺς 'fructus' magis quam 'manus' interpretati sunt, cum καρποὶ 'manus' quoque dicantur, quod in Hebraeo ponitur 'chaffach', et Symmachus quintaque editio transtulerunt 'manuum tuarum', ut ambiguitatem prioris sermonis effugerent.

6. Cum haec furtiuis, ut aiunt, operis ad lucubratiunculam uelox notarii manus me dictante signaret et plura dicere cogitarem, iam ferme quarta noctis hora excesserat et repente stimulis quibusdam dolentis stomachi suscitatus in orationem prorui, ut saltim reliquo horarum spatio subrepente somno frustraretur infirmitas.

6 *Ps. 127, 2

1 est] et *A* reprobus *AD,Πa.c.* et eorum *B* 3 manum *A* 4 nost. Hil. ς hylarius *A* ilarius *B* 6 fructum *AD* oppinatus *ΠD* oppinatur *A* 7 cribatur *ABa.c.* labor *Aa.c.m2* 8 manducarem *Aa.r.* fructum *D* 9 deberi *A* in longam *B*, *om. cet.* longam ς 10 ingrediens ς tantā *Ap.c.m2* 12 uid. uera *B* 13 de *eras. A* graeci *B* graeco *cet.* 14 sint ς cum καρποὶ *uarie scriptum in codd.* 15 dicatur *A* cnaffacn *A* caphach *B* 16 transtulerint *Π* 17 priori *D,Aa.c.m2* superiori *B* effugerunt *Aa.c.m2* effugerint *ΠD* 18 furtiuis *B* furtiui *cet.* operibus *B* 19 uelox] uel ex *m2 A* me dictante *ex* meditante *B* agitarem *D* 20 hora noctis *B* 21 suscitatur *D* 22 prorui *B* proripui *AD,Π* (*in mg.* al prorui *m2*), prorupi ς relinquo (n *exp.*) *B* reliqua *cet.* spatia *Π* spatium *A* subripiente *Π* 23 frustretur *Π* frustetur *AD*

XXXV.

EPISTULA DAMASI AD HIERONYMUM.

Dilectissimo filio Hieronymo Damasus.

1. Dormientem te et longo iam tempore legentem potius
quam scribentem quaestiunculis ad te missis excitare disposui,
non quo et legere non debeas — hoc enim ueluti cotidiano cibo
alitur et pinguescit oratio —, sed quo lectionis fructus sit iste,
si scribas. itaque, quoniam et heri tabellario ad me remisso 2
nullas te iam epistulas habere dixisti exceptis his, quas in
heremo aliquando dictaueras quasque tota auiditate legi atque
descripsi, et ultro pollicitus es te furtiuis noctium operis
aliqua, si uellem, posse dictare, libenter accipio ab offerente,
quod rogare uolueram, si negasses. neque uero ullam puto
digniorem disputationis nostrae confabulationem fore, quam
si de scripturis inter nos sermocinemur, id est, ut ego interrogem, tu respondeas. qua uita nihil in hac luce puto iocun- 3
dius, quo animae pabulo omnia mella superantur. quam dul-

17 *Ps. 118, 103

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
F = *Veronensis XVI. 14 s. IX.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
q = *Monacensis lat. 14500 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 epistola papae damasi ad hieronimum praesbiterum *A* damasi papae (papae *om.* q) ad hieronimum *FJ*q in nomine trino diuino incipit episla pape damasi ad hieronimum presbiterum *D* damasus iheronimo *B* 3 Dilectissimo—Damasus *om. AD* hi(ih-*B*)eronimo *FJB* Dilect.—*p. 266, 14* disputantis *om.* q 4 longuo *B* 6 quod *D* et] e *Fa.c.m2* uelut *F* (*ex* uel *m2*), *J* cottidiano *FJD* cibo *s. l. D* 7 alitor *Ja.c.* aliter *Fa.c.m2* aliter (*del.*) alitur *B* pinguiscet *Fa.c.m2,J* quod *B* 8 et *s. l. B* here *Aa.c.* heri ri (*alt.* ri *exp.*) *F* eri *B* tab.] a tabellario *Ap.c.* 9 al. in her. *AD* 11 ultro] quia *D* furtiui *D* fructiuis *A* operibus *Ap.c.m2,B* 12 aliquas *AD* uelle (uelles *m2*) *F* 13 si *AD* etiam si *cet.* 15 script.] *add.* aliquid *B* serm. int. nos *AD* ego] et ego *AD* 16 tu] et tu *B* quia *FJ* (i *eras.*) puto in hac luce *AD* iucundius *Fp.c.m2*

cia, inquit propheta, gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo. nam cum idcirco, ut ait praecipuus orator, homines bestiis differamus, quod loqui possumus, qua laude dignus est, qui in ea re ceteros superat, in qua homines bestias antecellunt?

2. Accingere igitur et mihi, quae subiecta sunt, dissere seruans utrobique moderamen, ut nec proposita solutionem desiderent nec epistulae breuitatem. fateor quippe tibi, eos, quos mihi iam pridem Lactantii dederas libros, ideo non libenter lego, quia et plurimae epistulae eius usque ad mille uersuum spatia tenduntur et raro de nostro dogmate disputant; quo fit, ut et legenti fastidium generet longitudo et, si qua breuia sunt, scolasticis magis sint apta quam nobis de metris et regionum situ et philosophis disputantis.

2 Quid sibi uult, quod in Genesi scriptum est: omnis, qui occiderit Cain, septem uindictas exsoluet?

3 Si omnia deus fecit bona ualde, quare Noe de mundis et inmundis animalibus praecepit, cum inmundum bonum esse nihil possit et in nouo testamento post uisionem, quae Petro

2 cf. Cic. de orat. I 32 sq. 15 *Gen. 4, 15 17 cf. Gen. 1, 31 cf. Gen. 7, 2

1 guttori *AF* mel] *add.* et fauum *FJ* 2 meo] *add.* exemplum cuiusdam oratoris *B* cum] et *J*, *om. F* arator *Aa.c.m2* 3 bestiis] a bestiis *Fp.c.m2B* differamur *FJ* laude] *add.* ille *FJ* 4 qua] quo *FJ* 6 subiuncta *FJ* edissere *Bp.c.m2* disserere *F* (*alt.* re *exp.*), *J* 7 utrubique *Fa.c.*,*J* utroque (*corr.*) *B* utrumque *AD* propositā *F* 8 epistula *J* breu.] *add.* excedant *B* eos] *add.* libros *FB*, *add.* liberos (e *eras.*) *J* 9 lactanti *Fp.r.J* lectitanti *Aa.c.m2D* lectitandos (*in ras. m2*) *B* dederis *Ba.c.m2* libros *om. FJB* 10 eius] *eras. B* huius ς usque] neque *D* spatia uersuum *F* spatiaduersuum (d *eras.*) *A* 11 disputat *Fa.c.m2Ap.c.J* 12 quo—legenti] quos autem legat *D* legendi ς geret *Fa.c.* 13 scholasticis *J* magi *Ja.c.* metris] mundi *D* 14 phil. et reg. situ *FJ* philosophiis *Ap.c.m2* disputantis *scripsi* disputandis *A* (disputanti *m2*), *D* disputantes *FJ* disputando (*in ras. m2*) *B* disputantia *uel* disputantibus ς 15 Quid] *Δ* quid *AD* 16 exsoluit q 17 Si] IN si *ADB*, *cf. not. ad p. 267, 5. 10. 12* facit *D* Noe] ad noe (noę *B*) *FJB* de noe q 18 praecipit *Fa.c.m2* nihil esse bonum possit (poss. bon. *D*) *AD*

fuerat ostensa dicenti: absit, domine, quoniam commune et inmundum numquam introiuit in os meum, uox de caelo responderit: quod deus mundauit, tu ne commune dixeris?

Cur deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie 4
filii Israhel essent de Aegypto reuersuri, et postea Moyses scribit: quinta autem progenie exierunt filii Israhel de terra Aegypti? quod utique nisi exponatur, uidetur esse contrarium.

Cur Abraham fidei suae signum in circumcisione susce- 5
pit?

Cur Isaac, uir iustus et deo carus, non illi, cui uoluit, 6
sed, cui noluit, deceptus errore benedixit?

1 *Act. 10, 14 3 *Act. 10, 15 5 cf. Gen. 15, 16 7 *Ex. 13, 18 10 cf. Gen. 17, 10—14 et 23—27 12 cf. Gen. c. 27

1 abs. dom.] *post* abs. *in mg. add.* a me *Bm2* abs. dom. a me *AD* quoniam *om. FJ* communē *Fa.r.* 2 introibit *D* intrauit q 3 mundauerit *F* (er *exp.*), *J* ne commune] commune ne *D* communem *J* 5, 10 *et* 12 *ante* Cur *add.* IN̄ (= interrogatio) *ADB* abraam *Fa.c.* 6 fili *F* filiis (s *eras.*) *B* israhel *AD* israel *cet.* 7 autem] a (*eras.*) q exierint *D* israhel *AD* israel *cet.* 8 nisi *om.* q exponat *D* 10 sui *Fa c.m2J* circumcisionem *J* 12 isahac *B* illi] *add.* licuit *AD* 13 uoluit *Aa.c.m2*

XXXVI.

AD DAMASUM.

Beatissimo papae Damaso Hieronymus.

1. Postquam epistulam tuae sanctitatis accepi, confestim accito notario, ut exciperet, imperaui; quo ad officium praeparato, quod eram uoce prompturus, ante mihi cogitatione pingebam. interim iam et ego linguam et ille articulum mouebamus, cum subito Hebraeus interuenit deferens non pauca
2 uolumina, quae de synagoga quasi lecturus acceperat. et ilico ʻhabesʼ, inquit, ʻquod postulauerasʼ meque dubium et, quid facerem, nescientem ita festinus exterruit, ut omnibus praetermissis ad scribendum transuolarem; quod quidem usque ad
3 praesens facio. uerum, quia heri diacono ad me misso, ut tu putas, epistulam, ut ego sentio, commentarium te expectare dixisti breuem responsionem ad ea desiderans, quae singula magnorum uoluminum indigent, ταῦτά σοι ἐσχεδίασα duabus tantum quaestiunculis praetermissis, non quo non potuerim et ad illas aliquid respondere, sed quod ab eloquentissimis

𝔴 = *Sangallensis 238 s. VIII.*
Ω = *Colmarensis 41 s. IX.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
q = *Monacensis lat. 14500 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad damasum 𝔴 q ad papam damasum de VII (octo *A*) uindictis (in *add. s. l. m2 A*) cain *AD* damaso iheronimus *B, titulo caret Ω; Hieronymi nomen exhibent tituli omnes* 3 Beat.—*p. 269, 18* exsoluet *om.* 𝔴q hi(ih- *B*)eronimus *codd.* 4 suscepi *B* 5 ut *s. l. m2 B* 6 cogitationi *Ω* 7 mouebamur *Aa.c.m2* 9 illico *A* 11 ita *om. Ω* 13 heri] *s. l. add.* te *Am2* a diacono *A* archidiacono *D* misso ad me *Ω* tu *om. AD* 14 ut] et ut *Bp.c.* 15 resp. breu. *Ω* desiderans] quae desideras adnectens *Ω* 16 indicant *Aa.c.m2D* indigent disputatione *Ω* prolixitate indigent *ς* TAYTACOIECXEΔIACA (*s. l. m2* haec tibi confestim dixi ł discussi) *A, uariant cet.* 17 quod *Dp.c.Ω* 18 et *om. ς* ab] et ab *ΩB*

uiris, Tertulliano nostro scilicet et Nouatiano, Latino sermone sint editae et, si noua uoluerimus adferre, sit latius disputandum. certe expecto, quid placeat: utrumne epistolari breuitate 4 sententias tibi uelis digeri aut singulorum libros confici. nam et Origenes in quarto Pauli ad Romanos ἐξηγητικῶν tomo de circumcisione magnifice disputauit et de mundis atque inmundis animalibus in Leuitico plura disseruit, ut, si ipse inuenire nihil possem, de eius tamen fontibus mutuarem. et ut uerius loquar, Didymi de spiritu sancto librum in manibus habeo, quem translatum tibi cupio dedicare, ne me aestimes tantummodo dormitare, qui lectionem sine stilo somnum putas. ante- 5 latis itaque problematibus, quae epistulae tuae subieceras, quid mihi uideretur, adnexui ueniam postulans et festinationis pariter et morarum: festinationis, quia ad unam lucubratiunculam dictare uolui rem dierum; tarditatis, quia alio opere detentus non statim ad interrogata rescripsi.

2. *Quid sibi uult, quod in Genesi scriptum est: omnis, qui occiderit Cain, septem uindictas exsoluet?*

Antequam de quaestione dicamus, rectum uidetur, ut editiones interpretum singulorum cum ipso Hebraico digeramus, quo facilius sensus scripturae possit intellegi: uaiomer lo adonai lochen chol orec cain sobathaim ioccamo; Aquila: et dixit ei do-

17 cf. pag. 266, 15 *Gen. 4, 15

1 nostro *om.* *ΩD* scilicet *om.* *Ω* latine *B* 2 sunt *Ω* uł (*del.*) auferre (*del.*) afferre *B* 4 aut sing.] sing. an *Ω* 5 quarto] epła *B* ἐξηγητικῶν tomo] EZHTHNKWNThOMO *Ω* EΞETNITIKONTWMW *B* tomo *AD* ἐξηγήσεων tomo *ς* 7 ut] et *Ω* 8 possim *Ω* mutuare *A* mutuarer *D* et *om.* *AD* 9 dydimi *D* didimi *AB* 10 extimes *B* existimes *ς* 11 qui] quia *Ω* putas] *add., sed postea del.* ante missis questionibus *B* 13 pariter] partem *D* 14 qui *AD* 15 uolui rem *D* uoluerim *ΩA* uoluerim (*corr.* uolui) *B* dierum *AD* opus dixeř (x *eras.*) *B* multorum dierum opus *Ω.ς* (m. op. d.) quod *Ω* 16 stat. non *Ω* ad *ex* ab *A* 18 exsoluit *AD* 20 ebraico *B* hebreico 𝔴q hebreo *Ω* dig.] conferentes sermone dig. *Ω* 21 sens. sc.] *om.* *D* sc. sens. *ς* uaior merlo *Ω*q uaior mello 𝔴 uatomer yot *B* lachen 𝔴*Ω*q lacs *B* 22 chol oreg 𝔴*Ω*q coh looreg *B* chain *Ω* cam *B* sobathain (o *ex* a) 𝔴 sabathaim *Ω* sobothai *D* sabbata *B* ioc*camo *D* iocchamo *A* iokkamo *Ω*q ioh kamo 𝔴 torramo *B* dicit 𝔴q

minus: propterea omnis, qui occiderit Cain, septempliciter ulciscetur; Symmachus: et dixit ei dominus: non sic, sed omnis, qui occiderit Cain, ebdomatos siue septimus uindicabitur; Septuaginta et Theodotion: et dixit ei dominus: non sic, sed omnis, qui occiderit Cain,
2 septem uindictas exsoluet. postquam Cain occiderat fratrem, interrogatus a domino: ubi est Abel, frater tuus? contumeliose responderat: nescio: numquid custos fratris mei sum? quam ob rem maledictione damnatus, ut gemens et tremens uiueret super terram, noluit ueniam deprecari, sed peccatis peccata congeminans tantum putauit nefas, cui a domino non
3 posset ignosci. denique respondit ad dominum: maior causa mea, quam ut dimittar — id est: 'plus peccaui, quam ut merear absolui' —. ecce eicis me hodie a facie terrae et a facie tua abscondar et ero gemens et tremens super terram; et erit: omnis, qui inuenerit me, occidet me. 'eicior,' inquit, 'a conspectu tuo et conscientia sceleris lucem ipsam ferre non sustinens abscondar, ut latitem, eritque: omnis, qui inuenerit me, occidet me, dum ex tremore corporis et furiatae mentis agitatu eum esse intellegit, qui mereatur

2. 4 *Gen. 4, 15 7 *Gen. 4, 9 12 *Gen. 4, 13 14 *Gen. 4, 14

1 propt.] proplema 𝔴 occideret ς 2 ulciscitur 𝔴q ulcisceretur ς symachus *A* simachus 𝔴*D* simmacus *B* dicit 𝔴q non sic sed] propterea q proplemā (*sic*) 𝔴, *om. Ω* 3 hebdomatos *Vallarsi* ebdomatas q ebdomadas *cet.* siue] aut 𝔴Ωq 4 theodocion 𝔴 theodotio *ΩAD* teodocīo *B* dicit 𝔴q 5 ei dom.] dom. deus ei *Ω* sed *om. Ω* omnes 𝔴 6 in septem 𝔴 ex(s)oluit *AD* postquam] post (*seq. ras. 2 litt.*) q pro 𝔴 occ. cayn *B* cain qui occ. 𝔴q fratrem] *add.* et *B* 7 dom.] *add.* est *AD* cont.] tumel iose 𝔴 8 respondit ς custus 𝔴 9 quam] quemque 𝔴 ob] obl *D* 12 possit *ΩAD* agnosci 𝔴q (i *ex* e) ad dom.] domino *AD* causa mea est *AD* est iniquitas mea *B* mea causa est ς 13 quam] que 𝔴 demittatur 𝔴q quam] que 𝔴 14 hodie eicis me *B* odie 𝔴, *om. Ω* 16 occidit 𝔴Ωq eiciar q 17 consciencias 𝔴 18 ut *D* et *cet.* 19 *pr.* me *s. l.* q occidit *Ω* dum] nedum q nec (c *ras. ex* d) 𝔴 20 agitatū 𝔴 agitatum *ΩD* eum] meum q se *Ω*

interfici'. uerum deus nolens eum conpendio mortis finire cru- 4
ciatus nec tradens poenae, qua se ipse damnauerat, ait: non sic, id est: 'non, ut aestimas, morieris et mortem pro remedio accipies, uerum uiues usque ad septimam generationem et conscientiae tuae igne torqueberis ita, ut, quicumque te occiderit, secundum duplicem intellegentiam aut in septima generatione aut septimo te liberet cruciatu', non quod ipse, qui percusserit Cain, septem ultionibus subiciendus sit, sed quod septem uindictas, quae in Cain tanto tempore cucurrerunt, soluat interfector occidens eum, qui uitae fuerat derelictus ad poenam.

3. Ut autem, quod dicimus, manifestius fiat, cotidianae consuetudinis ponamus exemplum. loquatur inter uerbera seruus ad dominum: 'quia incendi domum tuam et uniuersam substantiam dissipaui, interfice me' dominusque respondeat: 'non, ut uis, morieris et finies morte supplicia; uerum longo tempore custodieris ad uitam et tam infeliciter in hac luce uersaberis, ut, quicumque te occiderit, beneficium praestet occiso, dum de tam multis te liberat cruciatibus'. et secundum Septuaginta quidem editionem hic nobis sensus uidetur.

4. De eo autem, quod Aquila posuit septempliciter et Symmachus ebdomatos siue septimus ulciscetur, maiorum

2 *Gen. 4, 15

1 dominus *B* conpendiose *A,Bp.c.m2,ΩD*(-ae) mortis fin.] mortificare 𝔴q cruciatu *Ω,Ap.c.* 2 pone (*corr.* poene) 𝔴 3 non] non ita *ΩB* extimas *B* pro remedio] prae (pre 𝔴) medio 𝔴q 4 uerum] *ex* ueruntamen *B* 6 aut] an 𝔴 7 aut] an 𝔴 septimo] magno 𝔴*Ω*q cruciatū q cruciato *Ω* quod] quo 𝔴q qui *om.* 𝔴q 8 perc.] occiderit *AD* quod] quo 𝔴*Ω*q 10 interfecto *Aa.c.m2D* in interfecto *Ω* derelictas q*a.c.* derelicas 𝔴 12 quae 𝔴 cottidianae 𝔴*ΩD* quottidiane *B* 13 ponemus *Ω* loquitur 𝔴*Ω*q 14 dominum *bis D* quia] que 𝔴 subst.] *add.* etiam *D*, *add.* tuam *ΩA* 16 ut] ita ut *Ω* ut tu *B* supplicio 𝔴q 17 tam *om.* 𝔴q 18 tibi praestet *Ω* 19 dum] *om.* 𝔴q, dum te *AD,B* (te *del.*) de] id ē 𝔴 tam *om.* 𝔴q te *om. AD* liberet *A*q*D* liberit 𝔴 20 quidem] *add.* interpretum *B* uidet q 21 quae 𝔴 simmachus 𝔴q simmacus *B* 22 hebdomatos *Vallarsi* ebdomadas *codd.*

nostrorum ista sententia est, quod putent in septima genera-
tione a Lamech interfectum Cain. Adam quippe genuit Cain.
Cain genuit Enoch, Enoch genuit Gaidad, Gaidad genuit Male-
leel, Maleleel genuit Mathusalam, Mathusalam genuit Lamech.
qui septimus ab Adam non sponte, sicuti in quodam Hebraeo
2 uolumine scribitur, interfecit Cain. et ipse postea confitetur:
quia uirum occidi in uulnere mihi et iuuenem in liuore
meo, quoniam septies uindicabitur de Cain, de Lamech
autem septuagies septies. et quidem de Cain, quod in
septima generatione interfectus sit et iuxta aliam expositionem
poenam sui sceleris dederit, nihil obscuri arbitror remansisse.

5. Nunc illud, quod non interrogaueras, dum aliud agimus,
inrepsit: quae sint septuaginta septem uindictae, quae in Lamech
exsoluendae sint. aiunt ab Adam usque ad Christum genera-
tiones septuaginta septem. relege Lucam euangelistam et inue-
2 nies ita esse, ut dicimus. sicuti ergo septima generatione Cain
peccatum est dissolutum — non uindicabit quippe bis dominus

3 cf. Gen. 4, 17—18 7 *Gen. 4, 23—24 15 cf. Luc. 3, 23—38

1 est sent. *Ω* quae 𝔴 putant *AD* VII *D* septem *A* generationes *A* 3 gaidad *bis Ω* caiddat *bis* 𝔴 cainan cainan *bis cet.* irad *bis ς* malaleel malelehel *Ω* melelehel *bis* 𝔴 malaleel *bis* q malalehel *bis cet.* mauiael *bis ς* 4 mathusalam *bis Ω* matusalam *bis AD,Bp.c.m2* matussalem matussalam *Ba.c.m2* mathusalē mathusala 𝔴 matusalem matusalam q 5 sicut *ΩB* ut *AD* quodam] quo dum q quod 𝔴 ebreo (*corr.* hebreo) uol. 𝔴 uol. ebreo *B* 6 interficit 𝔴 et] ut *A* 7 quia] que 𝔴 occidit (t *eras.*) 𝔴 uuln. mihi *Ω* uulneremus q uuln. meo (meo *m2 ex* nr̄o?) *B* uuln. meo *cet.* et *s. l. m2 B* 9 et] haec *A* hec *DB* hoc *ς* quod] que 𝔴 in] *om.* 𝔴q, *s. l. m2 B* 10 a lamech interf. *ς* exp.] editionem *ADB* 11 suis 𝔴*AD* sceleribus *AD* dederit] *add.* quod tot generationibus gemens et tremens uiueret super terram *ς* nihil] enim 𝔴 obscure *Ω* 12 nunc] de septuaginta VII uindictis lamec nunc *B* non 𝔴 quod] que 𝔴 non *eras. A* dum] dicit 𝔴 13 septuaginta et VII *B* LXXVII 𝔴q*D* *alt.* quae] quem *A* in *s. l. A* 15 LXX septem *B* LXX et VII *Ω* LXXVII *D* lege *AD* lucan *D* 16 dicimus] *ex* diximus *m2 Ω*; *add.* cayn peccatum solutum per penam notis *B* sicut *ADB* ergo] enim 𝔴q 17 uindicauit quippe 𝔴*Ω*q uindicabit *A* uindicauit *D* enim uindicabit *ς* dom. bis *B* deus bis (*ex* uis *D*) *A,D*

in id ipsum et, qui semel recepit mala sua in uita sua, non eosdem cruciatus patietur in morte, quos est passus in uita — ita et Lamech peccatum, id est totius mundi atque sanguinis, qui effusus est, Christi soluetur aduentu, qui tollit peccata mundi, qui lauit amictum suum in sanguine uuae et torcular calcauit solus, qui de Edom ad caelum rubicundus ascendens clamantibus angelis miraculum praebuit: leuate portas, principes, uestras, et introibit rex gloriae et cetera. referebat mihi quidam Hebraeus in apocrypho- 3
rum libris septuaginta et septem animas ex Lamech progenie repperiri, quae diluuio deletae sint, et in hoc numero de Lamech factam esse uindictam, quod genus ipsius usque ad cataclysmum perseuerarit.

6. Alii de septem uindictis Cain uaria suspicantur et primum eius adserunt fuisse peccatum, quod non recte diuiserit; secundum, quod inuiderit fratri; tertium, quod dolose egerit dicens: transeamus in campum; quartum, quod interfecerit; quintum, quod procaciter negauerit: nescio; numquid custos

4 cf. Ioh. 1, 29 5 cf. Esai. 63, 1—3 8 *Ps. 23, 7 et 9 17 *Gen. 4, 8 18 *Gen. 4, 9

1 id *om.* *Ω* recipit *B* *pr.* sua *om.* *ADB* 2 est] ē (*corr.* eē) 𝔴 3 et] et in 𝔴*p.c.*q in 𝔴*a.c.* totus *D* adque 𝔴 aquae (atquae *m2*) *B* et *Ω* 4 est *s. l.* q adu. solu. *Ω* solueretur adu. *AD* tulit 𝔴q*B* 5 peccatum mundi *B* mundi peccata *ς* suum *bis* (*alt. eras.*) 𝔴 in *om.* *ς* 6 edo *B* (*corr.*) asc. ad c. rub. *Ω* 7 et clam. *AD* 8 eleuate *ADB* principis 𝔴*Ω*q uestri *Ω* introiuit *AD* 9 refferebat *ΩB* ebreus *B* apocriforum *A*q*D*,*B* (*s. l. add.* se) apogrifforum 𝔴 apocrifis eorum *Ω* 10 septuaginta septem *A* LXXVII *D* 11 reperiri *B* repperi *D* quae] qui q et *om.* 𝔴 hec 𝔴 12 factum *D* esset 𝔴 quod] que 𝔴 13 cataclysmum aquae *Ω* cataclismum *cet.* perseuerarit *Ω* -rauerit *cet.* 14 alii] de VII uindictis cayn item alia expositio iuta (*sic*) quorundam opinionem alii *B* ·I· (*s. l.*) alii 𝔴 uindictas *Aa.c.m2* uria *Da.c.* uarias (s *eras.*) *A* et *om.* *AD* 15 quod] que 𝔴 II· secundus 𝔴 secundus q 16 *pr.* quod] que 𝔴 fratri suo *ς* III· tercium 𝔴 *alt.* quod] que 𝔴 egerit] aierit 𝔴 17 IIII· quartum 𝔴 quod] que 𝔴 interficerit *Aa.c.m2* interficecerit (*alt.* ce *eras.*) 𝔴 V· quintum 𝔴 18 quod] qui 𝔴 neg. dicens *ς* numquid—mei *om.* *Ω* custus 𝔴

fratris mei sum? sextum, quod se ipse damnauerit: maior culpa mea est, quam ut dimittar; septimum, quod nec damnatus egerit paenitentiam secundum Nineuitas et Ezechiam
2 regem Iudae, qui inminentem mortem lacrimis distulerunt. et dicunt illum a clementissimo deo ideo usque ad septimam generationem fuisse dilatum, ut saltim malis ipsis et longae uitae maerore conpulsus paenitentiam ageret et mereretur absolui.

7. Nonnulli septenarium numerum plenum et perfectum interpretantur de multis scripturarum locis testimonia contrahentes et hunc esse sensum, quem supra perstrinximus, quod, qui interfecerit Cain, ab ingenti eum et omnia supplicia transeunte liberet poena.

8. Sunt autem, qui et de euangelio interrogationem Petri replicent: domine, quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei? usque septies? dicit ei Iesus: non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. et putant mortem atque peccatum in septima progenie sabbatizasse, quando Enoch raptus est et non inueniebatur, quia transtulit illum deus. de septuaginta autem et septem

1 *Gen. 4, 13 3 cf. Ion. c. 3 et 4 cf. IV Reg. 20, 1—11 15 *Matth. 18, 21—22 19 Hebr. 11, 5. cf. Gen. 5, 24

1 fr. mei sum *AD* VI· sextum 𝔴 quod] que 𝔴 ipsum *ADB* dicens maior *B* 2 quam] que 𝔴 dimittatur *B* VII· septimum 𝔴 quod] que 𝔴 quia *AD* 3 nineuetas 𝔴 ninniuetas q niniuitas *DB*,*A* (*tert.* i *ex* e *m2*) 4 iudeae q iuda *AD* dist.] sustulerunt ς; *add.* ut qui damnati fuerant non perirent sed agentes poenitentiam impetrarent misericordiam dei *Ω* et dic.] nam tradunt ς 5 sept. gen.] septem generationes *ΩAD* 6 delatum *Aa.c.m2* long. uit.] longaeuitate 𝔴*AD* 7 merore (*corr.* e merore) q morere 𝔴 maeroris ς aegeret 𝔴 et] ut *ADB* 9 septinarium 𝔴q et *s. l. B* 11 quod] que 𝔴 12 qui *om. Ω* interficerit *A* ingenti] ingi (*corr.* igni) 𝔴 eum] *add.* adflictione *Ω* omni supplicio *Ω* transeuntem *Aa.r.*,*ΩD* 13 liberaret *Ω* 14 sunt] item de septem uindictis cayn sunt *B* . et *ΩB*, *om. cet.* 15 peccauit 𝔴*ΩAD*,*Ba.c.m2* peccauerit q 16 et *eras. B* Iesus] dominus *B* 17 *pr.* usque *om. Ω* 18 sabbatitasse q 19 quando] qua *Ω* quia] que 𝔴 20 eum 𝔴q · septuanta *Ω*

illam expositionem secuntur: in aduentu Christi mortis atque peccati aculeum esse confractum.

9. Ponam et aliam opinionem, ne quid uidear praetergressus. quidam septimum annum remissionis et quinquagesimum iobelei et quadringentesimum nonagesimum, quod uolunt intellegi ‘septuagies septies’, multis modis interpretantur adserentes ob hanc causam quinquagesimi et quingentesimi numeri sacrate in euangelio positum debitorem et quinquagesimum psalmum paenitentiae, qui septem conficitur septimanis et in principium ogdoadis erumpit. uerum ne longius sermo procedat, hucusque 2 super hoc locutum esse sufficiat, quia et ex his, quae respersimus, ingentem tibi disputationis siluam poteris ipse conficere sciens Origenem duodecimum et tertium decimum in Genesim librum de hac tantum quaestione dictasse.

10. *Cur deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie filii Israhel essent de terra Aegypti reuersuri, et postea Moyses scribit: q u i n t a a u t e m p r o g e n i e a s c e n d e r u n t f i l i i I s r a h e l d e t e r r a A e g y p t i? quod utique nisi exponatur, uidetur esse contrarium.*

1 cf. I Cor. 15, 56 4 cf. Deut. 15, 1. Leu. 25, 4 cf. Leu. 25, 8—10 7 cf. Luc. 7, 41 15 cf. pag. 267, 5 cf. Gen. 15, 16 17 *Ex. 13, 18

1 mortisque *Ω* 2 peccata *Aa.c.m2* eculeum *Ω* 3 ponam] item alia aliter ponam *B* 4 quidem 𝔴*a.c.* promissionis *D* 5 iobelei q*D* iubelei *AB* iubelaei *Ω* iubileum 𝔴 iubilaei ς quadringensimum q*a.c.* quadragintissimum 𝔴 quod] uel qui *B* quo *Engelbrecht* 6 interpretantur *in mg.* q 7 sacratae *A* sacrati *Ω* 9 potentiae *D* septem annis *Aa.c.m2D* ebdomadibus *B* principio 𝔴q 10 ogdoadis *D* ogduadis *Aa.c.* ocdoadis *B* ocduadis q octuadis (*corr.* ocduadis) 𝔴 octoadis *Ω* erumpitur q 11 hoc locutum] holocaustum q*a.c.D* me esse *D,Bm2* quia et] qui 𝔴 reperimus 𝔴,*Bm2* repperimus q 12 tibi] ibi 𝔴q ubi *D* potueris (u *eras.*) 𝔴 13 originem 𝔴q genesi 𝔴*Ω*q*B* 14 libri *D* questionem *D* dictasse] dicat se q; *add. A:* de egresione (*sic*) filiorum israhel ex egypto, *D:* de egressione filiorum iliorum (*sic*) israhel ex egypto III· (*sic*), *B:* de abraham, 𝔴 *et Ω in mg.:* II 15 quod] quae 𝔴 quartet *D* 16 filiis *B* israel 𝔴q*B* essent] sint *B* terra aeg.] (a)egypto *AD* moyse 𝔴 17 scripsit *B* israel 𝔴q*B* 18 quod] quae 𝔴 nisi] si 𝔴 exponantur q uiderunt q 19 contr.] *add. AD* hieronimus, *B:* de quatuor generatione (*sic*) filiorum israel

2 Hoc uero problema cum legissem, coepi mecum tacitus
aestuare et e uestigio Genesim Exodumque percurrens rep-
peri loca, in quibus scripta sunt, quae uidentur facere quae-
stionem. ac primo aestimabam spiritalibus spiritalia conparans
3 indissolubile esse, sicuti et multa sunt alia. nam et Mathu-
salam quattuordecim annos post diluuium uixisse scribitur,
nec tamen arcam ingressus est cum Noe; et, cum ipse deus
locutus sit ad Abraham: sciendo scies, quia peregri-
num erit semen tuum in terra non sua et in serui-
tutem redigent eos et adfligent eos et humiliabunt
eos quadringentis annis, postea Moyses scribit in Exodo:
et factum est post quadringentos triginta annos,
4 exiuit omnis potentia domini de terra Aegypti. Agar
quoque Ismahelem quasi lactantem et tenerum portat in hu-
meris, cum decem et octo ferme et amplius repperiatur an-
norum et ridiculum sit tam grandem iuuenem matris sedisse
ceruicibus; Roboam uero, filius Salomonis, quadragesimo primo
aetatis suae anno regni sumpsit exordium et regnauit in Hie-
rusalem annis sedecim, cum utique pater eius duodecimo anno

5 cf. Gen. 5, 25—28 sec. LXX. Gen. 7, 6 8 *Gen. 15, 13 12 *Ex. 12, 40—41 13 cf. Gen. 16, 15—16. 21, 14 17 cf. III Reg. 14, 21. 11, 42

1 proplema 𝔴 elegissem 𝔴 2 estuarem q et *exp.* *B* e] *om.* *A* hec 𝔴 e (*exp.*) latere (*exp.*) e *B* reperi 𝔴 4 hac 𝔴*B* extimabam *B* stimabam 𝔴 spiritualibus *B* spiritualia *B* conparanda *AD* 5 indissolubilia *AD*,*Ba.c.m2* sicut ς sunt et multa *B* alia sunt *Ω* alia] *add.* questio de matussalā quot annos post diluuium uixerit *B* matusalam 𝔴*A*q*D* matussalā *B* mathusala *Ω* 6 annis *ADB* 7 ingr. est arc. ς archam 𝔴q*B* dominus *ΩB* 8 loquitur *D* quia] quoniam 𝔴q 10 *alt.* eos *om.* *ADB* 11 eos *om.* *ADB* ann. quadr. *AD* scripsit *B* 12 quadr. et trig. *ΩB* 13 et exiuit *Ω* potentia] populus (pulus *m2 in ras.*) *B* Aegypti] *add.* item questio de agar et ismahele *B* 14 hismahelem (*pr.* h *exp.*) 𝔴 ismaelem ς lactentem *Ap.c.m2* laetantem *Ω* 15 XVIII *D* reperiatur 𝔴*a.c.* 16 tam] tunc 𝔴q 17 solomonis 𝔴 et primo *Bp.c.m2* 19 sed. annos *Ω* XVII *B*

regnare incipiens annis quadraginta regnauerit et undecimo
filium generare non quiuerit.

11. Dum haec et multa istiusmodi mecum sollicitus uol-
uerem, aperuit mihi ostium, qui habet clauem Dauid, et intro-
duxit me in cubiculum suum posuitque in foramine petrae,
ut post spiritum saeuientem, post terrae meae motum, post
incendium ignorantiae, quo urebar, uox ad me aurae lenioris
accederet diceremque: inueni, quem quaesiuit anima mea:
tenebo eum et non dimittam eum. etenim, cum uideatur 2
scriptura inter se esse contraria, utrumque uerum est, cum
diuersum sit. egressi sunt quarta generatione filii Israhel de
terra Aegypti. replica genealogiam Leui: Leui genuit Caath,
Caath genuit Ambram, Ambram genuit Aaron, Aaron genuit
Eleazar, Eleazar genuit Finees. Caath cum patre suo Leui
ingressus est Aegyptum. rursum Eleazar cum patre suo
Aaron egressus est Aegyptum. a Caath usque ad Eleazar con- 3
putantur generationes quattuor, licet quidam uelint ab Ambram
incipere et usque ad Finees, ut nos in Eleazar fecimus, per-
uenire. si uero uolueris disparem numerum ostendere, quomodo

4 cf. Esai. 22, 22 5 cf. Ex. 33, 22 7 cf. Hiob 4, 16 8 *Cant. 3, 4 12 cf. I Par. 6, 1—4

1 regnaret (t *eras.*) 𝔴 undecimum *D* 2 non quieuerit 𝔴 non quiuerat *Ω* nequiuerit *AD* 3 dum] de 𝔴 huiusmodi *ADB* 4 apperuit *Ωa.r.B* aperit *D* et *om.* 𝔴q 5 *alt.* in] me in 𝔴q,*Bp.c.m2* 6 me emotum 𝔴 meae] *del.* *A* me q 8 accideret 𝔴q ascenderet *Ω* 9 demittam 𝔴 *alt.* eum *om.* *ADB* 11 israel 𝔴q*B* 12 repleca 𝔴,q*a.c.* replico *Ω* genealogia 𝔴q caa*h (*corr.* caath) caath 𝔴 caat *bis* *D* cahath cahat (*corr.* cahath) *B* kaath *bis* *Ω* gaadh *bis* *A* 13 ambram *utroque loco* *Ω* amram *cet.* 14 elehadar eleadar (*corr.* elehadar) *B* finies 𝔴 caat *D* cahat *B* kaath *Ω* gaadh *A* leui *s. l.* *Ω* 15 est in 𝔴q rursus *AD* eleadar *B* 16 a (*sic*) egipto 𝔴 ab aegypto *Ω* de aegypto *B* a] rursum a 𝔴 rursus (*exp.*) a *B* ℞ a q caat *D* cahat *B* kaath *Ω* gadh (*corr.* gaadh) *A* eleadar *B* 17 generacionis 𝔴 uellint 𝔴 uellent *D* ab *s. l.* q Ambram *scripsi* amram *ADB* abraham *cet.* 18 et usque] usque 𝔴q,*Ba.c.m2* et *ΩAD* fec. in eleadar *B* eleazarum *A* elealzarum *D* eleadar *B* 19 dispari numero *Ω* disp.] dissiparem q

secundum Exodum quinta generatione egressi sint filii Israhel de terra Aegypti, tribus tibi Iudae ordo numeretur: Iuda genuit Phares, Phares genuit Esrom, Esrom genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naasson, Naasson genuit Salmon.
4 Phares cum patre suo Iuda ingressus est Aegyptum, Naasson princeps tribus Iuda in deserto describitur, cuius filius Salmon terram repromissionis introiit. conputa a Phares usque ad Naasson et inuenies generationes quinque, tametsi nonnulli, ut in tribu Leui ostendimus, in Esrom initium faciant et ad Salmon usque perueniant.

12. Puto problema dissolutum; quod si displicet, ad conpendium ueniam et dicam in Hebraeo non esse diuersum. Aquila namque, qui non contentiosius, ut quidam putant, sed studiosius uerbum interpretatur ad uerbum, in eo loco, ubi Septuaginta posuerunt: quinta autem generatione ascenderunt filii Israhel de terra Aegypti, ita transtulit: *καὶ ἐνοπλισάμενοι ἀνέβησαν υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ γῆς Αἰγύπτου*, id est: et armati ascenderunt filii Israhel de terra Aegypti, licet pro eo, quod ʻarmatiʼ nos diximus, secundum Graeci sermonis

5 cf. I Par. 2, 3—11. Matth. 1, 3—4 Luc. 3, 32—33. Ruth 4, 18—20 8 cf. Num. 1, 7. 2, 3. 7, 12 et 17. 10, 14 15 *Ex. 13, 18 17 Ex. 13, 18

1 sunt *ΩDB* israel q*B* 2 tibi] tamen ꝛᴅ, *om.* q et (*eras. B*) ordo *ADB* iudas ꝛᴅ 3 phares *bis* ꝛᴅ*Ω* fares *bis cet.* *alt.* Aram] ara ꝛᴅ 4 amminadab *bis Ω* naasson *bis Ω* naasom *bis* q naason *bis cet.* 5 phares ꝛᴅ fares *cet.* naasson *Ω* naasom q naason *cet.* 6 tribus] *add.* est ꝛᴅq 7 introiuit ꝛᴅ intrauit *AD* et conputa ꝛᴅq phares ꝛᴅ fare *Ω* fares *cet.* naasson *Ω* naasom q naason *cet.* 8 et *om.* ς tamen et si *Ω* nonnulla *Ωa.c.* 9 faciunt *D* solmon ꝛᴅ 11 proplema ꝛᴅ quod] que ꝛᴅ sed *Ω* pendium ꝛᴅ 12 diuersam q 13 aquilam *D* namque] nosque ꝛᴅ nuncque q qui *om. AD* contentiosus *AD,Ba.c.* sed] si ꝛᴅ 14 studiosus ꝛᴅq*B* ad uerb.] e uerbo *B* 16 israel ꝛᴅq*B* 16 ΚΑΙΕΝΠΑΙCΑΜΕΝΟΚΝΕΒΝCCΕΝΡΑΝΑ ΑΠΟΚΝCΑΙΓΥΠΤΟΥ ꝛᴅ ΚΑΕΝΟΠΛΙCѠΕΝΟΙΑΝΕΒΗCΑΝΥΙΟΠCΡΑΗΛ ΑΗΞΓΗΑΟCΟΙCΟ *Ω* ΚΑΙΝΟΠΑΝCΑΜΕΝΟΙΑΝΕΒΗCΑΝΥΙΟΗCΤ+ΑΑΠΟ ΤΕCΑΠΟΤΝCΑΤΥΟΥ *A* ΚΑΙΕΝΟΠΑΙCΑΜΕΝΟΙCΝΕΒΗCΑΝΥΙΟΙCΡΑΝΑ ΑΠΟΚΝCΑΙΓΥΠΤΟΝ q *etc.* οἱ υἱοὶ ς τῆς γῆς ς et *om. ADB* 18 israel ꝛᴅq*B* 19 eo quod] eo que ꝛᴅ quo *AD* armatos nos ꝛᴅq nos armati ς

ambiguitatem et 'instructi' siue 'muniti' propter supellectilem, qua Aegyptios spoliauerunt, possit intellegi.

13. Aestimas curiositatem esse finitam? maior quaerendi ardor exoritur et in similitudinem Hieremiae d i s s o l u o r u n d i q u e e t f e r r e n o n p o s s u m, quare Septuaginta 'quintam generationem' et Aquila transtulerit 'armatos'. uolumen Hebraeum replico, quod Paulus φαινόλην iuxta quosdam uocat, et ipsos characteres sollicitus adtendens scriptum repperio: uamusim alu bne
israhel mearez mezraim. in reliqua parte interpretatio non 2
discordat; omnis pugna de uerbo est 'amesim', quod his litteris scribitur: heth, mem, sin, iod, mem, utrumnam 'quinque' an 'munitos' sonet. et quidem 'quinque' hoc sermone dici negare non possumus, uerum 'quinque' plurali numero, non 'quinta', ut illi interpretati sunt, singulari. sed nec 'generatio' inuenitur adiuncta, quae lingua Hebraea 'dor' dicitur, ut, si esset 'quinta
generatio', sermone legeretur illorum 'amesa dor'. nunc autem 3
'amissim', id est 'quinque', tantum scripti sunt et fit quasi

4 *Hier. 20, 9 7 cf. II Tim. 4, 13

1 et *om. ADB* subpellectilem 𝔴 suppellectilem *Ω*q 2 qua] quo *AD* quae 𝔴 q̃ q spoliauerant *B* exspoliauerunt *Ω* 3 aestimans 𝔴q extimamus *B* aestimanti *ς* 4 in] ad *AD* 6 transtulit *Ω* armatos] *add.* pemolem (*sic*) q paulus apostolus ponit *B* 7 quod] que 𝔴 phenolen 𝔴q phenolem *Ω* poenolen *A* penolen *D* penulam *B* iuxta quosdam *om. Ω* caracteres *codd.* 8 reperio *ς* 8 uamusin *AD* uamusi 𝔴q uaemesim *Ω* alu bne] alūne *B* 9 israel 𝔴q*B* maeres *B* meares *cet.* mezraum 𝔴 mazraim *Ω* mumraim *A* mumsaim *D* mendraym *B* parte *om. AD* interpretatione *AD* interpretationes *ς* non *om. AD* 10 discordant *A* (*corr.* concordant *m2*), *D* amemsim *Ω* amoysim *D* amoysi *A* amusim *B* quod] quos 𝔴q his] isdem *AD* 11 heth] eth *Ω* nech *A* he *B* *pr.* mem] tmen (t *eras.*) 𝔴 sin] sen *A* iot 𝔴*a.c.* ioth *B* an mun.] ammunitos *A* amunitas (*corr.* amunitos *m1* āmunitos *m2*) *B* 12 sonat 𝔴 13 uerumque 𝔴 uerum quia q non] nam 𝔴 15 ebraica *B* dor] non *ς* dic.] *add.* id est quinque tantum scripti sunt *Ω* ut *om. AD* si] s 𝔴 16 leg.] legeretur legere 𝔴*p.c.* legere legeretur q legitur *AD* amesī ador *B* nunc] hunc *AD* 17 amesem 𝔴q amoysen *A* amoysin *D* amusim *B* quinque *Ω* quinque immo quinquaginta 𝔴*AqD,Ba.c.m2* quinque immo quinta *Bp.c.m2ς* scriptum est *Bp.c.m2ς* et] ut 𝔴q sit *ΩD*

sensus: 'quinque autem ascenderunt filii Israhel de terra Aegypti'; quod quia minus uidebatur intellegi, adiuncta 'generatio' est. Aquilam uero et in ceteris et in hoc maxime loco proprie transtulisse omnis Iudaea conclamat et synagogarum consonant uniuersa subsellia, quod uidelicet idem sermo et eisdem litteris scriptus diuersas apud eos et uoces et intellegentias
4 habeat. ex quibus exempli causa unum ponimus, ut, quod dicimus, perspicuum fiat: 'pastores' et 'amatores' eisdem litteris scribuntur: res, ain, iod, mem, sed pastores 'roim', amatores leguntur 'reim'. unde euenit, ut, ubi Hierusalem in prophetis cum amatoribus suis fornicationis arguitur, ibi in nostris codicibus pro amatoribus pastorum nomen sit inmutatum.

14. Scio haec molesta esse lectori, sed de Hebraeis litteris disputantem non decet Aristotelis argumenta conquirere nec ex flumine Tulliano eloquentiae ducendus est riuulus nec aures Quintiliani flosculis et scolari declamatione mulcendae.
2 pedestris et cotidianae similis et nullam lucubrationem redolens oratio necessaria est, quae rem explicet, sensum edisserat, obscura manifestet, non quae uerborum conpositione frondescat

10 cf. Hier. 3, 1

1 quinque *Ω* quinta 𝔴q*B* quinti *AD* israhel *AD* israel *cet.* 2 quod quia] quaeque 𝔴 3 aquila *Aa.c.m2,D* *pr.* et] ut *ς* 4 iudaee (a *eras.*) q cons.] conclamant *AD* 5 quod] quae 𝔴 quod apud ebreos sicut et apud nos onoma inueniantur quod *B* uid.] *add.* uel *B* idem] id est *Aa.c.m2* esdem (*corr.* eisdem) 𝔴 isdem q eisdem] isdem *B* hisdem *Ω* 6 et apud *Ω* *pr.* et *om.* *Ω* 7 habent 𝔴q ponemus 𝔴q quod] que 𝔴 dicemus *Dp.c.* 9 ain] sin *B* iot 𝔴 ted *B*, *om.* *Ω* men 𝔴 10 reim *AD* relim (l *exp.*) *B* raim 𝔴q reaim *Ω* ibi 𝔴q 11 forn.] fornicationis (*ex* -nibus *A*) scelere *ADB* arguuntur *B* nostris] his *D* 12 nomen *in ras. m2 B* 13 haec *s. l. B* hebraeicis 𝔴q hebraicis *ς* litteris *Ω* libris 𝔴q*B*, *om.* *AD* 14 arestotelis 𝔴q aristotilis *Aa.c.m2,D* 15 tulliane *Bp.c.m2* dicendus *Ωa.c.m2* riuolus *Ω*q,*Aa.c.m2* hii (*eras.*) riuulus 𝔴 16 quintilliani *A*, *Bp.c.* flosculi *Ω* scholari *Ω* sgolari 𝔴 17 pedestri *Ω* *pr.* et] sed *Aa.c.m2D* quotidiane *B* cot(t)idiano (cotidiane *m2 A*) *cet.* nulla lucubratione *AD* nulla (*m2* ā) lugubratione (*m2* ē) *B* 18 quae] qui q 19 non quae *Ω,B* (*corr.* neque *m2*) neque *cet.*

sint alii diserti, laudentur, ut uolunt, et inflatis buccis spumantia uerba trutinentur: mihi sufficit sic loqui, ut intellegar et ut de scripturis disputans scripturarum imiter simplicitatem.

15. *Cur Isaac, uir iustus et deo carus, non illi, cui uoluit, sed, cui noluit, deceptus errore benedixit?*

Differo paulisper typos et ea, quae a maioribus nostris super hoc loco sunt interpretata, praetereo, non quo opinioni eorum non adquiescam, sed quo tu hoc tantum quaeris, quare uir iustus
aliquid ignorauerit et contra suam fecerit uoluntatem. ad quod 2
districta responsio est nullum hominum excepto eo, qui ob nostram salutem carnem est dignatus adsumere, plenam habuisse scientiam et certissimam ueritatem. denique Paulus ex parte cognoscit et ex parte prophetat et nunc per speculum uidet in aenigmate et, secundum quod oportet orare, nescire nos dicit, quia, cum uenerit, quod perfectum est, tunc,
quod ex parte est, destruetur. Samuhel propheta connu- 3
meratus Moysi in Psalterio ad unguendum regem missus, cum maximum filiorum Iesse uidisset Heliab, ait: ecce coram do-

4 cf. pag. 267, 12 cf. Gen. 27, 27 12 cf. I Cor. 13, 9 13 cf. I Cor. 13, 12 14 cf. Rom. 8, 26 15 *I Cor. 13, 10 16 cf. Ps. 98, 6 18 *I Reg. 16, 6—7

1 disserti *Ω,Ba.r.* et *om.* 𝔴q flatis ς 2 trutinetur 𝔴 trutinent *ADB* intellas (*corr.* intellegas) *D* intellegatur *Ω* 3 et *om.* ς ut de scr.] scruteris *D* disputanti 𝔴q imiter] intellegentes 𝔴q simpl.] *add. A:* de isaac, *D:* explicit. damasus de isaac, *B:* de hysaac 4 cur] *in mg. praemittitur in* 𝔴*:* V·, *in Ω:* III uir *om. Ω* carus deo *Ω* 5 sed illi *B* benedixit] dixit *Ωa.c.m2; add. AD:* hieronimus, *B:* responsio ieronimi ad quem supra 6 a *om.* 𝔴 7 quo] quod ς 8 quo] quod *B* hoc] illuc 𝔴q quaeris *Ω* quaeras *cet.* 9 contra] extra 𝔴q ad quod] adq 𝔴 adq; (= adque) q 10 destricta q districta (*in mg. m2* apta et nuda ac solita) *A* hominem *AD* eo *om. AD* qui ob] quod q 11 ads.] induere *AD* 12 certissima (a *ex* um) 𝔴 uer. den. P.] doctrinam fluenta potare (*sic*) 𝔴q 13 enim cogn. 𝔴q proph(f)etauit 𝔴q*D* nunc] non 𝔴q 14 uidet] *add.* et *Bp.c.* 15 quia] que 𝔴 quod] que 𝔴 est] si (*del.*) est *D* 16 quod] q 𝔴 destr.] distruetur 𝔴,*Aa.c.m2; add.* de samuhel 𝔴q conumeratus *B* connumeratur *AD* connumerabitur *Ω* 17 Psalt.] sacerdotio dei *Ω* psalt. in sacerdotibus dei *B* 18 eliab 𝔴q*B, om. AD*

mino Christus eius. et dixit dominus ad Samuhel: noli
adspicere ad faciem eius et in staturam illius, quoniam
reprobaui eum, quia non, quomodo uidet homo, uide-
bit deus; homo uidet in facie, deus uidet in corde. et
per singulos semper ignorans usque ad Dauid nescisse descri-
4 bitur. Helisaeus quoque, qui duplici glorificatus est spiritu, cuius
ossa uitam exanimo cadaueri reddiderunt, cum Sunamitis ad eum
uenisset in montem et ad pedes eius flebiliter corruisset, Giezi
prohibente, ne faceret, ait: dimitte eam, quoniam anima
illius in amaritudine est et dominus abscondit a me
5 et non nuntiauit mihi. plura sunt, quam ut exemplis debe-
amus docere sanctos uiros et deo caros ea tantummodo scisse,
quae eis a domino reuelata sunt, ignorasse uero, quae reuelata
non fuerant, et ad singulas uisiones Zachariam atque Dani-
helum interrogare angelum et suppliciter deprecari, ut expo-
6 nant sibi, quae sint illa, quae uideat. unde non mirum est
et Isaac in suam maxime utilitatem nescisse, quid faceret,
cum magis eo tempore erraret, quo filium sanguinariae dedi-
tum uoluptati et eum, qui postea fratrem posset occidere,
praetermisso illo, qui innocenter habitabat domum, uellet efferre

5 cf. I Reg. 16, 8—12 6 cf. IV Reg. 2, 9 7 cf. IV Reg. 13, 21 9 *IV Reg. 4, 27 14 cf. Zach. 1, 9. 19. 21. 2, 2. 4, 4. 11—12. 5, 6. 10. 6, 4. Dan. 7, 16. 19. 8, 15. 12, 6. 8 19 cf. Gen. 25, 27 20 cf. Gen. 27, 41 cf. Gen. 25, 27

1 dixit] ait ɯq 2 aspicere *Ω* resp. *cet.* ad *ΩB* in ɯq, *om. AD* et in *Ω* et ne ɯq et *B* neque *AD* illius *om. AD* 3 homo uidebit deus ɯ*Ω*q homo uidet deus *B* deus homo uidet *AD* deus uidet homo ς 4 enim uidit (*corr.* uidet *m2*) in f. *A* enim in f. uidet *D* faciem ɯq in corde uidet *Ω* autem inspicit cor *AD* 5 semper] *in mg. m2* septem *B* usque] uiso ɯq nescit *AD* describit ɯq, *om. AD* 6 elis(a)eus ɯq qui *om.* ɯq spiritus ɯ 7 exanimi *Ωp.r.,B* exanimato ɯq 8 geezi *Aa.c.m2* giegi ɯ 9 quia *AD* 10 illius] eius *ADB* 11 quae ɯ*Ω*q 12 deo] do (*corr.* quomodo) ɯ 13 ignorata *AD* quae] *add.* eis *ADB* 14 fuerant *Ω* fuerunt *AD* fuerint ɯq fuero *B* danihelem *Ω,Ap.c.m2* danielem *B* 15 exponant (*sc. angelus Zachariae et angelus Daniheli*)] exponat *Ωp.r.,ADB* 16 sint illa quae *om.* ɯq uideat (*sc. Zacharias solus et Danihel solus*)] uiderant ɯq uideant *ADB* 17 quod *B* facere ɯq 19 et] ei *AD* possit *Ω* 20 habitat *AD* domi *ADB* effere ɯq,*Ba.c.*

et suam magis quam dei facere uoluntatem. ergo puto diuinae dispensationis fuisse, ut oculis caecaretur et, cum ipse diceret: uox uox Iacob, manus autem manus Esau, tamen non intellegeret minorem esse filium, qui ad benedictionem fratris praereptor adstiterat.

16. Quoniam autem polliciti sumus et de eo, quid in figura significaret, adiungere, Hippolyti martyris uerba ponemus, a quo et Victorinus noster non plurimum discrepat, non quo omnia plenius exsecutus sit, sed quo possit occasionem praebere lectori ad intellegentiam latiorem: "Isaac portat imaginem 2
dei patris, Rebecca spiritus sancti, Esau populi prioris et diaboli, Iacob ecclesiae siue Christi. senuisse Isaac consummationem orbis ostendit; oculos illius caligasse fidem perisse de mundo et religionis lumen ante eum neglectum esse significat. quod filius maior uocatur, acceptio legis est Iudaeorum; quod escas eius atque capturam diligit pater, homines sunt ab errore saluati, quos per doctrinam iustus quisque uenatur. sermo dei 3
benedictionis est repromissio et spes regni futuri, in quo cum Christo sancti regnaturi sunt et uerum sabbatum celebraturi. Rebecca plena spiritu sancto et sciens, quid audisset, antequam pareret, quia maior seruiet minori, — magis autem forma spiritus sancti, quae futura norat in Christo, in Iacob ante meditatur —

2 cf. Gen. 27, 1 3 *Gen. 27, 22 12 cf. Gen. 27, 1 13 cf. Gen. 27, 1 15 cf. Gen. 27, 1 16 cf. Gen. 25, 28 17 cf. Gen. 27, 2—4 18 cf. Apoc. 20, 6 21 Gen. 25, 23

1 quam] qu* (*s. ras.* ã *m2*) 𝔴 quae q ergo *scripsi* ego *codd.* 3 *pr.* uox] uox haec *Ω* uox quidem *B* iacob est *AD* est iacob *B* 4 ad *s. l. m2 B* benedicendum *D* patris *Ω* 6 quid] qui *Aa.c.* quod *B* sign. in fig. *AD* 7 adiungere] *s. l. add.* ł (= uel) *Bm2* adiungeret *Ω* hippoliti *A* hyppolyti *D* hyppoliti *Ω* hypoliti 𝔴q yppoliti (*s. l. add. m2* antioceni et patriarche) *B* ponimus *Ω* ponamus *ADB* 8 et] ei *AD* quo] quod ϛ 9 quo] quod ϛ 10 laciorem (*add.* de isaac) 𝔴 11 spiritu 𝔴q priori q zabuli *Ω* 13 oculus q oculis *A* illius *om. AD* 15 *pr.* quod] que 𝔴 *alt.* quod] quae 𝔴 16 hominis 𝔴 17 uenator *Ω* ueniatur q 18 promissio est *Ω* 19 sunt regn. *AD* 20 et *om.* 𝔴q quid] quod 𝔴 anteque 𝔴 21 seruiet (et *in ras. m2*) *B* seruiret 𝔴q forma *om. Ω* spiritu 𝔴 22 quae] q̃ q nouerat *A,B* (nou *exp.*) mediator *Aa.c.m2* meditabatur (ba *exp.*) *B*

loquitur ad filium minorem: uade ad gregem et accipe mihi inde duos haedos praefigurans carneum saluatoris aduentum, in quo eos uel maxime liberaret, qui peccatis tenebantur obnoxii, siquidem in omnibus scripturis haedi pro peccatoribus
4 accipiuntur. quod autem duos iubetur adferre, duorum populorum significatur adsumptio; quod teneros et bonos, dociles et innocentes animae. stola Esau fides et scripturae sunt Hebraeorum, quibus gentilium indutus est populus; pelles, quae eius brachiis circumdatae sunt, peccata utriusque sunt plebis, quae Christus in extensione manuum cruci secum pariter adfixit. quod Isaac quaerit ab Iacob, cur tam cito uenerit, admiratur uelocem credentium fidem; quod cibi delectabiles offeruntur, hostia
5 placens deo salus est peccatorum. post esum sequitur benedictio et eius odore perfruitur uirtutem resurrectionis et regni aperta uoce praenuntians, quomodo etiam adorent eum fratres sui et seruiant ei credentes ex Israhel. quia igitur iniquitas est inimica iustitiae, Esau in discordiam concitatur et necem fraudulentus excogitat dicens in corde suo: adpropient dies

1 *Gen. 27, 9 4 cf. Matth. 25, 31—46 5 cf. [illegible]. 27, 9 7 cf. Gen. 27, 15 8 cf. Gen. 27, 16 10 cf. Gen. 27, 20 12 cf. Gen. 27, 14 13 cf. Gen. 27, 27—29 18 *Gen. 27, 41

1 loquitur] quod autem loq. *Ap.c.m2* loquiturque *Bp.c.m2* 2 inde mihi *AD* praefiguratur *AD* carneus—aduentus *Ap.c.m2* 3 tenebant *D* 5 acc.] ponuntur *B* quod] quae 𝔴 autem *om. AD* duo *Bp.r.* iubentur afferri *B* 6 significat 𝔴q quod] que 𝔴 et bonos *om. AD* duciles 𝔴q et *om.* 𝔴q 7 stola] *add.* uel uestimentum *ADB* et scr. s. Hebr.] hebreorum et scr. *AD* 8 brachia *Aa.c.m2D* 9 utr. pecc. *B* peccata *om.* q quae] quia q 10 ostensione *D* crucis 𝔴q adflixit *Aa.r.* quod] que 𝔴 11 ab] a *Ap.r.* tam] tamen *Ωa.r.*, *om.* q admirabatur 𝔴q admiratur ut loquatur *A* (ut loq. *exp.*), *D* uelocem] celerem *AD* 12 quod] quae 𝔴 delectabilem *Da.c.* 13 post esum] posterum 𝔴q 14 *pr.* et *eras. A* perfr. *om. AD* uirt. *om. Ω* 15 pronuntians *ADB* pronuntio *Ω* quomodo] quod *Bp.r.* ador. eum etiam *Ω* 16 seruient 𝔴 israel q*B* quia] qui 𝔴*a.c.* 17 in. est q inimicas est 𝔴 inimica *A* discordia 𝔴q concitat *Ap.r.* suscitatur 𝔴q 18 fraudulentur q adpropinquent 𝔴q*B* adpropinquant *AD*

passionis patris mei et occidam Iacob, fratrem meum. diabolus fratricidae Iudae os in Cain ante praemeditans in Esau manifestissime confitetur tempus quoque interfectionis ostendens: adpropinquent, inquit, dies passionis, ut interficiam fratrem meum. quapropter Rebecca, id est patientia, 6 nuntiauit uiro fratris insidias, qui uocato Iacob praecepit ei, ut Mesopotamiam pergeret et inde acciperet uxorem de genere Laban Syri, fratris matris suae. quomodo itaque fratris dolos fugiens Mesopotamiam tendit Iacob, ita et Christus Iudaeorum incredulitate conpulsus proficiscitur in Galilaeam inde sibi ex gentibus sponsam sumpturus ecclesiam". haec supra dictus uir.

17. Nos autem dicimus non uenisse dominum nisi ad oues perditas domus Israhel nec uoluisse panem accipere filiorum et dare eum canibus et benedictionem primam Iudaeorum populo detulisse, quibus sunt credita eloquia dei et repromissio et legis datio et confectio testamenti; uerum quia illi credere noluerunt, ad Iacob, minorem populum, benedictionem esse translatam. neque tamen maiorem filium penitus fuisse despectum, quia, cum subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israhel saluus erit.

4 *Gen. 27, 41 5 cf. Gen. 27, 42—28, 2 8 cf. Gen. 28, 5 9 cf. Matth. 4, 12 etc. 13 cf. Matth. 15, 24. 10, 6 14 cf. Matth. 15, 26 etc. 16 cf. Rom. 3, 2 17 cf. Rom. 9, 4 20 cf. Rom. 11, 25—26

1 pass.] mortis *Ω* 2 fratricidas *codd. praeter* 𝔴q iudae os 𝔴 iudaeus q iudaeos *cet.* Cain] *del., s. l. m2* mortē xp̄i *A* praemeditantes *A* in *om. AD* 3 manifeste *Ω* ostendit *D* 4 adpropinquant *Ap.c.m2* adpropinquens *D* appropinquent q pass. patris mei *Ω* pass. patris *ς* 5 paenitentia *A,D* (poe-) 6 qui *om. Ω* iachob *B*, *om.* 𝔴q 7 in mesop. *ς* et *om. Ω* acceperet 𝔴 8 laba 𝔴*a.c.* lauan *D* itaque] igitur *Ω* dolum *Ω* 9 tendit] ł tendit pergit (pergit *exp.*) *B* 11 sumptur eclesiam 𝔴 13 dicimus *om. A* 14 israel 𝔴q*B* fil. acc. *ς* 15 pop. iud. *Ω* populum 𝔴 17 legislatio *ADB* confessio *AD,Ba.c.m2* illi *om.* q 19 fuisse] esse uel fuisse *B* 20 intrauerit *Ω* 21 israel 𝔴q*B* erit] *add.* amen 𝔴*Ω*

XXXVII.

AD MARCELLAM.

1. Nuper, cum Reticii Augustodunensis episcopi, qui quondam a Constantino imperatore sub Siluestro episcopo ob causam Montensium missus est Romam, commentarios in Canticorum Canticum perlegissem, quod Hebraei uocant sir asirim, uehementer miratus sum uirum eloquentem praeter ineptias sensuum ceterorum Tharsis urbem putasse Tarsum, in qua Paulus apostolus natus sit, et aurum Ofaz petram significari,
2 quod Cephas in euangelio Petrus sit appellatus. habuerat utique et in Hiezechiele id ipsum uerbum, ubi de quattuor animalibus scribitur: et species rotarum sicut species tharsis, et in Danihele de domino: et corpus eius ut tharsis,

10 cf. Ioh. 1, 42 etc. 12 *Ezech. 10, 9 13 *Dan. 10, 6

K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
Q = *Duacensis 247 s. XI.*
A = *Parisinus lat. 4883 A s. XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*
α = *Parisinus bibl. armamentarii 293 s. XII.*
c = *Mazarinianus 577 s. XII.*
e = *Parisinus lat. 1876 s. XII.*

2 ad eandem de ofaz baddin et tharsis *KA* ad marcellam de ofaz badin et tharsis *Q*c ad marcellam de reprehensione reietici episcopi in cantica canticorum *B* de reprehensione tractatuum in canticis canticorum retici galli αc; *Hieronymi nomen exhibent tituli in QB*αce 3 retici αc recticii (*in ras. m2*) *B* rheticii ς augustud. *B*αc augustid. *A*e cundam *Q* 4 a *om. B* 5 roma *K* romae αc canticorum canticum (cantica *Q*) *KQA* canticum canticorum *cet.* 6 sirassiiim *K* syrasirim (*postposito* uocant) *A* 7 loquentem *Ka.c.m2* 8 ceterorum *om.* c tarsis *Qa.c.B* tarsum *Qa.c.B* tharsum *cet.* 9 ophaz e ophat *B* petram *Q* petrum *cet.* Petrum ς significare ς 10 quod] qui *B*αc quia ς petrus *Q*,*A* (*s. l.*) petra *K*c id est petrus *B*αc idem petrus ς 11 et *s. l. B* ihezechiele c iezechiele *A*αc ezechielē (*sic*) *B* ezechiele ς 12 tarsis *B* 13 et in—*p. 287, 2* Tharsis] *om. KQA*c, *sed in K add. in mg. inf.* daniele *codd.* eius] eiusdem ς tarsis *Kmg.B*

quod Aquila chrysolithum, hyacinthum Symmachus interpretantur, et in Psalmis: spiritu uiolento conteres naues Tharsis. et inter lapides, qui in ornatum sacerdotis tribuum nominibus sculpti sunt, eiusdem lapidis nomen insertum est et omnis ferme scriptura hoc referta uocabulo est. de Ofaz uero quid 3
dicam, cum supra dictus Danihel propheta in tertio anno Cyri, regis Persarum, post tres ebdomadas ieiunii atque tristitiae dicat: extuli oculos meos et uidi, et ecce uir unus indutus baddim et renes eius cincti auro Ofaz? plura quippe apud Hebraeos auri sunt genera; unde ob distinctionem nunc Ofaz positum est, ne quis zaab putaret, quod in Genesi nasci cum lapide carbunculo praedicatur.

2. Quaeras, si tharsis lapis chrysolithus sit aut hyacinthus, ut diuersi interpretes uolunt, ad cuius similitudinem dei species describatur, quare Ionas propheta Tharsis ire uelle dicatur et Salomon et Iosaphat in Regnorum libris naues habuerint, quae de Tharsis solitae sint adferre uel exercere commercia. ad quod facilis 2
responsio est ὁμώνυμον esse uocabulum, quod et Indiae regio

2 *Ps. 47, 8 3 cf. Ex. 28, 20. 39, 13 8 *Dan. 10, 5 11 cf. Gen. 2, 11—12 15 cf. Ion. 1, 3 16 cf. III Reg. 10, 22. II Par. 20, 36—37

1 quot *Kmg.* crysolitum *Kmg.* crisolitum *B* chrisolitum *ac* Symm. hyac. *ς* hiacintum *Kmg.* iacinctum *Bac* simmachus *Kmg.ac* simmacus *B* interpretantur *Kmg.* interpretatur *Bp.c.ac* 2 psalmo *ς* in spiritu *ς* conterens *Kmg.,Ba.c.* nauis *Kmg.* tarsis *Kmg.B* 3 et *om. Λ* ornamentum *Λ* ornatu *Bac* sacerdotum *Qc* 4 sculpti] scripti *B* lapidē *Q* ins. est] inseritur *Bac* 5 fere *ς* uoc. ref. *ς* ophaz *B* 6 daniel *QBac* ciri *QB* 7 ieiuni *B* adquae *Ka.c.m2* 8 ind.] uestitus *Bac* 9 badin e bat dī *B* baddim *ac* ophat *B* ophaz *ς* 10 apud *ex* ad *K* ob *om. Λ* 11 ophaz *Λ* ophat *B* est *s. l. m2 B* zahab *K* zaap *a* zabad *Λ* 13 quaeris *ς* tarsis *KB* chrisolitus *Λacc* crisolitus *cet.* sit aut] it aut *K* ita ut *Λ* ita uti *Q* acinctus *Q* iacintus *K* iacinctus *cet.* 14 cuius coloris *Bac* 15 scribatur *B* praedicatur *ac* tarsis *KB* 16 solomon *K* iosaphath *a* iosafath *K* habuerunt *Λ* habuer̄ *B* 17 tarsis *KB* ad(f)ferre uel *KQΛc*, *om. cet.* 18 est resp. *ς* ὁμώνυμον *uarie scribunt* (*s. l. add.* ·i· plurinomium *c*) *codd.*

ita appelletur et ipsum mare, quia caeruleum sit et saepe solis radiis repercussum, colorem supra dictorum lapidum trahat, a colore nomen acceperit, licet Iosephus tau littera commutata Graecos putet Tarsum appellasse pro Tharsis.

3. Innumerabilia sunt, quae in illius mihi commentariis sordere uisa sunt. est sermo quidem conpositus et Gallicano coturno fluens: sed quid ad interpretem, cuius professio est non, quomodo ipse disertus appareat, sed quomodo eum, qui lecturus est, sic faciat intellegere, quomodo intellexit ille, qui
2 scripsit? rogo, non habuerat decem Origenis uolumina, non interpretes ceteros aut certe aliquos necessarios Hebraeorum aut ad interrogare aut ad legere [et], quid sibi uellent, quae ignorabat? sed tam male existimasse de posteris, ut nemo posset de eius erroribus iudicare!

4. Frustra igitur a me eiusdem uiri commentarios postulas, cum mihi in illis multo displiceant plura, quam placeant. quod si opposueris, cur ceteris dederim, audies non omnes eodem uesci cibo. Iesus in deserto plures hordeaceis panibus pascit, triticeis pauciores; Corinthii, in quibus fornicatio audie-

3 cf. Ioseph. Ant. Iud. I 6, 1 18 cf. Ioh. 6, 5—13 19 cf. I Cor. 5, 1

1 ita] id *Bac* appellatur *Bac* apellatur (*corr.* apelletur) *A* 2 percussum *ς* calorem *Bp.c.m2* 3 a] et a *A* nominum *Ba.c.* accepit c iosepphus *K* 4 tharsum *Qp.c.Aac* appellare tharsum c tarsis *KB* 6 uise *B* est] et *Ac* quid. sermo *Bac* 7 cothurno *ς* fluens] florens *Qc* 8 non—est *om. Q* *pr.* quomodo] quo *ς* desertus *Ka.c.* dissertus *B* *alt.* quom.] quo *ς* 9 int. ille] int. ipse *a* ipse (*del.*) int. ipse *B* ipse int. *ς* 11 aut] non *Bac* 12 *pr.* aut—legere] ut aut interrogaret aut legeret *Bac* et *seclusi*, *om. Bac* uellint *K* uellet *A* 13 existimasset *K* (*ex* exstimasset), *Qc* existimasse (*ex* extimasse *B*) uidetur *Bac* uidetur existimasse *ς* de *Bac*, *om. cet.* posteris] poteris *A* ceteris *B* ceteris (cae- c) posteris *ac* 14 possit *KBac* 15 igitur] ergo *ς* uiri] uri *B* 16 multa *QAe* plura quam plac. *Bac*, *om. cet.* 18 eisdem debere uesci ci(y)bis *Bac* iisdem uesci debere cibis *ς* ordiaciis *K* ordeaceis *cet.* pauit pan. c 19 eriticiis (*in mg. m2* alii frumentaciis) *K* frumentaceis *Bac* corintii *Bac* chorintii *A* chorinthii c aud. forn. *ς*

batur et talis fornicatio, qualis nec inter gentes quidem, lacte pascuntur, quia necdum poterant solidum cibum capere. Ephesii autem, in quibus nullum crimen arguitur, ipso domino 2 caelesti uescuntur pane et sacramentum, quod a saeculis absconditum fuerat, agnoscunt. neque uero eorum, qui a me exemplaria acceperunt, uel auctoritate uel aetate ducaris, cum et Danihel senes iudicet et Amos, pastor caprarum, in sacerdotum principes inuehatur.

XXXVIII.

AD MARCELLAM.

1. Abraham temptatur in filio et fidelior inuenitur; Ioseph in Aegypto uenditur, ut patrem pascat et fratres; Ezechias uicina morte terretur, ut fusus in lacrimas quindecim annorum spatio proteletur ad uitam; Petrus apostolus domini passione concutitur, ut amare flens audiat: pasce oues meas; Paulus,

1 *I Cor. 5, 1 2 cf. I Cor. 3, 2. Hebr. 5, 12. 14 4 cf. Eph. 3, 9 6 cf. Dan. 13, 45 sqq. 7 cf. Am. 7, 10—17 11 cf. Gen. c. 22 cf. Gen. 37, 25—28 cf. Gen. 45, 5—11 12 cf. IV Reg. 20, 1—11 14 cf. Matth. 26, 69—75 etc. 15 Ioh. 21, 17

1 et talis forn.] et talis c, *om.* ς quidam QAc adhuc quidem ac, *om.* ς 2 pascebantur A cib. sol. *B* 3 ipso] ab ipso *Bp.c.ac* 4 a *om.* ac 5 exemplar *Bac* 6 acceperant *KB* danihel Ac daniel *cet.* 7 senes] puer senes *Bac* senex (*corr.*) *Q* iudicet] uidelicet A 8 inuehantur *A*; *add.* explicit ad marcellam de tharsis *K*

L = Coloniensis 35 s. IX.
Π = Turicensis Augiensis 49 s. IX.
D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.
N = Casinensis 295 s. X.
B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

10 ad marcellam *L* ad marcellam (*add.* ne contristetur *D*) de egrotatione blesillae *ΠD* ad marcellam de infirmitate corporis blesille et salutis *N* ad marcellam de conuersione (*corr. in* egrotatioe [*sic*] *m2*) blesillae *B*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in LΠN* 12 egyptum *D* 13 lacrimis *B* 14 spatium *D* spatium ei ς 15 ut am.] et amariter *NB* audit *NB*

lupus rapax et Beniamin adulescentior, in extasi caecatur, ut uideat, et repentino tenebrarum horrore circumdatus dominum uocat, quem dudum ut hominem persequebatur.

2. Ita et nunc, mi Marcella, Blesillam nostram uidimus
ardore febrium per triginta ferme dies iugiter aestuasse, ut sciret
reiciendas delicias corporis, quod paulo post uermibus exarandum
sit. uenit et ad hanc dominus Iesus tetigitque manum eius
2 et ecce surgens ministrat ei. redolebat aliquid neglegentiae et
diuitiarum fasciis conligata in saeculi iacebat sepulchro, sed
confremuit Iesus et conturbatus in spiritu clamauit dicens:
Blesilla, exi foras. quae uocata surrexit et egressa cum
domino uescitur. Iudaei minentur et tumeant, quaerant occi-
dere suscitatam, soli apostoli glorientur: scit se uitam suam
ei debere, cui credidit; scit se eius amplexare pedes, cuius
3 paulo ante iudicium pertimescebat. corpus paene iacebat exa-
nime et anhelos artus mors uicina quatiebat. ubi tunc erant
auxilia propinquorum, ubi uerba omni inaniora fumo? nihil
tibi debet, o ingrata cognatio, quae mundo periit et Christo
reuixit. qui Christianus est, gaudeat; qui irascitur, non esse
se indicat Christianum.

3. Uidua, quae soluta est uinculo maritali, nihil necesse habet nisi perseuerare. at scandalizat quempiam uestis fuscior:

1 cf. Gen. 49, 27 cf. Ps. 67, 28 cf. Act. 9, 3 sqq. 7 cf. Marc. 5, 40—42 etc. 8 cf. Ioh. 11, 39 9 cf. Ioh. 11, 44 10 cf. Ioh. 11, 33. 38 11 *Ioh. 11, 43 cf. Ioh. 11, 44 12 cf. Ioh. 12, 2 cf. Ioh. 12, 10

1 ut uideat *s. l. m2 B* 4 mi sancta *N* blisellam *D* blaesillam *ς* uidemus *LDB* 5 ardorem *D* (*corr.*), *N* ferme *s. l. m2 B* estuare *L* exestuare *D* 7 et] *s. l. N, om. LП* Iesus *om. D* 8 ministrabat *N* 9 fasceis *Пa.r.* fascis *Ba.c.m2* fascibus *LD* sepulcro *D* 10 infremuit *D* clamabat *N* 11 blexilla *D* exi] ueni *B* et *s. l. m2 B* egressa est *N* 12 mirentur *LB* querunt *N* 13 suscitatum *N* scit se] scisse *LD* 14 cui] qui *N* reddidit *ПN* amplexari *ς* 15 corpus—quat. *om. N* iacebat pene *L* 17 omni *om. N* 18 debet o] debeto *L* debito *D* cognitio *Ba.c.m2* cogitatio *D* perierat *N* et *om. N* 19 se esse *DB* 21 mortali *N* 22 at] an *N, om. D*

scandalizet Iohannes, quo inter natos mulierum maior nullus
fuit. qui angelus dictus ipsum quoque dominum baptizauit,
qui camelorum uestitus tegumine zona pellicia cingebatur. cibi
displicent uiliores: nihil uilius est locustis. illae Christianos 2
oculos potius scandalizent, quae purpurisso et quibusdam fucis
ora oculosque depingunt, quarum facies gypseae et nimio candore deformes idola mentiuntur, quibus si forte inprouidens lacrimarum stilla eruperit, sulco defluit, quas nec numerus annorum potest docere, quod uetulae sunt, quae capillis alienis uerticem instruunt et praeteritam iuuentutem in rugis anilibus poliunt, quae denique ante nepotum gregem trementes uirgunculae conponuntur. erubescat mulier Christiana, si naturae cogit decorem, si carnis curam facit ad concupiscentiam, in qua qui sunt, secundum apostolum Christo placere non possunt.

4. Uidua nostra ante monilibus ornabatur et die tota, quid
sibi deesset, quaerebat ad speculum; nunc loquitur confidenter:
nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur a gloria in
gloriam, quasi a domini spiritu. tunc crines ancillulae 2
disponebant et mitellis crispantibus uertex artabatur innoxius;

1 cf. Matth. 11, 11 2 cf. Matth. 11, 10 etc. cf. Matth. 3, 13—16 etc. 3 cf. Matth. 3, 4 4 cf. Matth. 3, 4 14 cf. Rom. 8, 8 18 *II Cor. 3, 18

1 quo] cui *N* natus *L* null. mai. *N* 2 fuit dictus *L* 3 quia *D* uestitur *N* tegimine *N* tegmine *ΠDB* pellicea *ς* 4 est *om. B* lucustis *D* illa *LD* 5 scand. pot. *D* purporisso *D* fuscis ora *D* fusciora *L* 6 oculosque] et oculos *B*, *om. N* epingunt *B* 7 inprouidis *N* 8 stille (stilla *Np.c.*) ruperit *LN* numerum *Na.c.* 9 dicere *Na.c.m2* sint *N* 10 uertice *N* struunt *DNB* analibus *Na.c.* 11 polluunt *N* ante *om. N* trementes *s. l. B* uirgulae *L* 12 erubescant *N* naturam *D* 13 cur. carnis *B* ad] in *D* 14 qui] que *Np.c.m2* 16 munilibus *L* morosius *N* 17 conf. loq. *N* 18 autem *om. D* omnes *om. B* faciem *Na.r.* glor. dom. *in ras. N* dei *B* 19 eadem *D* 20 quasi] sic (*s. l. add.* ud *m2*) *N* a *om. L* ancillae *D* 21 metellis *N* mitrellis *B* uertix *L* arbatur *Π* innoxiis *Na.c.m2*

nunc neglectum caput scit sibi tantum sufficere, quod uelatur.
illo tempore plumarum quoque dura mollities uidebatur et in
extructis toris iacere uix poterat; nunc ad orandum festina
consurgit et modulata uoce ceteris 'alleluia' praeripiens prior
3 incipit laudare dominum suum. flectuntur genua super nudam
humum et crebris lacrimis facies psimithio ante sordidata pur-
gatur. post orationem psalmi concrepant et lassa ceruix, popli-
tes uacillantes in somnumque uergentes oculi nimio mentis
ardore uix inpetrant, ut quiescant. pulla est tunica: minus,
cum humi iacuerit, sordidatur. soccus uilior: auratorum pre-
4 tium calceorum egentibus largietur. cingulum non auro gem-
misque distinctum est, sed laneum et tota simplicitate puris-
simum et quod possit adstringere magis uestimenta quam
scindere. si huic proposito inuidet scorpius et sermone blando
de indebita rursum arbore comedere persuadet, inlidatur ei pro
solea anathema et in suo morienti puluere dicatur: uade retro,
satanas, quod interpretatur 'aduerse'; aduersarius quippe Christi
est antichristus, cui praecepta displicent Christi.

5. Oro te, quid tale umquam, quale apostoli, fecimus, ut merito scandalizentur? patrem senem cum nauicula et rete dimittunt; publicanus a teloneo surgit et sequitur saluatorem; uolens discipulus reuerti domum et suis ante renuntiare magistri uoce prohibetur; sepultura non datur patri et pietatis

1 cf. I Cor. 11, 5—6 14 cf. Gen. c. 3 16 *Marc. 8, 33. cf. Matth. 16, 23 20 cf. Matth. 4, 22 etc. 21 cf. Matth. 9, 9 etc. 22 cf. Luc. 9, 61—62 23 cf. Matth. 8, 21—22 etc.

3 exstructis *Π* structis *N* thoris *ΠB* totis *D* loris *N* 4 mod.] tinnula *NB* 6 psimithio *N* psinnitio *B* psizmitio *L* psyzmitio *D* spizmitio *Π* sordida *Π* 7 oratione *N* laxa *N* poplite *N* 9 est *om.* *ς* 11 largiemur *B* largiemus *N* largitur *ς* 13 mag. adstr. *ς* abstringere *D* quam uest. *B* 14 si quis *N* praeposito *D* scorpius] scorpio sit *N* 15 indebita *LD* uetita *cet.* rursus *N* illidatur *N* illi datur *B* 16 sole *D* salue *Bp.c.m2* puluere] pure *N* retro me *Π* 17 satana *N* sathana *B* 18 est] est et *Π* (et *eras.*), *B* anticristus *L* 20 scandalizetur *B* reti *ς* 21 dimittuntur *L* theloneo *LB* 22 antea *N* nuntiare (-c- *B*) *LNB*

genus est inpium esse pro domino. nos, quia serica ueste non 2
utimur, monachi iudicamur, quia ebrii non sumus nec cachinno ora dissoluimus, continentes uocamur et tristes. si tunica non canduerit, statim illud e triuio: 'inpostor et Graecus est'. cauillentur uafriora licet et pingui aqualiculo farsos circumferant homines: Blesilla nostra ridebit nec dignabitur loquacium ranarum audire conuicia, cum dominus eius dictus sit Beelzebub.

XXXIX.

AD PAULAM DE MORTE BLESILLAE.

1. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum, et plorabo — non, ut Hieremias ait, uulneratos populi mei nec, ut Iesus, miseram Hierusalem, sed plorabo — sanctitatem, misericordiam, innocentiam, castitatem;

2 spiritui sancto non fecit iniuriam. si autem Christum negando negauit et spiritum, edisserat hereticus, quomodo non peccet in spiritum, qui filium hominis denegarit. aut si spiritum sanctum hoc loco intellegendum patrem putat, patris nulla est a negatore mentio facta, cum negaret. Petrus apostolus eo tempore, cum ancillae interrogatione perterritus dominum nega-

1 cf. Matth. 12, 25—29 etc. 9 cf. Matth. 12, 24 etc. 23 cf. Matth. 26, 69—74 etc.

1 salu. noster ς 2 a sat. (-nan *AD* -nam *Πa.r.*) eici sat. *AΠD* satanā eici a satana (-nā *a.r.*) *B* 3 non esse] non est *A* esse *in ras. 8 litt. m2 B* studium *add. in mg. B* 4 pot. esse ς 8 sed] se *D* 9 beelzebub *Π* esse] fuisse ς 10 in (*s. l.*) sanct. sp. *B* 12 respondeat *B* 14 ego—blasphemasse *in mg. B* 15 negauer̄ *B* 16 et *s. l. m2 B* in *s. l. m2 B* spiritu sancto *A* 17 et] *add.* non (*del.*) *B* 18 responderet *A* 19 fecerit *Π* facit ς 20 et *om. B* edixerat *A* (*corr.* et dix. *m2*) non *s. l. B* 21 *pr.* spiritu *AΠD* denegauerit ς 22 in hoc *B* patr. int. *B* 23 facta mentio *B* negare *A* 24 cum] cum ad *B* quo ς interrogationem *B*

uit, in filium hominis an in spiritum sanctum uidetur com-
misisse peccatum? si id, quod ait: nescio hominem, ridi- 3
cule uoluerit interpretari non Christum eum negasse, sed ho-
minem, mendacem faciet saluatorem, qui se, hoc est filium
dei, negandum esse praedixerat. si autem negauit filium dei,
unde et amare fleuit et trinam negationem trina postea con-
fessione deleuit, manifestum est peccatum in spiritum sanctum
id non posse dimitti, quod habeat blasphemiam, ut, cum uideas
in uirtutibus deum, Belzebub calumnieris in factis. doceat 4
igitur aliquem negatorem Belzebub uocasse Christum, et ultro
referam gradum negatorem non posse ueniam consequi. aliud
est tormentis cedere et se Christianum negare, aliud Christum
diabolum dicere, sicut tibi ipsa scriptura atque contextus ad-
tentius lecta poterunt demonstrare.

3. Fuerat quidem prolixius disserendum, sed quoniam et amicis, qui ad nostrum hospitiolum conuenerunt, praesentiam nostram negare non possumus et tibi non statim respondere admodum uisum est adrogantis, latam disputationem breui sermone conprehendimus, ut non tam epistulam quam commentariolum dictaremus.

2 *Matth. 26, 72 etc. 4 cf. Matth. 26, 34 etc. 6 cf. Matth. 26, 75 etc.

1 *alt.* in *s. l.* *ΠB* spiritu sancto *A* 2 rid.—hominem *in mg.* *B* 5 si—dei *in mg.* *B* 8 id] ideo *ς* ut] et *B* 9 beelzebub *Π* 10 negatorum *B* Belz.—negat. *in mg.* *B* beelzebub *ΠB* 11 uen. non posse *B* consequi] *add.* post ruinam *B* quia aliud *B* 13 lecta attentius *ς* 14 potuerunt *B* 15 et (*s. l.*) am. *Π* am. et *ς* 16 nostra *D* 17 et—resp. *B* ut—responderem *cet.* non statim] statim *Ba.c.* statim non *Bp.c.* 19 epistola *A*

XLIII.

AD MARCELLAM.

1. Ambrosius, quo chartas, sumptus, notarios ministrante tam innumerabiles libros uere Adamantius et noster Χαλκέντερος explicauit, in quadam epistula, quam ad eundem de Athenis scripserat, refert numquam se cibos Origene praesente sine lectione sumpsisse, numquam uenisse somnum, nisi e fratribus aliquis sacris litteris personaret, hoc diebus egisse uel noctibus, ut et lectio orationem susciperet et oratio lectionem.

2. Quid nos, uentris animalia, tale umquam fecimus? quos si secunda hora legentes inuenerit, oscitamus, manu faciem

H = *Monacensis lat. 6299 s. VIII—IX.*
F = *Veronensis XVI. 14 s. IX.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
𝔅 = *Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
N = *Casinensis 295 s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 incipit alius (*sc.* liber) *H* hieronimus marcell(a)e *FJ,Σa.c.* hieronimus (item *D*) ad marcellam de urbe secedendum *ΠD,B* (secedendi), hieronimus ad marcellam 𝔅,*Σp.c.*, *titulo caret N; Hieronymi nomen exhibent tituli in FJΠΣ𝔅B* 3 quod *FJ* quoque *H* charta *N* carta *H; add.* et *m2F* sumptos *JΣ,𝔅a.c.m2* sumpta *H* notarius *F,Da.c.* notario *HN* 4 libros] *add.* ut *H*, *add.* origenis ediderit *s. l. m2F* et n. Χαλκ. *om. H* chalcenterus nost. ς ΧΑΛΚΕΝΤΕΡΟC *N* calcenteros *F,Σa.c.* chalcenterus (u *ex* o) *J* calcenterus *cet.* expl.] *add.* calcenteros *F,Σ* (*eras.*), *add.* chalcenterus *J* 5 in quad.] inquam *F,Σa.c.* epistu(o)lam *F,Σa.r.* de] *in mg. Σ, om. F* 6 se *s. l. m2* 𝔅 cibum *DB,Σp.c.* 7 lectionem *FΣa.r.* numquam] non *N* uenisse (*del. m2*) *B* uenisset *FΣa.r.* uenisse in (*s. l. m2*) 𝔅 inisse ς somnium *DB,Σa.r.* e *H* ef *FJ* unus (*s. l. Σ*) e *cet.* 8 aliquis *HFJ,Σa.c.* aliquid (*s. l. add.* de) *Σp.c., om. cet.* litt.] scripturis *FJΣ* personasset *H* gessisse *H* 9 uel] et ς et *utroque loco om. H* lectionem *H* orationem *om. H* exciperet ς 10 quod *H* umq.] eum quam *H* quos] quod *FJ* 11 si *s. l. Σ* si uel ς ora *H,Σa.c.m2* manus *Fa.c.* facie *H*

defricantes continemus stomachum et quasi post multum labo-
rem mundialibus rursum negotiis occupamur. praetermitto
prandia, quibus onerata mens premitur. pudet dicere de fre-
quentia salutandi, qua aut ipsi cotidie ad alios pergimus aut
ad nos uenientes ceteros expectamus. deinceps itur in uerba, 2
sermo teritur, lacerantur absentes, uita aliena describitur et
mordentes inuicem consumimur ab inuicem. talis nos cibus et
occupat et dimittit. cum uero amici recesserint, ratiocinia sub-
putamus. nunc ira personam nobis leonis inponit, nunc cura
superflua in annos multos duratura praecogitat, nec recordamur
euangelii dicentis: s t u l t e, h a c n o c t e r e p e t u n t a n i m a m
t u a m a t e; q u a e a u t e m p r a e p a r a s t i, c u i u s e r u n t?
uestes non ad usum tantum, sed ad delicias conquiruntur. ubi- 3
cumque conpendium est, uelocior pes, citus sermo, auris ad-
tentior; si damnum, ut saepe in re familiari accidere solet,
fuerit nuntiatum, uultus maerore deprimitur. laetamur ad
nummum, obolo contristamur. unde, cum in uno homine ani-
morum tam diuersa sit facies, propheta dominum deprecatur

7 cf. Gal. 5, 15 11 *Luc. 12, 20

1 fricantes *N* 2 mundalibus *Π* mutilamus *D* mutilatis *in ras. m2B* 3 mens om. *ΠDB*,*𝔅p.c.* de freq.] frequentiam *DB* 4 quia *H* quas *FJ*,*Σ* (s *eras.*) qui *D* aut ipsi] ut (*corr. m2*) dixi (*corr.*) *B* ad *om. H* aut (t *ex* d) ad (*s. l.*) *B* perg.] peregrinos *H* 5 igitur *HFJ*,*Σa.r.𝔅 in mg. m2* in] ad *DB* 6 abs. lac. *𝔅a.c.* 7 mergentes *Fa.c.m2* consumitur *H* tales *HΠ𝔅N* ci(y)bos *FΣ𝔅a.c.* et *om. DB* 8 demittit *H* raciotinia *ΠB* 9 iram *FJΣa.r.* nob. pers. leon. *B* pers. leon. nob. *ς* inponet *H*,*𝔅a.c.m2* inducit *D* 10 superfluuia *J* multos] plurimos *ΠDB* durata *𝔅a.c.m2* praecogitur *H* recordemur *H* 11 ac *DB*,*J𝔅Na.c.m2* an. tuam rep. *Σ* repetent *Fp.c.m2* auferent *ΠDB* anima tua *H* 12 autem *om. ΠB* parasti *H* 13 uestis *H𝔅* non *s. l. m2 F* us. tant.] sumtandum *H* sustentandum *𝔅a.c.m2* usus tantum *Π*,*𝔅p.c.m2N* *alt.* ad *s. l. m2 N* conqueruntur *DN* conquiritur *H* 14 uelocius *FJ*,*Σa.c.N* pes citius *H* percitus *𝔅a.c.m2* pergitur *N* 15 accedere *H𝔅D* 16 nuntiatus *J*,*FΣa.c.* adnuntiatum *Π* maer.] memore *F* depremitur *FN* depraemitur *J𝔅* premitur *H* deprimimus *D* deprimimur *B* 17 amisso obolo *B* unde—anim. *om. H* animarum *FJN*,*Σa.c.m2* 18 cum sit *H* proph. dom.] audi quid dom. proph. *H* deum *FΣN*,*Jp.r.* precatur *𝔅a.c.m2*

dicens: domine, in ciuitate tua imaginem eorum
4 dissipa. cum enim ad imaginem et similitudinem dei conditi sumus, ex uitio nostro personas nobis plurimas superinducimus. et quomodo in theatralibus scaenis unus atque idem histrio nunc Herculem robustus ostentat, nunc mollis in Uenerem frangitur, nunc tremulus in Cybelen, ita et nos, qui, si mundi non essemus, odiremur a mundo, tot habemus personarum similitudines, quot peccata.

3. Quapropter, quia multum iam uitae spatium transiuimus fluctuando et nauis nostra nunc procellarum concussa turbine, nunc scopulorum inlisionibus perforata est, quam primum licet, quasi quendam portum secreta ruris intremus. ibi cibarius panis et holus nostris manibus inrigatum, lac, deliciae rusticanae, uiles quidem, sed innocentes cibos praebeant. ita uiuentes non ab oratione somnus, non saturitas a lectione reuocabit.
2 si aestas est, secretum arboris umbra praebebit; si autumnus, ipsa aeris temperies et strata subter folia locum quietis ostendit. uere ager floribus depingitur et inter querulas aues

1 *Ps. 72, 20 2 cf. Gen. 1, 26—27 6 cf. Ioh. 15, 19

1 imagines 𝔅*N* 3 simus *ΣB* 4 schenis *FJB* cenis *D* caenis *H* unus] mimus *H* idem *om. H* strio *D* instrio *FJ,Σa.c.* ystrio *Σp.c.* 5 rob.] *add.* histrio (*exp.*) *B* robustum *Σ* ostendit *DB* mollis in] in molem *H* molles *Σa.c.* mollibus *DB* inuenirem *F* 6 cibelē (cibel *in ras. m2*) *B* cybelenus (us *eras.*) *N* cybebe *D* cibeben 𝔅 cymbalum *H* ita *om. H* quae si *F* si *H* inmundi 𝔅 de (in *Π*) mundo *Π,DB,Σp c.* non *s. l. Σ* 7 oderemur *H* pers.] peccatorum *D* 8 quod et *H* 9 multa—spatia *DB* transimus *Ha.c.m2* transmisimus *ς* 10 turbidine *D* 11 forata *H* quam] nunc *H* cum *ς* licet *om. H* 12 quaedam portus *DB* portum quendam *ς* secreti *N* ruris] turi *H* inibi *DB* cibarios *D* cibariis *N* 13 panes *DB* nostris *om. H* et lac *ς* 14 praeb. cib. *H* praebent *DB,Σp.r.* praebeat *Na.c.* 15 ab or. non 𝔅*a.c.m2* non ab or. non *Π* *alt.* non] nec *ΠDB* nos *FJa.c.*, *add.* nec *s. l. m2 Σ* reuocauit *HD,FJΣa.c.* 16 aestus *ΠDB* umbram *D* praebet *Π*𝔅 autem unus *Fp.c.* 17 et] sed *N* strata] tracta *F* substrata *N* 18 ostendunt *FJΠΣ*𝔅*,Bp.c.m2* ostendet *N* ostendent *ς* uere] uiret *N* dep. fl. *Π*𝔅 depinguetur *F* -getur *JΣa.c.* pingitur *ς*

psalmi dulcius decantabuntur. si frigus fuerit et brumales
niues, ligna non coemam: calidius uigilabo uel dormiam, certe,
quod sciam, uilius non algebo. habeat sibi Roma suos tumul- 3
tus, harena saeuiat, circus insaniat, theatra luxurient et, quia
de nostris dicendum est, matronarum cotidie uisitetur senatus:
nobis adhaerere deo bonum est, ponere in domino spem nostram,
ut, cum paupertatem istam caelorum regna mutauerint, erum-
pamus in uocem: quid enim mihi restat in caelo et
a te quid uolui super terram? quo scilicet, cum tanta
reppererimus in caelo, parua et caduca quaesisse nos doleamus
in terra.

6 cf. Ps. 72, 28 8 *Ps. 72, 25

1 decant. *H* cant. *cet.* brumalis niuis *𝔅a.c.m2D* prunales *H* bruinales *Fa.c.m2* 2 coem.—alg.] deerant *H* emam *Σa.c.m2D* et cal. ς 3 scimus *N* uillius *FΣa.c.* billius *Ja.c.* illius *FJp.c.* agebo *D* tumultos *H,FΣa.c.* tumulus *Ja.c.* 4 har. saeu.] habeat harenam *H* arena *FΣB* circum *H* insaniet *D* theatra ipsa *H* luxoriant *Fa.c.m2* luxuriant *Σ* (*ex* -oriat *m2*) 5 cot. matr. *DB* 6 deo] domino *D* bonum est *s. l. m2 Σ*, *om. FJ* et ponere ς domino *Π,𝔅p.c.m2N* dominum *H* deo *D,𝔅a.c.m2* domino deo *JB* domino deo nostro *FΣ* 7 ut] et *Σp.c.m2𝔅* mutuauerint *Fp.c.m2* 8 uoce *J* uoce dicentes *N* restat] erat *Π𝔅* est *DB* 9 quid] quod *B* q; *H* quos scilicet *D* quos licet *N* repperimus tanta *B* tanta] stati *H* 10 rep(p)ererimus *Fp.c.m2Σp.c.Π,𝔅a.c.m2* rep(p)eriremus *J,Fa.c.m2Σa.c.𝔅p.c.m2N* resperiremus *H* repperimus *DB* reperiamus ς in terra parua nos et cad. quaes. dol. *𝔅* in terra nos dol. *Π* 11 terra] *add.* uale (*om. Σ*) *sequentibus ep. XLVI capp. 10 et 11 usque ad* cantiones *et* uale explicit (uale expl. *om. B* expl. *om. Σ*) *Π,Σ* (*alia manu*), *DB*

XLIV.

AD MARCELLAM.

1 Ut absentiam corporum spiritus confabulatione solemur, faciat unusquisque, quod praeualet. uos dona transmittitis, nos epistulas remittimus gratiarum, ita tamen, ut, quia uelatarum uirginum munus est, aliqua in ipsis munusculis esse mysteria
2 demonstremus. saccus orationis signum atque ieiunii est; sellae, ut foras pedes uirgo non moueat; cerei, ut accenso lumine sponsi expectetur aduentus; calices mortificationem carnis ostendunt et semper animum ad martyrium praeparatum — calix quippe domini inebrians perquam optimus —; quod autem et matronis offertis muscaria paruis animalibus uentilanda, procul ab illis abesse debere luxurias, quae cito cum isto interiturae mundo oleum uitae suauioris exterminant. hic

8 cf. Matth. 25, 1—12 10 *Ps. 22, 5 14 cf. Eccle. 10, 1

L = *Coloniensis 35 s. IX.*
Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
N = *Casinensis 295 s. X.*
q = *Palatinus lat. 173 s. XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad marcellam de muneribus (munusculis *L*) *LΠDq*, *titulo caret N* ad marcellam loquens ad eam de scriptis suis et de muneribus illius *B*; *Hieronymi nomen exhibent codd. praeter N* 3 absentia *LΠD* solemur (consolemur *s. l. m. rec.*) *N* 4 facit *ς* 5 remitamus (*sic*) *B* qui *L* 6 est *s. l. B* aliquid *N* mysterii *N* 7 saccos *L* stelle *q* 8 uirgo pedes *N* 10 animam—praeparatam *N* ad *s. l. B* 11 perq. opt.] quam praeclarus (*add.* est *ς*) *Dς* perquam (per *eras.*) *B* obtimus *LΠB* 12 aut.] *add.* solent *N* off. musc. *scripsi* off. musc. parua *ς* offerre muscaria *N* offerimus paria (rimus paria *in ras. 12—13 litt. m2B*) *cet.* uentilandā (ndā *in ras. m2*) *B* euentilandis *ς*; *add.* elegans interpretatio (significatio *ς*) est *Nς* 13 procul—abesse *N*, *om. cet.* debere *in ras. 9 litt. m2 B*, *om. N* lux.—mundo] luxuriam cito restinguere (restringere *B*) quia muscae moriturae *DB* (*cf. Eccle. 10, 1*) luxuriam scito restringuere quae cito cum isto interitura mundo *q* luxoriasque *L* 14 inter.] morituro *N* uit. suau.] uitae suauis odoris *N* suauitatis *DB* (cito—suauitatis *in ras. 56—57 litt. m2 B*) exterminat *q*

typus uirginum, haec figura sit matronarum. nobis autem, in 3
peruersum licet, munera uestra conueniunt: sedere aptum est otiosis, in sacco iacere paenitentibus, calices habere potantibus, licet et propter nocturnos metus et animo semper malo conscientiae formidante cereos quoque accendisse sit gratum.

XLV.

AD ASELLAM.

1. Si tibi putem a me gratias referri posse, non sapiam. potens est deus super personam meam sanctae animae tuae restituere, quod meretur. ego enim indignus nec aestimare umquam potui nec optare, ut mihi tantum in Christo largireris
adfectum. et licet me sceleratum quidam putent et omnibus 2
flagitiis obrutum et pro peccatis meis etiam haec parua sint,

4 cf. Cant. 3, 8. Ps. 90, 5

1 typus sit *D* figura] futura *N* sit *om. D* nobis autem *N*, *om. cet.* in peru. non lic. *D* lic. in peru. ς 2 conueniant *D,B* (con *et* ia *in ras. m2*) 4 *pr.* et *om. N* animo *q* anima *Na.c.* animos *D* animus *LII* animum *Np.c.B* 5 malum *D* mala *B*, *om. N* conscientia *Bp.c.* formidantem *NB* formidantes *D* quoque] que *D* 6 gradum *N*

G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII.*
K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
N = *Casinensis 295 s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

8 ad (*s. l.*) asellam deo gratias. dominae sanctae et uenerandae matri aselle hieronimus *G* ad asellam puellam dei; *s. l. add.* de fictis amicis eorum qui sibi detrahunt *K* ad as(s)ellam de fictis amicitiis (amicis *B*) qui sibi detrahunt (*ex* -hit *Σ* detrahebant *D*) *ΣDB* dominae sanctae et uenerande matri asellae hieronimus de fictis amicis *N*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in GΣDN* 9 grat. a me ς 10 est enim *K* persona mea *ΣB* 11 quae *K* existimare *N* 14 etiam *om. N* hec *in ras. m2 B* sunt *N*

tamen tu bene facis, quod ex tua mente etiam malos bonos putas. periculosum quippe est de seruo alterius iudicare et non facilis uenia praua dixisse de rectis. ueniet, ueniet illa dies, et mecum dolebis ardere non paucos.

2. Ego probrosus, ego uersipellis et lubricus, ego mendax
et satanae arte decipiens! quid est astutius, haec uel cre-
didisse uel finxisse de insontibus, an etiam de noxiis credere
noluisse? osculabantur mihi quidam manus et ore uipereo detra-
hebant; dolebant labiis, corde gaudebant: uidebat dominus et
subsannabat eos et miserum seruum suum futuro cum eis
2 iudicio reseruabat. alius incessum meum calumniabatur et risum,
ille uultui detrahebat, haec in simplicitate aliud suspicetur. paene
certe triennio cum eis uixi; multa me uirginum crebro turba
circumdedit; diuinos libros, ut potui, nonnullis saepe disserui;
lectio adsiduitatem, adsiduitas familiaritatem, familiaritas fidu-
ciam fecerat. dicant, quid umquam in me aliter senserint,
quam Christianum decebat? pecuniam cuius accepi? munera
uel parua uel magna non spreui? in manu mea aes alicuius
insonuit? obliquus sermo, oculus petulans fuit? nihil mihi
aliud obicitur nisi sexus meus, et hoc numquam obicitur,
3 nisi cum Hierosolyma Paula proficiscitur. esto: crediderunt

2 cf. Rom. 14, 4 10 cf. Ps. 2, 4

2 putes *N* 3 dies illa *ΣB; add.* in qua *ς* 4 mec. pariter *G* ardore non pauco (paucos *Na.r.*) *Σ in mg., D,Np.r.* 5 et] ego *Ka.c.* 6 et] ego *K* quid enim *N* est tutius *B* tutius est *N* istas astutias (aust- *Σ*) *ΣD* haec *om. N* credisse *Σa.c.D* 8 osculabant *D* michi man. quid. *B* quid. mihi man. *ΣD* 9 uid.] ridebat *Engelbrecht coll. Ps. 2, 4* 10 eos *GK* illos *cet.* miserum *GK, add.* me *cet.* seru. suum *om. N* in futuro *G* cum eis futuro *N* illis *K* 11 aliud *D* calumnietur *Ka.c.m2* -ebatur *Kp.c.m2* 12 uultus *N* detrahat *K* haec *G* hic *cet.* suspicentur *D* -cabatur *ΣNB* 13 triennium *ΣD* cum eis *s. l. m2 Σ* illis *K* turba crebro *Σ* 14 nonnullos *N* 16 dicant *s. l. K* quid umq.] quamquam *G* in me *om. GΣ* 17 cuiusquam *ΣDNB* 18 uel m. uel p. *K* 19 sonuit *N* oblicus *GN,Σa.c.m2* 20 aliud *om. N* nisi] ni *G* obiceretur *Σ* (*ex* obicetur), *D* 21 hierusolimam *Σ* (-ro- *m2*), *N* hierisolimis *K* iherosolimam *B* proficisceretur *G* isto *D* et sicut *B* crediderint *Ka.c.* crederent *G*

mentienti; cur non credunt neganti? idem est homo ipse, qui fuerat: fatetur insontem, qui dudum noxium loquebatur; et certe ueritatem magis exprimunt tormenta quam risus, nisi quod facilius creditur, quod aut fictum libenter auditur aut non fictum, ut fingatur, inpellitur.

3. Antequam domum sanctae Paulae nossem, totius in me urbis studia consonabant. omnium paene iudicio dignus summo sacerdotio decernebar; beatae memoriae Damasi os meus sermo erat; dicebar sanctus, dicebar humilis et disertus. numquid domum alicuius lasciuioris ingressus sum? numquid me uestes sericae, nitentes gemmae, picta facies, auri rapuit ambitio? nulla fuit Romae alia matronarum, quae meam posset domare 2 mentem, nisi lugens atque ieiunans, squalens sordibus, fletibus paene caecata, quam continuis noctibus domini misericordiam deprecantem sol saepe deprehendit, cuius canticum psalmi sunt, sermo euangelium, deliciae continentia, uita ieiunium. nulla me alia potuit delectare, nisi illa, quam manducantem numquam uidi; postquam eam pro suae merito sanctitatis uenerari, colere, suspicere coepi, omnes me ilico deseruere uirtutes.

4. O inuidia primum mordax tui! o satanae calliditas semper sancta persequens! nullae aliae Romanae urbi fabulam praebuerunt, nisi Paula et Melanium, quae contemptis facultatibus

1 credant *K* credent *B* idem *ex* id *Σ*, *ex* dem *G* 2 fatebatur *N* 3 mag. uer. *G* risum *G* 4 credetur *G* *pr.* aut] autem *G* fictus *D* 5 inp.] ante componitur *N* 8 dec.] iudicabar (u *s. l.*) *K* damasi (damasei *Ga.r.*) os *GK* damasus *cet.; cf. Hieron. uit. I:* os Damasi sacerdotis *et uit. II:* os Damasi papae 9 dicebat *utroque loco D* dissertus *Ga.r.,ΣD* 10 uestis *G* 11 nitentis gemma *G* 12 romae aliqua *Kp.c.m2* alia romae *DN* aliqua romae *ΣB* matrona *G* possit *K* domare *GK* edomare *cet.* 14 necata *B* mis. dom. *Kp.c.m2ς* 16 sunt *om. ς* 17 pot. alia *Σ* pot. aliqua *DN,Ba.c.m2* pot. aliquando *Bp.c.m2* delectari *Σp.c.* illam *D*, *om. Ka.c.m2* 18 uidi] *add.* nisi *K* *add.* sed *ΣD,B* (sed *cum* post *in ras. m2*) castitatis *ΣD* 19 suscipere *ΣNB* omne *D* 22 perquirens *N* aliae] italiae *N* urbis *GΣDN* praebuerint *Σa.c.D* 23 paulae *D* melanium *ς* -nias *Ka.c.* -nia (*alt.* a *in ras. 2 litt.*) *Σ* -nius *cet.*

pignoribusque desertis crucem domini quasi quoddam pietatis leuauere uexillum. Baias peterent, unguenta eligerent, diuitias et uiduitatem haberent, materias luxuriae et libertatis, domnae uocarentur et sanctae: nunc in sacco et cinere formonsae uolunt uideri et in gehennae ignis cum ieiuniis et pedore descendere. uidelicet non eis licet adplaudente populo perire
2 cum turbis. si gentiles hanc uitam carperent, si Iudaei, haberem solacium non placendi eis, quibus displicet Christus; nunc uero — pro nefas! — nomine Christianae praetermissa domûm suarum cura et proprii oculi trabe neglecta in alieno festucam quaerunt. lacerant sanctum propositum et remedium poenae suae arbitrantur, si nemo sit sanctus, si omnibus detrahatur, si turba sit pereuntium, multitudo peccantium.

5. Tibi placet lauare cotidie, alius has munditias sordes putat; tu attagenam ructuas et de comeso acipensere gloriaris, ego faba uentrem inpleo; te delectant cachinnantium greges, Paulam Melaniumque plangentium; tu aliena desideras,

10 cf. Matth. 7, 3 etc.

1 pigneribusque *Σ* crucis *K* quasi *s. l. Σ* quondam *Σa.c.D* 2 leuare *Σa.c.* uexillo *N* balneas *ΣD,NBp.c.m2* 3 *pr.* et] simul et *N* materies *ΣDN* materiam *Bp.c.m2* materiem *ς* *alt.* et *GK, om. cet.* liberales *Bp.c.m2* domnae *Ka.c.m2* dominae *GΣD* domnolae *Kp.c.m2* domnulae *NB* 4 formosae *Σp.r.DNB* 5 in *s. l. m2 B, om. N* gehennam *GΣ,Bp.c.m2* gehenna *D* ignis (*acc. plur.*)] igni *Ba.c.m2* pudore *G* foetore *Σ* (t *ex* d) 6 ei *K* plaudente *NB* 7 *alt.* si] siue *K* habere *G* haberent *ΣDN* 8 plangendi *G* 9 proh *B* nefas est *G* *omines *B* homines *ς* christiano *Σ* -ani *Bp.c.m2ς* praetermissam *G* domo *ΣDB* domorum *N* 10 suorum *N,Bp.c.m2* curam *G,Σa.r.* aliena *G; add.* oculo *ΣDB* 11 quaerant *K* suae penae *B* 12 sanctus sit *N* detrahantur *N* 13 si mult. *ς* 14 lauari *K* labare *G* 15 attagenam *scripsi* adtaginin *K* (*ex* ad laginam *m2*) attagenas *G* attagen *B* adtaginem *cet.* attagenem *ς* ructuas *N* ructuans *K* eructuas *B* ructas *cet.* de *om. G* comesto *N* camaesa id est uestimentum *G* acipensere *ς* accipiens aere (*corr.* ansere *m2*) *K* accipiens *G* accipiens egregiae (-ie *Σp.r.*) *ΣD* ansere *N*, *post ras. 4 litt.* ansere (a *in ras. m2*) *B* 16 fabam *K* uentrem] *add.* meum *K* cacc(c *K,Σp.r.N*)inn(n *Ga.c.D*)antium *GKΣDN* 17 paula *D* me paula *ς* melaniamque *Σ* plangentes *ς*

illae contemnunt sua; te delibuta melle uina delectant, illae
potant aquam frigidam suauiorem; tu te perdere aestimas,
quidquid in praesenti non hauseris, comederis, deuoraris, et
illae futura desiderant et credunt uera esse, quae scripta sunt.
esto: inepte et aniliter, quibus resurrectio persuasit corporum; 2
quid ad te? nobis e contrario tua uita displicet. bono tuo
crassus sis, me macies delectat et pallor; tu tales miseros
arbitraris, nos te miseriorem putamus. par pari refertur sen-
tentia: inuicem nobis uidemur insani.

6. Haec, mi domina Asella, cum iam nauem conscenderem,
raptim flens dolensque conscripsi et gratias ago deo meo,
quod dignus sum, quem mundus oderit. ora autem, ut de
Babylone Hierosolyma regrediar nec mihi dominetur Nabu-
chodonosor, sed Iesus, filius Iosedech; ueniat Hesdras, qui
interpretatur 'adiutor', et reducat me in patriam meam. stultus 2
ego, qui uolebam cantare canticum domini in terra aliena et
deserto monte Sion Aegypti auxilium flagitabam. non recorda-
bar euangelii, quod, qui Hierusalem egreditur, statim incidit

13 cf. Hier. 29, 1 14 cf. I Esdr. 3, 2 cf. I Esdr. cap. 7 16 cf. Ps. 136, 4 17 cf. Esai. 31, 1 18 cf. Luc. 10, 30—35

1 *pr.* illi *Bp.c.m3* *alt.* illi *Bp.c.m3* 2 te *om. G* perdere ea *ΣD* existimas *ΣDN* putas *K* 3 hauseris *scripsi* auseris *K* auxeris *G* habueris (-rit *Ba.c.*) *cet.* deuorau(b *D*)eris *ΣD* et *GK, om. cet.* 4 illi *Bp.c.m3* considerant *N* 5 aniliter *G* inaniter *cet.* res. pers. corp. *G* res. (*add.* corporum *s. l. m2*) suasit (*corr.*) *K* res. corp. pers. *cet.* 6 ad] a *G* uita *s. l. K* 8 te *s. l. B*, *om. N* miseriam *N* miserabiliorem *GΣD,Bp.c.* ref. (re *in ras. m2*) *B* def. *G* sent. *om. ς* 9 et inuic. *GΣD,Bp.c.* insanire *ΣDNB* 10 mihi *GD,Σa.r.* nauim *N* conscendi (*in mg. m2*) *Σ* ascenderem *K*, *om. Σ in t., D* 11 raptumque *D* carptim *G* deo *exp. Σ* 12 sim *Σp.r.,DNB* oderit] *add.* memento mei, exemplum pudicitiae et uirginitatis insigne, fluctusque maris tuis precibus mitiga *N* (*cf. p. 328, 16*) 13 regr. hierusolimam *N* hiero(-ru-*ΣD*)solymam *G,Σ* (y *ex* i *m2*) *D* iherosolimam *B* nec *GK* ne *cet.* dom. *om. N* nabuccodonossor *G* nabochodonosor *Ba.c.m3* 14 sodech *D* ioseph *G* iosedec *ς* ueniat] *om. G*, *add.* et *N* esdras *N* ezras *DB* 15 adi. et *om. G* 17 monte sion *K* monte (-ti *Σp.c.*) syna *ΣDNB* monasterio *G* auxilio *G* recordabam *D* 18 euangelium *G,Na.r.* euangelistae *ΣD* quod] quia *ΣD,B* (*in ras. m2*), *om. N* qui de (*utrumque in ras. m2 B*) *ΣDNB*

in latrones, spoliatur, uulneratur, occiditur. sed licet sacerdos decipiat atque leuites, Samaritanus ille misericors est, cui cum diceretur: Samarites es et daemonium habes, daemonem rennuens Samariten se non negauit, quia, quem nos 'custodem',
3 Hebraei 'samariten' uocant. maleficum me quidam garriunt: titulum fidei seruus agnosco; magum uocabant et Iudaei dominum meum, seductor et apostolus dictus est. temptatio me non adprehendit nisi humana. quotam partem angustiarum perpessus sum, qui cruci milito? infamiam falsi criminis inportarunt, sed scio per bonam et malam famam peruenire ad regna caelorum.

7. Saluta Paulam et Eustochium — uelit nolit mundus, in Christo meae sunt —, saluta matrem Albinam sororesque Marcellas, Marcellinam quoque et sanctam Felicitatem, et dic eis: ante tribunal Christi stabimus; ibi parebit, qua mente quis uixerit. memento mei, exemplum pudicitiae et uirginitatis insigne, fluctusque maris tuis precibus mitiga.

3 *Ioh. 8, 48   7 *I Cor. 10, 13   10 cf. II Cor. 6, 8   14 *Rom. 14, 10

2 adque leu(uu *G*)itis *GK*   ille *om. G*   cui] qui *ς*   3 sammaritis *G* samarita *N* samaritanus *ΣB*   es *om. GD*   de daemonio renuntians *K*   daemonium *ΣDN*   4 reuuens *Ga.c.*   Samariten—Hebraei *B in mg.*   samariten *K* sam(mm*G*)aritem *cet. utroque loco*   negat *Ga.c.* negabat *Σ*   5 maledicum *G; add.* uocant (*del.*) *B*   quidam (-em *Σ*) me *ΣDN*   quidam *ex* quid *Bm2*   6 magnum (n *exp.*) *Σ*   uocant *ΣD,Bp.c.*   et *om. G*   8 me *eras. N*   adprehendat *KN,Bp.c.m2*   angustiorem *N*   9 milito *in mg. m2 Σ* militant (ant *ex* um) *Σi.t.*   infamia *G* famiam *Np.r.*   falsi] boni *N*   10 inputarunt *ς*   peruenire *ΣDN*   11 regnum *GN*   12 Paulam—Felicitatem] omnes *G*   uelint nolint *ΣD*   mundus *om. ΣD*   13 meae sunt *K* meam *N* meas *ΣDB*   sororem (*add.* que *ς*) marcellam *ΣD,Bp.c.m2ς*   14 Marc.] et marcellinam *N*   et sanct.] sanct. et (et *exp.*) *K*   15 simul stab. *GΣDN*   apparebit *ΣN*   quis qua m. *Na.c.* quis (*s. l. m2*) qua m. quis *K*   16 mem.—mit. *om. N* (*cf. ad p. 327, 12*)   mementote *K*   mei *om. GΣD*   exemplo *D*   patientiae *ΣD*   et *om. B*   17 insignem *G*   mitigat *D; add.* amen. explicit ad asellam. amen *G* explicit ad asellam puellam dei *K*

XLVI.

PAULAE ET EUSTOCHIAE AD MARCELLAM.

1. Mensuram caritas non habet et inpatientia nescit modum
et desiderium non sustinet. unde et nos oblitae uirium nostra-
rum et non, quid possimus, sed, quid uelimus, tantum cogi-
tantes magistram cupimus docere discipulae et, ut est uulgare
prouerbium: sus artium reppertricem. tu, quae prima scintillam 2
nostro fomiti subiecisti, quae ad hoc studium nos et sermone
hortata es et exemplo et quasi gallina congregasti sub alas
pullos tuos, nunc nos libere absque matre uolitare pateris et acci-
pitris pauere formidinem et ad omnem umbram praeteruolan-

9 cf. Matth. 23, 37 etc.

Γ = *Lugdunensis 600 s. VI (continet p. 340, 12* inter haec—*19* iudicetur; *p. 342, 8* uideri—*15* auratos).
G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII.*
K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX (desinit in p. 333, 21* peccatum).
Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX (praebet post ep. XLIII tamquam partem illius epistulae p. 341, 1* uerum—*343, 3* cantiones).
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX (de hoc codice idem ualet quod de codice Π).*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X (cf. adnot. ad Π et Σ).*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII (continet praeter integram epistulam eandem appendicem ep. XLIII, quae exstat in ΠΣD; in ea epistulae parte B significat consensum utriusque apographi, B^1 integram epistulam, B^2 fragmentum).*

2 paulae et eustociae exhortatoria ad marcellam de sanctis locis *G* paulae et eustochiae ad marcellam exhortatoriam de locis sanctis *K* ad marcellam exhortatoria de sanctis locis *A* paule eustochię ad marcellam de locis sanctis *B*, *titulis carent ΓΠΣD* 3 mensura *G* 4 desiderium ⟨silentium⟩ *Engelbrecht* 5 possumus *G*,*Aa.r.B* uellimus *K* tantummodo *GA* 6 magistrum *B* disciplinam *B* 7 sus *Ga.c.m2* suas *Gp.c.m2* usus *AB* sus art.] susurrantium *K* repp. *G* rep. *cet.* primam *G* scintilla *K* 8 sermones *B* 9 ortata es *G* hortantes *Aa.c.m2* mortua es *B* *pr.* et] set *A* ala *K* 10 nos *om. B* liberae *Gp.c.* patieris *ς*, *om. K*

3 tium auium formidare? igitur, quod solum absentes facere
possumus, querulas fundimus preces et desiderium nostrum
non tam fletibus quam heiulatibus contestamur, ut Marcellam
nostram nobis reddas et illam mitem, illam suauem, illam
omni melle et dulcedine dulciorem non patiaris apud eas
esse rigidam et tristem rugare frontem, quas adfabilitate sua
ad simile uitae studium prouocauit.

2. Certe, si sunt meliora, quae poscimus, non est inpudens
desiderium. si cunctae scripturarum uoces nostrae sententiae
congruunt, non faciamus audacter ad ea te prouocantes, ad
quae tu nos saepissime cohortata es. prima uox dei ad Abraham: exi, inquit, de terra tua et de cognatione tua
2 et uade in terram, quam monstrabo tibi. iubetur
patriarchae, ad quem primum de Christo est facta promissio,
ut relinquat Chaldaeos, relinquat confusionis urbem et Roboth,
id est latitudines eius, relinquat campum Sennaar, in quo
superbiae usque ad caelum erecta turris est, et post fluctus
istius saeculi, post flumina, super quae sederunt sancti et
fleuerunt, cum recordarentur Sion, post grauem gurgitem
Chobar, de quo Hiezechiel capillo uerticis subleuatus Hierosolyma usque transfertur, habitet terram repromissionis, quae
non rigatur ut Aegyptus de deorsum, sed de sursum, nec facit

12 *Gen. 12, 1 15 cf. Gen. 11, 9 cf. Gen. 36, 37. I Par. 1, 48
16 cf. Gen. 11, 2 sqq. 18 cf. Ps. 136, 1 20 cf. Ezech. 8, 3

2 in querulas fundimur *K* inquerule respondemus *B* 3 non tam] notum *B* 4 reddat *K* *tert.* illam *om. B* 5 omnium *G* et *om. B* 6 rugasse *B* 7 similem *K,Aa.r.* ouitae (obitae *m2*) *A* 10 congruant *K* facimus *A* eam *A* adque *Ga.c.,A* (atque *m2*) 11 tu *om. K* cohortaris *B* 13 et uade *om. K* monstrauero *B* 14 facta est *K* facta *B* repromissio *AB* 15 ut] aut *A* caldeos *GB* roboth (= Ῥωβώθ *I Par. 1, 48*) *G* roboath *K* robooth *A* roob *B* rooboth *ς* 16 latitudinem *ς* sennain *B* 18 quem *A* 20 chobor *Ga.c.* cobar *B* hiezehiel *K* ezechiel *AB* subleuatur *B* hierosolymam *K* hierusalem *A* 21 ut habitet *ς* terra *A* in terrā *K* 22 inrigatur *A* sed de sursum] *om. A* decursus *B*

holera languentium cibos, sed temporaneum et serotinum de
caelo expectat imbrem. haec terra montuosa et in sublimi 3
sita, quantum a deliciis saeculi uacat, tantum maiores habet
delicias spiritales. denique et Maria, mater domini, postquam
ad eam angeli est facta promissio et uterum suum intellexit
esse domum filii dei, derelictis campestribus ad montana per-
rexit. de hac urbe allophylo quondam hoste superato ac dia-
bolicae percussa frontis audacia, postquam ille in faciem conruit,
exultantium animarum turba processit et concinens chorus
decem milium Dauid nostri uictoriam praedicauit. in hac an- 4
gelus gladium tenens et totum inpietatis deuastans orbem in
Orna, Iebusaeorum regis, area templum domini designauit iam
tunc significans ecclesiam Christi non in Israhel, sed in gen-
tibus consurgentem. recurre ad Genesim, et Melchisedec, regem
Salem, huius principem inuenies ciuitatis, qui iam tunc in
typo Christi panem et uinum obtulit et mysterium Christianum
in saluatoris corpore et sanguine dedicauit.

3. Tacita forsitan mente reprehendas, cur non sequamur
ordinem scripturarum, sed passim et, ut quidquid obuiam
uenerit, turbidus sermo perstringat. et in principio testatae
sumus dilectionem ordinem non habere et inpatientiam nescire
mensuram — unde et in Cantico Canticorum quasi difficile praeci-
pitur: o r d i n a t e i n m e c a r i t a t e m — et nunc eadem dicimus,
nos non ignoratione, sed adfectu labi. denique, ut multo inor- 2

1 cf. Rom. 14, 2 cf. Hier. 5, 24. Iac. 5, 7 4 cf. Luc. 1, 39
7 cf. I Reg. 17, 4—18, 7 10 cf. I Par. 21, 15—28. II Par. 3, 1 14 cf.
Gen. 14, 18 sqq. 23 *Cant. 2, 4

1 holera *KA* olera *cet.* languentibus *B* 2 in *s. l. K* 3 uocat *B*
bacat *G* 4 spiritus *ς* 5 angelica *B* facta est *K* 6 fili *G* 7 allo-
philo *AB*- fylo *K* -filo *G* ac *G* et *cet.* zabolicae *K* 9 concidens *B*
chorus *om. K* 10 praedicabit *G* hanc *A* 11 totam—urbem *B*
12 orna (= Ὀρνά *LXX*) *GB* ornia *K* orniae *A* ornam *ς* iebusseorum *G*
13 eclesia *G* 14 melcisedech *K* melchisedech *AB* 15 et salem *B*
iam *om. G* 17 sang̃ (-nē *B*) et corp. *KB* 18 reprehendes *ς* 19 ut
om. A quidque *K* obuium *B* 22 cantico] cantica *B* 24 nos
om. B ordinatius *B*

dinatius aliquid proferamus, antiquiora repetenda sunt. in hac urbe, immo in hoc tunc loco et habitasse dicitur et mortuus esse Adam. unde et locus, in quo crucifixus est dominus noster, Caluaria appellatur, scilicet quod ibidem sit antiqui hominis caluaria condita, ut secundus Adam et sanguis Christi de cruce stillans primi Adam et iacentis propagatoris peccata dilueret et tunc sermo ille apostoli conpleretur: excitare, qui dormis, et exsurge a mortuis, et inluminabit te
3 Christus. quantos haec urbs prophetas, quantos emiserit sanctos uiros, longum est recensere. totum mysterium nostrum istius prouinciae urbisque uernaculum est. in tribus nominibus trinitatis demonstrat fidem: Iebus et Salem et Hierusalem appellatur. primum nomen 'calcata', secundum 'pax', tertium
4 'uisio pacis' est. paulatim quippe peruenimus ad finem et post conculcationem ad pacem uisionis erigimur; ex qua pace Salomon, id est 'pacificus', in ea natus est et factus est in pace locus eius et in figura Christi sub etymologia urbis 'dominus dominantium' et 'rex regnantium' nomen accepit. quid referamus Dauid et totam progeniem eius, quae in hac ciuitate regnauit? quanto Iudaea a ceteris prouinciis, tanto haec urbs cuncta sublimior est Iudaea. et ut coactius disseramus, totius prouinciae gloria metropoli uindicatur et, quidquid in membris laudis est, omne refertur ad corpus.

7 *Eph. 5, 14 16 Ps. 75, 3 18 cf. I Tim. 6, 15

4 caluarie *B* scil.] *add.* et *K* ibi ς 5 secundi *A* et] id est *A* 6 prop.] protoplasti ς 7 nunc *Ka.c.m2* completur *A* 8 inluminauit *G* 10 recensiri (*corr.* -seri *m2*) *A* nostr. ist. pr. *om. K* 12 demonstrans *B* finem *K* 13 nomine *K* 14 est] es *B*, *om.* ς 15 post *om. K* pacis uisionem *B* 16 solomon *G* salamon *K* in ea nat.] inuentus *B* 17 *alt.* in *om. G* subito aemologia *K* ethimol. *AB* etoemol. *G* 18 dominus] dominans *B* regnantium *G* regum *cet.* acc. *om. B* 19 referemus ς; *add.* et *K* de ς tota progenie ς totam] tantam *K* quae] qua *B add.* et *s. l. K* 20 quantum *A* a *om. KB* 21 cuncta urbrs (*sic*) *A* ut *om. K* coaptius *A* diseramus *G* 22 glorie *B* de metropoli *A* ppłi *B* uincatur *K* 23 corp.] caput ς

4. Iamdudum te cupientem in uerba prorumpere ipsi litterarum apices sentiunt et uenientem contra charta intellegit quaestionem. respondeas quippe et dicas haec olim fuisse, quando dilexit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob et fuerunt fundamenta eius in montibus sanctis — licet et haec possint altius interpretari —, postquam uero consurgentis domini uox illa pertonuit: ecce relinquetur uobis domus uestra deserta et flebiliter ruinam ipsius prophetauit dicens: Hierusalem, Hierusalem, quae occidis prophetas et lapidas eos, qui ad te missi sunt, quotiens uolui congregare filios tuos sicut gallina pullos sub alas suas, et noluisti. ecce dimittetur uobis domus uestra deserta et, postquam uelum templi scissum est et circumdata ab exercitu Hierusalem et dominico cruore uiolata, tunc ab ea etiam
angelorum praesidia et Christi gratiam recessisse; denique 2
etiam Iosephum, qui uernaculus scriptor est Iudaeorum, adserere illo tempore, quo crucifixus est dominus, ex adytis templi uirtutum caelestium erupisse uocem dicentium: 'transmigremus ex his sedibus', ex quibus et aliis apparere, ubi
abundauit gratia, ibi superabundasse peccatum; et postquam 3
audierunt apostoli: euntes ergo docete omnes gentes et ipsi apostoli dixerunt: oportebat quidem uobis pri-

4 cf. Ps. 86, 2 5 cf. Ps. 86, 1 7 Matth. 23, 38 etc. 9 *Matth. 23, 37—38 etc. 14 cf. Matth. 27, 51 etc. 17 cf. Ioseph. bell. Iud. VI 5, 3 20 cf. Rom. 5, 20 22 Matth. 28, 19 23 *Act. 13, 46

1 cupiente *K* cupientes *Aa.c.* 2 ueniente *A* contra *om. A* carta *GA* cartã *B* cartham *K* intelleget *B* 3 respondebis ς dices ς hoc ς 6 et *om. G* possunt *G* 7 uera *B* consurgenti *A* ecce *om.* ς 9 eius ς 10 occidit *B* occidisti *K* eas *B* 12 gall.] *add.* congraegat *K* sub al. suas] suos sub alas suas *K* suos sub alis ς 13 demittitur *K* 14 postquam] post *A* 15 domini *K* 16 gratia *B* 17 ioseppum (*pr.* p *exp.*) *A* ioseph hunc *K* uernaculum *A* 18 ex] et *B* adyt. *G* adit. *cet.* 19 uoce *B* uoces ς 20 et *om. A* 21 gratiam *Ka.c.A* ibi *om. B* superhabundauit *B* pecc.] *reliqua om. A* 22 ergo *om. KB* 23 et *om. B* dixerint *B* uob. qu. *K*

mum adnuntiare uerbum; quoniam autem noluistis, ecce transimus ad gentes, tunc omne sacramentum Iudaeae et antiquam dei familiaritatem per apostolos in nationes fuisse translatam.

5. Ualida quidem quaestio et quae possit etiam eos, qui scripturarum aliquid adtigerunt, concutere, sed perfacile soluitur. numquam enim fleret eam dominus conruentem, nisi diligeret; fleuit et Lazarum, quia amabat illum. et hoc tamen prima fronte cognoscito, non loci, sed hominum fuisse peccatum, uerum, quia interfectio populi captiuitas ciuitatis est, propterea urbem deletam, ut populus puniretur, ideo templum
2 subrutum, ut typicae hostiae tollerentur. ceterum, quantum ad locum pertinet, per profectus temporum multo nunc augustior est, quam ante fuit. uenerabantur quondam Iudaei sancta sanctorum, quia ibi erant cherubin et propitiatorium et arca testamenti et manna et uirga Aaron et altare aureum: nonne
3 tibi uenerabilius uidetur sepulchrum domini? quod quotienscumque ingredimur, totiens iacere in sindone cernimus saluatorem et paululum ibidem commorantes rursum uidemus angelum sedere ad pedes eius et ad caput sudarium conuolutum. cuius sepulchri gloriam multo ante, quam excideretur a Ioseph, scimus Esaiae uaticinio prophetatam dicentis: et erit requies eius honor, quod scilicet sepulturae domini locus esset ab omnibus honorandus.

6. Sed dicis: 'quomodo in Apocalypsi Iohannis legimus: et

7 cf. Matth. 23, 37—38 etc. 8 cf. Ioh. 11, 35—36 20 cf. Ioh. 20, 12 cf. Ioh. 20, 7 21 cf. Matth. 27, 60 etc. 22 *Esai. 11, 10 25 *Apoc. 11, 7—8

1 adnuntiari *B* uerb.] *add.* dei *ς* aut. *om. B* ecce nol. *B* 3 iudae *G* 4 translatum *K* 5 posset *B* 7 eam fl. *B* 8 eum *ς* 9 locis *G* 10 ciu.] captiuitatis *K* 11 urb.] *add.* fuisse *G* ut] et *B* 12 typ.] apice *B* 13 profectos *B* multo—est] multorum cautiores *B* angustior *K* 14 quam ante] quante *B* quodam *G* 15 erat *B* cherubim *ς* archa *G* 16 *pr.* et *om. ς* 17 quod] in quo *G* 19 paulum *K* 22 eseiae *K* isaiae *ς* proph(f)etatum *G* (tatum *ex* tam *m2*) *K* 23 honorum *B* 25 dices *B*

occidet illos — haud dubium quin prophetas — bestia,
quae ascendit ex abysso. et corpora eorum in pla-
teis ciuitatis magnae, quae uocatur spiritaliter
Sodoma et Aegyptus, ubi et dominus eorum cruci-
fixus est? si enim', ais, 'ciuitas magna, in qua crucifixus est
dominus, spiritaliter Sodoma appellatur et Aegyptus, ergo
Hierusalem Sodoma est et Aegyptus, in qua crucifixus est
dominus'. primum scire te uolumus omnem sanctam scriptu- 2
ram non posse sibi esse contrariam et maxime unum aduer-
sum se non discrepare librum et, ut plus adiciamus, eundem
locum eiusdem libri. in Apocalypsi quippe, de qua nunc testi-
monium protulisti, ante decem circiter uersiculos scribitur:
surge et metire templum dei et altare et adorantes
in eo. atrium autem, quod est foris templum, eice fo-
ras et ne metiaris eum, quoniam datum est gentibus
et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadra-
ginta duobus. si enim Apocalypsis multo post passionem 3
domini scripta est a Iohanne et in ea Hierusalem sancta ciui-
tas appellatur, quomodo rursum spiritaliter Sodoma uocatur
et Aegyptus? nec statim potes dicere sanctam dici Hierusalem
caelestem, quae futura est, et Aegyptum et Sodomam eam,
quae conruit, appellari, quia de futura dicitur, quod bestia,
quae ascensura est de abysso, faciat aduersus duos prophetas

6. 19 cf. Apoc. 11, 8 13 *Apoc. 11, 1—2 21 cf. Hebr. 12, 22 22 cf. Apoc. 11, 7—8

1 occidit *K* 2 ascendet *GB* eor. iacebunt *G* plateis] *add.* eius *K* 3 spiritualiter et *ς* 4 ubi—6 Aegyptus *om. B* 5 si—est *om. K* 6 dom.] *add.* nulla est alia nisi hierusalem ubi autem crucifixus est dominus *ς* spiritual. *ς* (*semper*) 8 te scire *ς* uelimus *B* 9 posse *om B* aduersus *K* 10 ut *om. B* eundem *om. K* 11 eiusdem (eiusdemque *ς*) libri (libro *K*) loc. *KBς* apocalipsin *B* quippe] quoque *B* 13 dei *om. B* *tert.* et *om. B* 14 foris] foras *B* foras] foris *K* 15 eum] illud *ς* 16 sanctam *exp. K* 17 duobus *ex* diebus *B* 18 ab *B* iherosolima *B* 19 spiritualiter *ς*, *om. K* 20 potest *K* dici *om. K* 21 aegyptus et *K*, *om. ς* sodoma *K* ea *K*, *om. ς* 22 dic.] loquitur *G* 23 faciet *ς* aduersum *B*

bellum et uincat illos et occidat et corpora eorum iaceant in
4 plateis ciuitatis magnae. de qua ciuitate et in fine eiusdem
libri scribitur: et ciuitas in quadrato posita est et
longitudo eius et latitudo tanta est, quanta et alti-
tudo. et mensus est ciuitatem de harundine per
stadia duodecim milia. longitudo et latitudo et
altitudo eius aequalia sunt. et mensus est muros
eius centum quadraginta quattuor cubitorum men-
sura hominis, quae est angeli. et erat structura
muri eius ex lapide iaspide, ipsa uero ciuitas auro
5 mundo et cetera. ubi quadrum est, nec longitudo nec lati-
tudo appellari potest. et quae est ista mensura, ut tanta sit
longitudo et latitudo, quanta et altitudo eius, et muri de
lapide iaspide et tota ciuitas de auro mundo et fundamenta
et plateae eius de lapidibus pretiosis et duodecim portae
fulgentes margaritis?

7. Cum ergo haec non possint carnaliter accipi — absur-
dum quippe est per duodecim milia stadiorum tantam ciui-
tatis longitudinem et latitudinem, quantam et altitudinem
praedicari —, spiritaliter intellegenda sunt singula. et ciuitas
magna, quam uidelicet prius aedificauit Cain et nominauit
eam ex uocabulo filii sui, hic mundus accipiendus est, quem
accusator fratrum suorum diabolus et fratricida periturus
extruxit uitiis, sceleribus condidit, iniquitate conpleuit, qui
2 spiritaliter appellatur Sodoma et Aegyptus. de qua Sodoma

3 *Apoc. 21, 16—18 12 cf. Apoc. 21, 16—21 21 cf. Gen. 4, 17 25 cf. Apoc. 11, 8

1 uincet ς eos *B* occidet ς iacebunt ς 2 platea ς de] da *B* 3 quadro *B* 4 lat.] *add.* eius *B* 5 de] per *B* arundinem *GB*; *add.* aurea ς per *om.* *B* 6 dodecim *Ka.c.* duodeci *Ga.c.* long. eius *K* et alt. *om.* *K* 8 quatt.] tria milia *B* 9 est *om.* *B* 10 hiaspide *G* ex auro ς 11 quadratum *B* est] *add.* ibi ς 12 tanti *K* 13 lat.] altitudo *G* *alt.* et *om.* *K* alt.] latitudo *Gp.c.* 14 hyaspide *G* 17 possent *B* acc.] intelligi *B* 18 ciuitas *B* 19 lat.] altitudinem *K* quanta *B* 20 sing.] omnia *B* 22 acc.] intelligendus ς 24 struxerat *B* uitiis et *G* qui] quae ς

scribitur: restituetur Sodoma in antiquum, quod sci-
licet ita restituendus sit mundus, ut ante fuit. neque enim
possumus credere rursum aedificandam Sodomam et ceteras,
Gomorram uidelicet et Adaman et Seboim, in perpetuos cineres
relinquendas. Aegyptum autem numquam pro Hierusalem legi-
mus, sed semper hunc mundum. et quia longum est de scrip- 3
turis innumerabilia exempla congerere, unum testimonium
proferamus, ubi manifestissime mundus hic Aegyptus appel-
latur. in epistula catholica Iudas apostolus, frater Iacobi, scri-
bit dicens: commonere autem uos uolo scientes semel
omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti
saluans secundo eos, qui non crediderunt, perdidit.
et ne putares de Iesu dici filio Naue, statim sequitur: ange- 4
los uero, qui non seruauerunt suum principatum,
sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium
magni diei uinculis aeternis sub caligine reser-
uauit. et ut credas, ubicumque simul Aegyptus et Sodoma
et Gomorra nominantur, non loca, sed mundum hunc inter-
pretari, statim iungit exemplum: sicut Sodoma et Gomorra
et finitimae ciuitates simili modo exfornicatae
et abeuntes post carnem alteram factae sunt exem-
plum ignis aeterni poenam sustinentes. et quid 5
necesse est plura conquirere, cum post passionem et resurrec-
tionem domini Mattheus euangelista commemoret: et petrae
scissae sunt et sepulchra aperta et plurima cor-
pora dormientium sanctorum surrexerunt. et egre-
dientes de sepulchris post resurrectionem suam
ingressi sunt sanctam ciuitatem et apparuerunt

1 *Ezech. 16, 55 4 cf. Deut. 29, 23 10 Iudas 5 13 Iudas 6
19 Iudas 7 24 *Matth. 27, 51—53

2 sit] est *K* 3 sursum *K* 4 scilicet ς *pr.* et *om.* *B* ada-
mam ς eseboim *K*; *add.* sed ς 6 hunc m.] pro hoc mundo ς
et] sed *K* 8 ibi *B* egiptus hic mun (*sic*) *B* aegyptus mundus *K*
10 semel *om.* *B* 12 secundum *K* crediderant *G* 13 putaret *B*
15 derelinq. *B* 16 diei] di (= dei) *KB* externis *B* 18 sed *om.* *K*
20 fornicatae ς 21 exemplo *K* 24 matheus *B* 25 plura *B*

6 multis? nec statim Hierosolyma caelestis, ut plerique ridi-
cule arbitrantur, in hoc loco intellegitur, cum signum nullum
esse potuerit apud homines domini resurgentis, si corpora
sanctorum in caelesti Hierusalem uisa sunt. cum ergo et
euangelistae et omnis scriptura Hierosolymam sanctam nomi-
nent ciuitatem et psalmista praecipiat: adoremus in loco,
ubi steterunt pedes eius, ne patiaris audire eam appel-
lari Sodomam et Aegyptum, per quam dominus iurari uetat,
quia sit ciuitas magni regis.

8. Maledictam terram nominant, quod cruorem domini hau-
serit, et quomodo benedicta loca putant, in quibus Petrus et
Paulus, Christiani exercitus duces, sanguinem fudere pro Christo?
si seruorum et hominum confessio gloriosa est, cur domini
et dei non sit gloriosa confessio? martyrum ubique sepulchra
ueneramur et sanctam fauillam oculis adponentes, si liceat, etiam
ore contingimus: et monumentum, in quo dominus conditus
2 est, quidam aestimant neglegendum? si nobis non credimus,
credamus saltim diabolo et angelis eius, qui, quotienscumque
ante illud de obsessis corporibus expelluntur, quasi in con-
spectu tribunalis Christi stantes contremescunt, rugiunt et
sero dolent crucifixisse, quem timeant. si post passionem do-
mini, ut scelerata uox concrepat, hic detestabilis locus est,
quid sibi uoluit Paulus Hierosolymam festinare, ut ibi faceret
3 pentecosten? qui retinentibus se locutus est dicens: quid

1 cf. Hebr. 12, 22 6 *Ps. 131, 7 8 cf. Matth. 5, 35 24 *Act. 21, 13

1 nec] non *B* iherosolima *B* sicut *ς* rid.] periculose *K* 2 cum] cur *K* 4 iherusalem *B* 5 euuangelista *B* omnes scripturae *ς* hierosolimam *B* 6 praec. ut *ς* in loco *om. B* 7 eius *om. B* audiri *B*, *om. ς* 8 aegyptus *K* iurare *K* 9 magni ciu. *B* 10 cruore *B* hauserat *K* 12 Christiani *om. B* fundere *G* fugere *B* 13 professio *B* 14 et mart. *ς* utique *B* 15 si lic.] scilicet *B* 16 monim. *K* deus *K* 17 extimant *G* 18 saltem *G* zabulo *K* 19 illum *B* 20 contremiscunt *B; et add. G* rugient *K* 21 dolent se *G* timebant *B* 22 testabilis *K* 23 uoluerit *B* herosolimam *B* ut ibi] ubi *K* 24 qui *om. G* se fratribus *G*

facitis flentes et conturbantes cor meum? ego enim non solum ligari, sed et mori in Hierusalem paratus sum pro nomine domini Iesu. quid ceteri sancti et inlustres uiri, quorum uota et oblationes post praedicationem Christi ad fratres, qui erant Hierosolymis, deferebantur?

9. Longum est nunc ab ascensu domini usque ad praesentem diem per singulas aetates currere, qui episcoporum, qui martyrum, qui eloquentium in doctrina ecclesiastica uirorum Hierosolymam uenerint putantes se minus religionis, minus habere scientiae nec summam, ut dicitur, manum accepisse uirtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, in quibus primum euangelium de patibulo coruscauerat. certe, si etiam 2
praeclarus orator reprehendendum nescio quem putat, quod litteras Graecas non Athenis, sed Lilybaei, Latinas non Romae, sed in Sicilia didicerit, quod uidelicet unaquaeque prouincia habeat aliquid proprium, quod alia aeque habere non possit, cur nos putamus absque Athenis nostris quemquam ad studiorum fastigium peruenisse?

10. Nec hoc dicimus, quo rennuamus regnum dei intra nos esse et sanctos uiros etiam in ceteris esse regionibus, sed quo hoc adseramus uel maxime, eos, qui in toto orbe sunt primi, huc pariter congregari. ad quae nos loca non ut primae, sed ut extremae uenimus, ut primos in eis omnium gentium cerneremus. certe flos quidam et pretiosissimus lapis inter ecclesiastica ornamenta monachorum et uirginum chorus est. quicum- 2

14 cf. Cicero diu. in Caec. 39 20 cf. Luc. 17, 21

2 in *om.* *K* 3 sancti cet. *B* 5 iherosolimas *B* 9 lonquentium (*pr.* n *eras.*) *K* 10 uen. hier. *ς* iherosolimam *B* minus se *ς* se *om.* *B* munus *B* *utroque loco* 12 uirtutem *B* *alt.* in] de *ς* 13 sic *B* 14 reprehendendo *B* nescio *s. l.* *K* 15 sed *om.* *B* lilliei *B* lybiae *G* 17 al. habet *B* posset *B* 19 fastigia *ς* perbenire *G* 20 nec] et *K* quod *G* renuamus *Ga.c.* domini *B* nos *s. l.* *K* 22 quod *K* 24 peruenimus *K* primas *B* cern.] terremur *K* 25 quidem *B*

que in Gallia fuerit primus, huc properat. diuisus ab orbe
nostro Britannus, si in religione processerit, occiduo sole di-
misso quaerit locum fama sibi tantum et scripturarum relatione
cognitum. quid referamus Armenios, quid Persas, quid Indiae
et Aethiopum populos ipsamque iuxta Aegyptum fertilem
monachorum, Pontum et Cappadociam, Syriam Coelen et Meso-
potamiam cunctaque orientis examina? quae iuxta saluatoris
eloquium dicentis: ubicumque fuerit corpus, illuc
congregabuntur aquilae concurrunt ad haec loca et
3 diuersarum nobis uirtutum specimen ostendunt. uox quidem
dissona, sed una religio. tot paene psallentium chori, quot
gentium diuersitates, et inter haec, quae uel prima in Christi-
anis uirtus est, nihil adrogans, nihil de continentia supercilii:
humilitatis inter omnes contentio est. quicumque nouissimus
fuerit, hic primus putatur. in ueste nulla discretio, nulla admi-
ratio. utcumque placuerit incedere, nec detractionis nec lau-
4 dis est. ieiunia quoque neminem subleuant; nec defertur inediae
nec moderata saturitas condemnatur. suo domino stat unus-
quisque aut cadit. nemo iudicat alterum, ne a domino iudi-
cetur. et quod in plerisque prouinciis familiare est, ut genuino
dente se lacerent, hic penitus non habetur. procul luxuria,
procul uoluptas.

11. Tanta in ipsa urbe orationum loca, ut ad peragrandum dies

8 *Matth. 24, 28 etc. 18 Rom. 14, 4 19 cf. Matth. 7, 1 etc.

2 brittanus *G* britanus *B* regione *K* 3 queret *B* loco *K* 4 perses *K* 5 aethiopiae ς ipsaque *K* ipsam quoque *G* fertile *G* 6 capadociam *B* Syr. *om. B* choelen *G* celen *B* 7 cunctamque *K* exanima *B* 9 et *om. G* 10 diuisarum *B* 11 cori *B* quot] quod *GK* 12 et *om.* ς inter haec—19 iudicetur] prima monachorum uirtus hoc est, ut nihil sibi de professione, nihil de continentia blandiatur, sed humiliatis inter eos contentio sit et, quicumque nouissimus fuerit, hic primus potetur (*sic*) nec extra modum inaediae deferatur nec inmoderata saturitas condemnetur. nemo iudicet alterum, ne a domino iudicetur. unusquisque enim suo domino stat aut cadit *Γ* 16 detractationis *G*, *sed cf. p. 342, 9* est nec laud. ς 17 queque *B* def. *om. B* 22 *falso a uoce* uerum (*p. 341, 1*) *demum noui capituli initium sumunt edd.* 23 ipso *Ga.c.m2* ad] *om. K* ad ea ς peragranda ς

sufficere non possit: uerum, ut ad uillulam Christi et ad Mariae diuersorium ueniamus — plus enim laudat unusquisque, quod possidet —, quo sermone, qua uoce speluncam tibi possumus saluatoris exponere? et illud praesepe, in quo infantulus uagiit, silentio magis quam infirmo sermone honorandum est. ubi sunt latae porticus? ubi aurata laquearia? ubi domus miserorum poenis et damnatorum labore uestitae? ubi ad instar palatii opibus priuatorum extructae basilicae, ut uile corpusculum hominis pretiosius inambulet et, quasi mundo quicquam possit esse ornatius, tecta sua magis uelit aspicere quam caelum? ecce 2 in hoc paruo terrae foramine caelorum conditor natus est. hic inuolutus pannis, hic uisus a pastoribus, hic demonstratus ab stella, hic adoratus a magis. et, puto, sanctior locus est rupe Tarpeia, quae de caelo saepius fulminata ostendit, quid domino displiceret.

12. Lege Apocalypsin Iohannis et, quid de muliere purpurata et scripta in eius fronte blasphemia, septem montibus, aquis multis et Babylonis cantetur exitu, contuere. *exite*, inquit dominus, *de illa, populus meus, et ne participes sitis delictorum eius et de plagis eius non accipiatis.* ad Hieremiam quoque regrediens scriptum pariter

18 *Apoc. 18, 4

1 posset *B* ut *om. K* uillam *ΠΣDB*² Christi *om. ΠΣDB*² *alt.* ad *om.* ς 2 diuersorum *B*¹ enim *om. ΠΣDB*² laudat *om. B*² 3 possumus *om. ΠΣDB*² 4 exponam *ΠΣDB*² qua *Σ* uagit *B*¹ 5 honorandus *B*¹ 6 portis *Ka.c.* aureata *B*¹ sunt domos (*sic*) *B*¹ 7 ad *om. Π* opibus *om. ΠΣDB*² 8 instructae *K* 9 quas *B*¹ posset *B*¹ esse *om. B*¹ 10 orn. libentius *G* mag. sua ς uelis *K* uelint *B*² uellent *B*¹ caelum] *add.* bethlem *D* bethleem *Σ* behleem *Π* belleem *B*² 12 *alt.* hic—past. *in mg. Σ* demonstratur *ΠΣB* 13 ab] a *K* adoratur *ΠΣB*² et hic ς loc. sanct. ς santior *Πa.c.ΣD* sanctus *B*¹ 14 tarpeiae *ΠΣDB*² ostenditur *ΠΣDB*² quod *B*² 15 deo *DB*² de eo *ΠΣ* displicere (*add.* ē *Π*) *ΠΣDB*² 16 lege—*342, 4* inmundi *om. ΠΣDB*² lege in *G* apocalypsin *G* apocalipsin *B* apocalypsim *K* qui *B* 18 exitum *B* exitium *K* 19 inq. dom. d. i.] de illa inquid *B* 21 ad—adt. *om. B* regr.] regem dicens *K*

adtende: fugite de medio Babylonis et resaluate
unusquisque animam suam. cecidit enim, cecidit
Babylon illa magna et facta est habitatio daemoni-
2 orum et custodia omnis spiritus inmundi. est quidem
ibi sancta ecclesia, sunt tropea apostolorum et martyrum, est
Christi uera confessio et ab apostolis praedicata fides et gentili-
tate calcata in sublime se cotidie erigens uocabulum Christianum,
sed ipsa ambitio, potentia, magnitudo urbis, uideri et uidere,
salutari et salutare, laudare et detrahere, audire uel proloqui
et tantam frequentiam hominum saltim inuitum pati a propo-
sito monachorum et quiete aliena sunt. aut enim uidemus ad
nos uenientes et silentium perdimus, aut non uidemus et
superbiae arguimur. interdumque, ut uisitantibus reddamus
uicem, ad superbas fores pergimus et inter linguas rodentium
3 ministrorum postes ingredimur auratos. in Christi uero, ut
supra diximus, uillula tota rusticitas et extra psalmos silen-
tium est. quocumque te uerteris, arator stiuam tenens alleluia

1 *Hier. 28 (51), 6 2 *Apoc. 18, 2

1 resalbet *G* saluate *ς* 3 babylonia *K* illa *om.* *KB* daemonum *K* 4 omnes *B* est] si *Π* est si *ΣD* ibi quid. B^2 5 sunt trop.] syntropea B^2 sint *ΠD* tropea] prope B^1 trophea *K* est] et *ς* 6 uera xp̄i *Π* et] est *ς* ab (*om.* B^1) apostolo KB^1 apostolorum $\Pi\Sigma DB^2$ gentilitati B^2 7 sublimi *D* se *om.* $\Pi\Sigma DB^2$ erigis $\Pi\Sigma DB^2$ xp̄ian. uoc. B^1 uoc.] receptaculum *K* 8 ipsa *om.* $\Pi\Sigma DB^2$ uideri] monachi specialiter expetenda est solitudo et orbis habitatio fugienda quia uideri *Γ* 9 sal. et sal.] saluatori et saluatore *K* *alt.* et *om.* *GΠΣD* trahere B^2 derahere B^1 aud. *Γ* uel aud. *cet.* 10 tanta (-am B^1) frequentia *ΠΣDB* hom. freq. *G* saltem *Gp.c.* salutem $Ga.c.B^1$ pati *Γ* uidere *cet.* a prop.] apposito B^1 11 et] et a DB^2 laeta et a *ΠΣ* quiete] quae B^1 alienae $\Pi\Sigma B^2$ sunt] *add. s. l.* omnia *m2 K* uen. ad nos *Γ* 12 aut si $\Pi\Sigma DB^2$ et *om.* *ΠΣD* 13 superbia *Σ* superbi $\Gamma\Pi DB^2$ arguemor *Γ* interdum quoque *G* interdum $\Pi\Sigma DB^2$ ut *om.* B^1 uis. nos *G* 14 superbus *Γ* foris *ΠΣ* pergemus *Γ* currimus *B* et *om.* $\Pi\Sigma DB^2$ rudentium *ΓK* rugentium B^1 15 ingraedimus *K* auratus *Γ* armatus B^1 deauratos Π, B^2 (o *ex* a) deauratas *ΣD* uilla ut s. dix. $\Pi\Sigma DB^2$ 16 et *om.* $\Pi\Sigma DB^2$ 17 est *s. l.* *K* retinens *ΠΣDB*

decantat, sudans messor psalmis se auocat et curua adtondens uitem falce uinitor aliquid Dauiticum canit. haec sunt in hac prouincia carmina, hae, ut uulgo dicitur, amatoriae cantiones, hic pastorum sibilus, haec arma culturae.

13. Uerum quid agimus nec, quid deceat, cogitantes solum, quod cupimus, hoc uidemus? o quando illud tempus adueniet, cum anhelus nuntium uiator adportet, Marcellam nostram ad Palaestinae litus adpulsam, et toti monachorum chori, tota uirginum agmina concrepabunt? obuiam iam gestimus occurrere et non expectato uehiculo concitum pedibus ferre corpus. tenebimus manus, ora cernemus et a desiderato uix auellemur amplexu. ergone erit illa dies, quando nobis liceat speluncam 2
saluatoris intrare? in sepulchro domini flere cum sorore, flere cum matre? crucis deinde lignum lambere et in olineti monte cum ascendente domino uoto et animo subleuari? uidere exire Lazarum fasceis conligatum et fluenta Iordanis ad lauacrum domini puriora? inde ad pastorum caulas pergere, in Dauid orare mausoleo, Amos prophetam etiam nunc bucina pastorali in sua conspicere rupe clangentem? ad Abraham, Isaac et Iacob, trium quoque inlustrium feminarum uel tabernacula properare uel memorias? uidere fontem, in quo a Philippo eunuchus est tinctus? Samariam pergere et Iohannis baptistae Helisaeique et Abdiae pariter cineres adorare? ingredi spe-

14 cf. Act. 1, 9—12 15 cf. Ioh. 11, 44 16 cf. Matth. 3, 13—17 etc. 17 cf. Luc. 2, 8 cf. III Reg. 2, 10 18 cf. Am. 1, 1. 7, 14 19 cf. Gen. 49, 29—31 21 cf. Act. 8, 36—38 23 cf. III Reg. 18, 4

1 cantat *Ka.c.* messor *s. l. Σ* psalmis *s. l. B*² aduocat *B*¹ curuam *B*¹ 2 uite (-ae) *ΠΣD*, *om. B*¹ falcem *ΠDB*¹ uinior *uel* iunior *B*¹ dauidicum *Gp.c.* 3 carm. *om. K* hae(e)c *Ka.c.B*¹ cantationes *ς*; *add.* uale *ΣD* uale explicit *Π* 4 hic] his *B* 5 agamus *B* ne *G* 6 temp. ill. *ς* 7 anelus *B* angelus *K* 8 inpulsam *B* 10 concitatum *B* ferre *om. B* 11 cernimus *KB* a] ad *B* te *G* auellimur *K* 12 liceat in *B* 14 in *om. B* montē *B* 16 fasciis *B* iordannis *G* 18 mausolio *B* mansuleo *K* amo propheta *B* 19 suā—rupē *B* prospicere *ς* abracham *K* ysahac *B* et *s. l. K* 21 phylippo *K* pilippo *G* 22 eunucus *B* tentus *B* 23 helis(ss*G*)ae(e*B*)ique *GKB* elisaei quoque *ς* ingredi in *B*

luncas, in quibus persecutionis et famis tempore prophetarum
3 agmina sunt nutrita? ibimus ad Nazareth et iuxta interpretationem nominis eius 'florem' uidebimus Galilaeae. haud procul inde cernetur Cana, in qua aquae in uinum uersae sunt. pergemus ad Itabyrium et ad tabernacula saluatoris, non, ut Petrus quondam uoluit, ⟨eum⟩ cum Moysi et Helia, sed cum patre cernemus et spiritu sancto. inde ad mare ueniemus Gennesareth et de quinque et septem panibus uidebimus in deserto quinque et quattuor milia hominum saturata. apparebit oppidum Naim, in cuius portis uiduae filius suscitatus est. uidebitur Hermonin et torrens Endor, in quo superatus est Sisara. Capharnaum quoque signorum domini familiaris, sed et omnis pariter Galilaea
4 cernetur. tunc, comitante Christo cum per Selo et Bethel et cetera loca, in quibus ecclesiae quasi quaedam uictoriarum domini sunt erecta uexilla, ad nostram speluncam redierimus, canemus iugiter, crebro flebimus, indesinenter orabimus et uulneratae iaculo saluatoris in commune dicemus: inueni, quem quaesiuit anima mea: tenebo eum et non dimittam illum.

4 cf. Ioh. 2, 1—10 5 cf. Matth. 17, 4 etc. 7 cf. Matth. 14, 15—21. 15, 32—38 etc. 9 cf. Luc. 7, 11—17 10 cf. Iudd. c. 4 11 cf. Matth. 4, 13 etc. 17 *Cant. 3, 4

2 iusta *G* 3 haut *codd.* 4 cernitur *KB* canahan *B* 5 pergimus *KB* hitabyrium *K* itabarium *B* ad *om. B* saluatorem *Engelbrecht* 6 quond.] quando *B* eum *addidi, om. codd.* moysi *K* mose *GB* moyse ς *alt.* cum *om. B* 7 cernimus *KB* uenimus *G* gennes. *K* genes. *B* genness. *G* genez. ς 9 hom. mil. *G* saturari *B* naym *B* 10 porta ς uideb. et ς ermonin *B* hermonim ς 11 aendor *G* cafarnaum *K* 12 familiam *G* familiare ς sed et (*ex* set) *G* et *KB* gallilaea (*alt.* a *s. l.*) *K* 13 cernitur *K* tunc] cum *K* et tunc ς selo *GK* (*cf. LXX*) seloth *B* silo ς betel *B* 16 fleuimus *G* orauimus *G* et *om. B* 17 inuenimus *B* 18 quaesiit *Ka.c.* 19 illum] *add.* explicit paulae et eusthociae ad marcellam exhortatoriam (*sic*) de locis sanctis *K*

XLVII.

AD DESIDERIUM.

1. Lecto sermone dignationis tuae, quem mihi nec opinanti tua beniuolentia tribuit, gauisus quidem sum testimonium honesti et eloquentissimi uiri, sed in memet reuersus satis dolui indignum tantis laudibus atque praeconio opprimi me potius quam leuari. scis enim dogma nostrum humilitatis tenere uexillum et per ima gradientes ad summa nos scandere. quo- 2
tus igitur ego uel quantus sum, ut eruditae uocis merear testimonium, ut mihi ab eo palma eloquentiae deferatur, qui scribendo disertissime deterruit, ne scriberem? uerumtamen audendum est et caritas, quae non quaerit, quae sua sunt, sed quae proximi, reddat salutationis officia, quoniam locum inplere non ualet praeceptoris.

2. Gratulor tibi et sanctae atque uenerabili sorori tuae Serenillae, quae φερωνύμως calcatis fluctibus saeculi ad Christi

12 I Cor. 13, 5

F = *Veronensis XVI. 14 s. IX.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
Θ = *Parisinus lat. 1869 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad desiderium *codd.* (*Σ in mg. m2*) *praeter J* (hieroni epist); *Hieronymi nomen exhibent tituli in FJΣB* 3 lectus sermo *FΘa.c.m2,DC* 4 sum quid. *B* testimonium *F,J* (*alt.* m *eras.*) ad (*add. m2*) testimonium *Σ* -nio *cet.* 5 eloquentis *JΣB* uiris et *D* 6 me *s. l. m2 Θ, om. DC* 7 leuare *Σ* 8 nos] non *B* ascendere *FJ* conscendere *Σ* 9 eruditus uotis *F* 10 ab eo] habeo *FJa.c.* defferatur *FC,J* (*pr.* e *ex* i) 11 dissertissime (-mae) *FJC,Ba.r.* 12 audiendum *FJΣ* et] ut *ς* *alt.* quae *om. Σ* 13 quae *om. J* saluationis *Σa.c.m2* impl. n. ual. loc. *B* 15 tibi] ubi *D* adque *Σa.c.* hac *B* uenerabilis *Ja.r.B* sororis *B* 16 serenilla *D* ΦΕΡΟΝΥ(I*FΣ*)ΜΟϹ *FJΣ* ΑΕΠΟΝΙΑωϹ *B* deponsaωϹ *D,Θ* (*in mg.* al ΦΕΡΑΙΝΥΜωϹ *m2*) deponyaωϹ *C* et saec. *Θ* (et *del. m2*). *D*

tranquilla peruenit, quamquam hoc nominis uaticinium etiam
in te praedestinatum sit. legimus enim sanctum quoque Dani-
helum appellatum 'desideriorum uirum' et amicum dei, quia
2 mysteria eius scire desiderabat. itaque, quod uenerabilis Paula
me est deprecata, ut facerem, sponte facio hortorque uos et
precor per domini caritatem, ut nobis uestros tribuatis aspectus
et per occasionem sanctorum locorum tanto ditetis munere.
certe, si consortia displicuerint, adorasse, ubi steterunt pedes
domini, pars fidei est et quasi recentia natiuitatis et crucis
ac passionis uidisse uestigia.

3. Opusculorum meorum, quia plurima euolauerunt de nidulo
suo et temerario editionis honore uulgata sunt, nihil misi, ne
eadem forsitan mitterem, quae habebas. quodsi exemplaria
libuerit mutuari, uel a sancta Marcella, quae manet in Auen-
tino, uel a Loth temporis nostri, Domnione, uiro sanctissimo,
accipere poteris. ego autem opperiens praesentiam tuam aut
totum dabo, cum adfueris, aut, si hoc aliquae impedierint
2 difficultates, quaecumque praeceperis, libens mittam. scripsi
librum de inlustribus uiris ab apostolis usque ad nostram
aetatem imitatus Tranquillum Graecumque Apollonium et
post catalogum plurimorum me quoque in calce uoluminis
quasi abortiuum et minimum omnium Christianorum posui;
ubi mihi necesse fuit, usque ad quartum decimum annum
Theodosii principis quae scripserim, breuiter adnotare: quem

2 cf. Dan. 9, 23. 10, 11 8 cf. Ps. 131, 7

1 nom.] munus *Θa.c.m2D* muneris *C* uaticinio *ς* 2 praedist. *JΘΣ* quoque] quamquam *Θa.c.m2D* danihelum *FJ* -ielem *Σ* -ihel (-iel *B*) *cet.* 3 uir. des. *Σ* uirum *om. D* 4 eius *om. JΣ* scire *in mg. B* desiderabat *JΣ* -auit *cet.* ita *Σ* 5 est depr. *ΘDC* est exortata *F* exortata (*add. s. l.* fuerat *m2*) *Σ* exhortata *J* hortata est *B* facio] *reliqua om. FJΣ* 6 uestro *D* 7 nos dit. *ς* 8 cons. nostra *ς* 9 dom.] *add.* saluatoris *Θ* (*s. l. m2*), *B* 11 uolauerunt *B* nilo *C* 14 mutari *D* 15 lot *C* nostri (*s. l.*) temp. *B* dompnione *B* domnine *Θa.c.m2* 16 operiens *codd.* 17 tot. tibi *ς* 23 dec. quart. *ς* 24 teodosii *B*

librum cum a supra dictis sumpseris, quidquid de indice minus habueris, paulatim scribi faciam, si uolueris.

XLVIII (XLIX VALL.).
AD PAMMACHIUM.

1. Christiani interdum pudoris est etiam apud amicos tacere et humilitatem suam magis silentio consolari quam retractando ueteres amicitias ambitionis crimen incurrere. quamdiu tacuisti, tacui nec expostulare umquam super hac re uolui, ne non amicum quaerere, sed potentiorem uiderer expetere. nunc autem prouocatus officio litterarum primas semper partes habere temptabo et non tam rescribere quam scribere, ut et uerecunde hucusque tacuisse et uerecundius loqui coepisse cognoscar.

2. De opusculis meis contra Iouinianum quod et prudenter et amanter feceris exemplaria subtrahendo, optime noui. sed nihil profuit ista diligentia, cum aliquanti ex urbe uenientes mihi eadem lectitarint, quae se Romae excepisse referebant. in hac quoque prouincia iam libri fuerant diuulgati et, ut ipse legisti, nescit uox missa reuerti. non sum tantae 2

18 Horat. a. p. 390

2 uolueris] *add.* explicit ad desiderium *Θ*

E = *Veronensis XVII. 15 s. VII.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
ꝫ = *Monacensis lat. 6313 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*

4 ad pammachium *JΣD* apologeticum (ad pologeticum *ꝫ*) eiusdem operis ad pammachium *Eꝫ* apollogeticum (*pr.* l *del.*) ad pamachium. prefatio *A*; *Hieronymi nomen exhibet titulus in D* 6 consulari *E* 7 tacuistis *J* 8 ne *ex* nec *Aꝫ* 9 quaererem *E* 10 hab. part. *ꝫ* 11 non *s. l. Σ*, *om. J* resc.] scribere *Σa c.* 16 lectitarint *EAꝫ* -rent *cet.* roma *A* recepisse *J* referebat *Σa.c.* 17 prouincia iam *ex* prouinciam *Em2* iam *om. Aꝫ* fuerunt *ꝫ*

felicitatis, quantae plerique huius temporis tractatores, ut nugas meas, quando uoluerim, emendare possim. statim ut aliquid scripsero, aut amatores mei aut inuidi diuerso quidem studio, sed pari certamine in uulgus nostra disseminant et uel in laude uel in uituperatione nimii sunt non meritum
3 stili, sed suum stomachum sequentes. itaque, quod solum facere potui, ἀπολογητικόν ipsius operis tibi προσεφώνησα, quem cum legeris, aut ipse pro nobis ceteris satisfacies aut, si tu quoque narem contraxeris, illam apostoli περικοπήν, in qua de uirginitate et nuptiis disputat, aliter disserere conpelleris.

3. Nec hoc dico, quo te ad scribendum prouocem, cuius in sacris litteris studium prae me fero, sed ut alios, qui nos lacerant, hoc facere conpellas. norunt litteras, uidentur sibi scioli: possunt me non reprehendere, sed docere. si aliquid scripserint, magis ex operis eorum conparatione mea interpretatio
2 neglegetur. lege, quaeso te, et diligenter apostoli uerba considera, et tunc uidebis me propter calumniam declinandam multo plus, quam ille uoluit, in maritos fuisse clementem. Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Caesariensis, Didymus, Apollinaris latissime hanc epistulam interpretati sunt; quorum Pierius, cum sensum apostoli uentilaret atque dissereret et

9 cf. I Cor. c. 7

1 quanti pluresque 𝔖 2 possum *Ea.r.* possimus *Aa.c.* 3 *pr.* aut *s. l. J* 7 pot. fac. *JΣ* potui] putaui 𝔖 ΑΠΟΛΟΓΙΤΙΚΟΝ *D* ΑΠΟΛΟΓΗΥΙΚΟΝ (*s. l.* excusatorium *m2*) 𝔖 ΑΠΟΛΟΤΗΥ(*s. l.* Τ *m2*)-ΙΚΟΝ *A* apologeticon *JΣ* ΠΡΟCΦѠΝΗCΑ *E*,𝔖 (*s. l.* acclamaui *m2*) M(*s. l.* Π *m2*)ΡΟC(*s. l. add.* Ε *m2*)Φ(*ex* Ο *m2*)ѠΝΗ(*s. l.* Ε *m2*)CΑ *A* prosefonica *J,Σa.c.* prosefoneca *Σp.c.* quae 𝔖 8 *pr.* aut *om.* ς satisfaciens *J,Σa.c.* 9 quo conarem *Jp.c.m2* illa 𝔖 ΠΕΡΙΚΟΠΙΝΗ *A* ΠΕΡΙΚΟΜΗΝ *D* pericopen *Σ* pericopiu *J* 10 diserere *A,Σa.c.m2* dissere 𝔖 11 quod *A,J* (*seq.* ad *eras.*) ad te *Σa.c.* 12 prae me fero] praefero *D* mihi (*s. l. m2*) praefero *Σ* 13 conpellis *Σa.c.* 14 quid ς 15 scrib(p)serit *EAa.c.* ex *om. D* 16 neglegitur *AJ*𝔖 et *s. l. Σ* 18 quam *ex* quae *m2 A* 19 origenis *JΣD,A*𝔖*a.c.* dionisius *codd. praeter E* pyerius *D* didimus *JΣ*𝔖 dydimus *D* 20 apolin. *E* apollon. *Σa.c.* appollen. *J* 21 piaerius *E* edissereret ς

proposuisset illud exponere: uolo autem omnes esse sicut
meipsum, adiecit: ταῦτα λέγων Παῦλος ἄντικρυς ἀγαμίαν κηρύσ-
σει. quod hic peccatum meum, quae duritia? uniuersa, quae 3
scripsi, huic sententiae conparata lenissima sunt. reuolue
omnium, quos supra memoraui, commentarios et ecclesiarum
bibliothecis fruere, et magis concito gradu ad optata coeptaque
peruenies.

4. Audio totius in te urbis studia concitata, audio pontificis
et populi uoluntatem pari mente congruere. minus est tenere
sacerdotium quam mereri. libros sedecim prophetarum, quos
in Latinum de Hebraeo sermone uerti, si legeris et delectari
te hoc opere conperero, prouocabis nos etiam cetera clausa
armario non tenere. transtuli nuper Iob in linguam nostram; 2
cuius exemplar a sancta Marcella, consobrina tua, poteris mu-
tuari. lege eundem Graecum et Latinum et ueterem editionem
nostrae translationi conpara, et liquido peruidebis, quantum
distet inter ueritatem et mendacium. miseram quaedam τῶν
ὑπομνημάτων in prophetas duodecim sancto patri Domnioni,
Samuhelem quoque et Malachim, id est quattuor Regum libros.
quae si legere uolueris, probabis, quantae difficultatis sit diui-
nam scripturam et maxime prophetas intellegere, et interpretum
uitio, quae apud suos purissimo cursu orationis labuntur,
apud nos scatere uitiis. porro eloquentiam, quam pro Christo 3

1 *I Cor. 7, 7

1 illut *E* illum *𝔖* 2 *Graeca praeter* ANTIKPTE *recte scripta praebet unus E* ὁ Παῦλος *ς* 3 hic] *add.* quaeso *ς* meum] *add.* est *ΣD* *pr.* quae] atque *𝔖* 4 leuissima *ς* 6 concitu *E,Aa.c.m2* 8 urbis in te *JΣ* inter *A𝔖a.c.* orbis *D* studio *𝔖a.c.* 9 uoluntate *E𝔖* 12 comperere *D* prouocauis *E* 13 non *bis E* iob (*non* hiob) *codd.* 14 exempla *J* sanctam *E* consubrina *J,Σa.c.* poterit *D* mutari *Ea.c.* 16 tantum *D* 17 quondam (n *s. l.*) *𝔖* *Graeca mendose exhibent JΣD* 18 duod. proph. *JΣ* sanctos *Aa.c.* domnione *Ja.c.m2* domoni *Σa.c.* dommoni *E* 19 samuelem *𝔖* libr. reg. *JΣ* 20 probaris *Ea.c.* prouabis *Ja.c.* difficultates *Aa.c.m2* 22 labeuntur *Aa.c.* 23 scat. ap. nos *Σ* scatare *Aa.c.* eloquentium *Da.c.*

in Cicerone contemnis, in paruulis ne requiras. ecclesiastica interpretatio, etiam si habet eloquii uenustatem, dissimulare eam debet et fugere, ut non otiosis philosophorum scholis paucisque discipulis, sed uniuerso loquatur hominum generi.

XLIX (XLVIII VALL.).

APOLOGETICUM AD PAMMACHIUM.

1. Quod ad te huc usque non scripsi, causa fuit silentium tuum. uerebar enim, ne, si tacenti scriberem, molestum me magis quam officiosum putares. nunc autem prouocatus dulcissimis litteris tuis et huiuscemodi litteris, quae me ad philo-

1 ciceronem *A* 2 dissimulari *ex* -milare *Σm2* 3 et *om. D* effugere *𝔖D* scolis *AJΣ𝔖* 4 generi] *add.* explicit praefatio *E𝔖* de cetero librum huius operis require in era XXII, cuius initium est: quod ante huc usque non scripsi *A*

E = *Veronensis XVII. 15 s. VII.*
K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*
𝔖 = *Monacensis lat. 6313 s. IX.*
ψ = *Vindobonensis lat. 2171 s. IX* (*continet p. 355, 5* curramus—*363, 19* pensandum est).
d = *Casanatensis 641* (*olim B. IV. 18*) *s. IX* (*continet p. 364, 13* non—*365, 19* nuptias; *376, 4* tument—*380, 5* nullum; *386, 19* igitur—*387, 12* diuitem).
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
Ψ = *Augustodunensis 17 A s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

6 apologeticum ad pammachium *DB* apologeticum (adp- *𝔖*) *E𝔖* ap(p)ol(l)ogeticus ad pammachium *KΠΨ* apologiticum ad pamachium (*s. l.:* praefationem huius libri require in era LXXX) *A* sententia sancti hieronimi ad pammachium *ψ* sententiae ex apologesitico sancti hieronymi ad pammachium. de episcopis pbris diaconibus. ut sacrificium offerre uel recipere non possint, si operi seruiant nuptiarum .... ex eodem post multa .... ex eodem post aliqua *d; Hieronymi nomen exhibent tituli in AψdDB* 7 huc *s. l. m2 A* fuit *s. l. m2 Π* 8 tacentes *Πa.r.* 10 quae me] quem *K* quae *Ψ*

sophiam nostri dogmatis prouocarent, et condiscipulum quondam et sodalem et amicum obuiis, ut aiunt, manibus excipio defensoremque meorum opusculorum paro, ita tamen, si ante te placatum iudicem habuero, immo, si oratorem meum super omnibus, quae in me arguuntur, instruxero. hoc enim et Tullius tuus et ante illum in breui et solo uolumine scribit Antonius, primam causae esse uictoriam diligenter causam, pro qua dicturus es, discere.

2. Reprehendunt in me quidam, quod in libris, quos aduersum Iouinianum scripsi, nimius fuerim uel in laude uirginum uel in suggillatione nuptarum, et aiunt condemnationem quodammodo esse matrimonii in tantum pudicitiam praedicari, ut nulla posse uideatur inter uxorem et uirginem conparatio derelinqui. ego si bene problematis memini, inter Iouinianum et nos ista 2
contentio est, quod ille exaequet uirginitati nuptias, nos subiciamus; ille uel parum uel nihil, nos multum interesse dicamus. denique idcirco te post dominum faciente damnatus est, quod ausus sit perpetuae castitati matrimonium conparare. aut, si id ipsum uirgo putatur et nupta, cur piaculum uocis huius Roma audire non potuit? uirgo a uiro, non uirgo a partu. medium esse nihil potest: aut mea sententia sequenda est aut Iouiniani. si reprehendor, quod nuptias uirginitati 3

6 cf. Cicero?

2 amic.] *add.* cum (*eras.*) *K* 3 eorum *Πa.c.m2𝔖* tantum (*in mg.* al tamen *m2*) *A* 4 pacatum *Ka.c.* 5 struxero *Ψ* enim et] etenim *𝔖* 6 tuus] cuius *𝔖* scrip(b)sit *Πp.c.D* 7 causam—uictoriae *AΨp.c.m2Π* (am *eras.*) *D* causam *s. l. m2 Π* causa *D* 8 dict. es *om. D* dicere *AΠa.c.* 9 *pr.* in *om. AD* aduersus *ADΨB* 10 *pr.* uel *om. AD*, *eras. 𝔖* laudem *𝔖a.r.* 11 sugill. *Π𝔖* suggillationem *Ψ* nuptiarum *ADB,Π𝔖p.c.* quodam modum *K* 12 pudicitia *D* praedicare *D,Πa.c.𝔖p.c.* -rem *Aa.c.* 13 posse *om. ς* 14 probl.] *s. l. expl.* propositionis *m2 𝔖* 15 fuit cont. *B* est *s. l. 𝔖* uirginitatis *Da.r.* 17 idc. den. (den. *s. l. m2*) *B* te post te *E* domino *Ep.c.m2* deum *B* 18 castitatis *Aa.c.* uirginitati *ς* conparari *Aa.c.m2D* 19 id *s. l. 𝔖* huius uocis *𝔖* 20 Roma] romae uictorinus *AD,Π𝔖p.c.Bp.c.m2* uirgo a partu] uir a uirgine generatur *ς* *alt.* uirgo] *seq. ras. 6 litt. Π* uiro *Aa.c.m2* 21 est seq. *𝔖*

subicio, laudetur ille, qui conparat; si autem damnatus est, qui aequales putabat, damnatio eius mei operis testimonium sit. si saeculi homines indignantur in minori gradu se esse quam uirgines, miror clericos et monachos et continentes id non laudare, quod faciunt. castrant se ab uxoribus suis, ut imitentur uirginum castitatem, et id ipsum uolunt maritos esse, quod uirgines? aut iungantur itaque uxoribus suis, quibus renuntiauerant, aut, si se abstinuerint, etiam tacentes fatebuntur
4 melius esse, quod nuptiarum operi praetulerunt. an rudis in scripturis et nunc primum sacra uolumina legens lineam et, ut ita dicam, tenue dicendi filum inter uirginitatem et nuptias seruare non potui? uidelicet nesciebam dictum: noli esse iustus multum et, dum unum latus protego, in altero uulneratus sum atque, ut manifestius loquar, dum contra Iouinianum presso gradu pugno, a Manicheo mea terga confossa sunt. nonne, quaeso, statim in principio operis mei ista
5 praefatus sum? neque uero Marcionis et Manichei dogma sectantes nuptiis detrahimus. nec Tatiani, principis Encratitarum, errore decepti omnem coitum spurcum putamus, qui non solum nuptias, sed cibos quoque, quos deus creauit ad utendum,

12 Eccle. 7, 17 17 adu. Iouin. I 3

1 ipse *ς* 2 qui *E𝔖D* quia *cet.* 3 minore *Πp.c.m2* gradus esse *Ψa.c.m2* 4 id *s. l. m2 Π* 5 ut *s. l. m2 B* imittent (ur *s. l. add. m2*) *B* 6 uirgineam *AD* maritis esse *Ep.c.* esse maritos *D,Ba.c.m2* esse maritas *A* esse maritatas *Bp.c.m2ς* 7 quibus et *KΨ* 8 absti(e)nuerunt *Aa.c.D* etiam] quasi *AD,𝔖p.c.* confitebuntur *AD* 9 an] añ *D* anon *Aa.r.* aut (ut *in ras. m2, in mg.* al anon *m1*) *Π* an ego *ς* 10 linea *D* luteam *Ba.c.m2* 11 tenuem *AΠ𝔖DB* filium *AΠ𝔖a.r.* 12 potuit *𝔖* 13 et] ut *AD,Πp.c.m2* 14 sim *AD,Π𝔖p.r.* 15 praesso *ex* praessu *E* manichaeo *K* terga mea *ς* confusa *𝔖* 16 sint *AD,Π𝔖p.r.* quae(e)ro *Aa.c.m2D* ista] statim *Kp.c.m2Ψ* 17 uero] enim nos *ς* martionis *A𝔖* manichaei *K* 19 encratiar. *Πa.c.* enicratitar. *D* encracitar. *Aa.c.m2* encraticar. *B* errorem *E* omnem—sed *in mg. m2 B* coetum *KΨa.c.m2* 21 sed] sed et *AD,Πp.c.* quoque *om. 𝔖* quos] post *D*

damnat et reprobat. scimus in domo magna non
solum uasa esse aurea et argentea, sed et lignea
et fictilia, et super fundamentum Christi, quod
Paulus architectus posuit, alius aedificat aurum,
argentum, lapides pretiosos, alius e contrario fae-
num, ligna, stipulam. non ignoramus honorabiles 6
nuptias et cubile inmaculatum. legimus primam dei
sententiam: 'crescite et multiplicamini et replete
terram', sed ita nuptias recipimus, ut uirginitatem,
quae de nuptiis nascitur, praeferamus. numquid
argentum non erit argentum, si aurum argento
pretiosius est? aut arboris et segetis contumelia
est, si radici et foliis, culmo et aristis poma prae-
ferantur et fructus? ut poma ex arbore, frumentum
ex stipula, ita uirginitas e nuptiis. centesimus et 7
sexagesimus et tricesimus fructus, quamquam de
una terra et de una semente nascatur, tamen mul-
tum differt in numero. triginta referuntur ad nup-
tias; nam et ipsa digitorum coniunctio et quasi
molli osculo se conplexans et foederans maritum
pingit et coniugem. sexaginta uero ad uiduas, eo

1 cf. II Tim. 2, 20 3 cf. I Cor. 3, 12 4 cf. I Cor. 3, 10
6 cf. Hebr. 13, 4 8 Gen. 1, 28 15 cf. Matth. 13, 8 etc.

1 dampnat *et* reprobat *B* (t *ex* -nt [?] *ras. m2*) domu *Ea.c.*
2 esse uasa aur. et arg. *A* uasa a. et a. esse *ς* *pr.* et *om. Π*
4 aliud *D* alios *ς* superaedificat *AD,Πp.c.* superaedificare *ς* aurum
et *AD* 5 alios *EAa.c.m2* fenum *Da.c.m2B* foenum *AΨ,Dp.c.m2*
6 stipula *DB* 8 implete *AD* 9 sed] et *B* accipimus *B* 11 non
er. arg. *in mg. inf. m2 A* 12 pre(ae)tiosior *Aa.c.m2D* praesiosius
(u *ex* o *m2*) *E* 13 si radici] sirthici *𝔖a.c.* radicis *Da.c.* poma *in
mg. m2 B* 15 ex] *s. l. Π* e *Ea.c.* et *Aa.c.m2D* e] ex *A𝔖* cen-
tens. *K* 16 sexagens. *K* tricens. *Ea.c.K* trecens. *Aa.c.m2* 17 *alt.*
una] uno *Π𝔖,Ψp.c.m2* nascantur *AD,Ψa.r.Bp.c.m2* tam. mult.]
tumultum *Aa.c.m2* tam multum *D* 19 nam *E𝔖B* quia *cet.* ipso *D*
alt. et *eras. Π, om. ς* 20 osculos *Ka.r.* se *s. l. m2 Π, om. K*
conplectans *Πa.c.* 21 uero *ex* uiro *m2 E* dixi *A,D* (*ex* dixit)

quod in angustia et tribulatione sint positae, unde et superiori digito deprimuntur, quantoque maior est difficultas expertae quondam uoluptatis inle-
8 cebris abstinere, tanto maius et praemium. porro centesimus numerus — diligenter quaeso, lector, adtende — de sinistra transfertur ad dextram, et isdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in laeua nuptae significantur et uiduae, circulum faciens exprimit uirginitatis coronam.

3. Oro te, qui haec loquitur, damnat nuptias? aurum uirginitatem, argentum diximus matrimonium. centesimum et sexagesimum et tricesimum fructum de una terra et de una exposuimus semente generari, licet multum in numero differat. et quisquam tam iniquus lector erit, ut non ex meis dictis, sed ex suo me sensu iudicet? et certe multo clementiores erga coniugia fuimus omnibus paene Latinis et Graecis tractatoribus, qui centesimum numerum ad martyras referunt, sexagesimum ad uirgines, tricesimum ad uiduas. atque ita fit iuxta illorum sententiam, ut de bona terra et de patris familiae semine
2 excludantur mariti. uerum in principio cautus, in reliquis forsitan inprouidus fuerim: nonne post partitionem opusculi, cum ad quaestiones uenirem, statim intuli: uos quaeso, utriusque sexus uirgines et continentes, mariti quoque

22 adu. Iou. 1 4

1 ang. et trib.] angustiis tribulationum 𝔖 et] et in *AD* sunt *ΠB* 2 quantoque] quanto *D* quamque *B* quia quanto *ς* 3 ex parte *Aa.c.m2D* 4 maior *A* et] est *KΨ* 5 num. cent. qu. dil. *AD* 6 transferuntur *Aa.c.D* dextram *EK𝔖Ψ* -teram *cet.* et *om. AD* 7 hisdem *EKΨ* his *AD* 8 nuptiae *𝔖Ψ* 10 damnant *Kp.c.Ψa.c.* 11 centens. *K* 12 sexagens. *K* *pr.* et] in 𝔖 tricens. *Ea.c.K* exp. et de uno (una *ς*) *ADς* *alt.* una] uno *A𝔖D* 13 multo *A* diff. in num. *A𝔖D* 14 quis um(n)quam *A,Π𝔖p.c.* quis hunc quam *D* quis *B* 15 sensu me *KΨB* indicet *D* 17 centens. *K* martyras *EK,Πa.c.m2* -res *cet.* sexagens. *K* 18 tricens. *EK* fit] fit ut *A* 19 *alt.* de *om. AD* familias *AD* 20 uerum] *add.* ne *ΨB* forsitam *D* forsan *Π* 21 post *s. l. E* 22 uos] uox *D* queso *ex* que *m2 B*

et digami, ut conatus meos orationibus adiuuetis. cunctorum in commune Iouinianus hostis est? quorum orationibus indigeo et quos adiutores mei operis precor, eos possum Manichei errore damnare?

4. Curramus ad reliqua — neque enim epistulae patitur breuitas diutius in singulis inmorari —: interpretantes illud apostoli testimonium: uxor proprii corporis non habet potestatem, sed uir; similiter et uir corporis sui non habet potestatem, sed uxor, haec subiunximus: omnis hic quaestio de his est, qui in matrimonio sunt, an eis liceat uxores dimittere, quod et dominus in euangelio prohibuit. unde et apostolus: 2
'bonum est', ait, 'homini mulierem non tangere', sed quia, qui semel duxit uxorem, nisi ex consensu se non ualet abstinere nec dare repudium non peccanti, 'reddat coniugi debitum', quia sponte se alligauit, ut reddere cogeretur. qui domini dicit esse praeceptum, ne dimittantur uxores, et absque consensu, quod deus coniunxit, homo non separat, hic potest dici

7 *I Cor. 7, 4 10 adu. Iou. I 7 11 cf. Matth. 5, 32 et 19, 9 etc. 13 I Cor. 7, 1 14 cf. I Cor. 7, 5 16 *I Cor. 7, 3 18 cf. Matth. 19, 6 etc.

1 ut] et *Aa.c.m2D* conatos *EAa.c.m2,D* 2 Iouinianus *s. l. m2 B* ostis *ΨBa.c.* hic hostis *AD,Πp.c.* 3 quorum] qu. ego *Πp.c.D* qu. ergo *A,Bp.c.m2* in orat. *D* mei adi. *B* 4 possunt 𝔖 manichaei *K* dampn. err. man. *B* 5 breu. pat. *ς* 6 illius *B* 7 corp.] *add.* sui *AD,Π s. l.* 9 hoc *ς* 10 haec *KΠΨ* est de his *B* 11 licet *Ka.c.m2* 13 ait] autem *A* mul. *B* uxorem uel mul. *cet.* tangere] *add.* quasi in tactu eius periculum sit, quasi, qui eam tetigerit (tangerit *Aa.c.m2D* tingerit *Π*), non euadat (*cf. p. 372, 6*). unde et ioseph, quia (qui *Aa.c.m2D*) tangere illum (ill. tang. *ς*) uolebat ae(e)gy(i)ptia, fugiens de manibus eius (de m. e. *om.* 𝔖) pallium abiecit *A,Π mg. inf.*, 𝔖 *mg.*, *D,B mg. m2* 14 duxerit *ψ* dimisit *𝔖a.c.* non ualet se *B* 15 se non *s. l. m2 A* ualeat *ψ* 16 peccati *Πa.c.m2* peccat 𝔖 reddat] sed dat 𝔖 sed reddat *AD,Πp.c.* sed reddet *Bp.c m2* 17 all. se *B* allegauit *K* domini *om. AD* 18 et *s. l. m2 A*, *om. D*, *eras. Π* 19 homo *s. l. m2 K, om. ψ* separet *Ap.c.m2Π𝔖ΨB* dici] dies 𝔖

3 nuptias condemnare? rursum in consequentibus: sed unusquisque, ait, proprium habet donum ex deo, alius quidem sic, alius autem sic. quam sententiam nos exponentes haec intulimus: quid, inquit, uelim, perspicuum est. sed quoniam in ecclesia diuersa sunt dona, concedo et nuptias, ne uidear damnare naturam. simulque considera, quod aliud donum uirginitatis
4 sit, aliud nuptiarum. si enim eadem esset merces nuptarum et uirginum, numquam dixisset post praeceptum continentiae: 'sed unusquisque proprium habet donum ex deo, alius quidem sic, alius autem sic'. ubi proprietas singulorum est, ibi altrin-
5 secus diuersitas. concedo et nuptias esse dei donum, sed inter donum et donum magna diuersitas est. denique et apostolus de eodem post incestum paenitente: 'e contrario', inquit, 'donate ei et consolamini' et: 'si cui quid donastis, et ego'. ac ne putaremus donum hominis contemnendum, addidit: 'nam et ego, quod donaui, si quid donaui, propter
6 uos coram Christo'. diuersa dona sunt Christi. unde et Ioseph in typo eius uariam habebat tunicam et n psalmo quadragesimo quarto adstitit regina a

1. 10 *I Cor. 7, 7 4 adu. Iou. I 8 16 *II Cor. 2, 7 17 *II Cor. 2, 10 19 *II Cor. 2, 10 21 cf. Gen. 37, 3 22 cf. Ps. 44, 10

1 rursus *AD* sequentibus ς 2 habet proprium ς don. hab. *B* ex] a *Πa.c.B* 3 aut.] uero *B* quam] *seq.* in (*eras.*) *E* 4 haec *om.* *ψ* uel inpersp. *ψΨ* uelit *Ap.c.m2𝔖* 8 mercis *Aa.c.m2D* 9 nuptiarum *A𝔖D* nequaquam ς 11 ex] a *B* 13 concedo—*357, 18* pertinet *om.* *ψ* dei esse *B* don. dei *Π𝔖* 15 de *om.* *KΨ* eodem] quodam ς paenitentem *E* penitenter (r *eras.*) *D* paenitentiae *A* 17 quid] inquit (t *ex* d) *Π* donatis *AD,Πp.r.* ac *ex* an *K* ne] sine *Ψ* 19 si quid don. *om.* *B* quid] quit *Πp.r.* 20 sunt dona (donum *D*) *AD* 21 *pr.* et *om.* *AD* 22 quadragens. *Ea.c.K* quarto] *add.* legimus *Ψ* adstetit *KD,Aa.c.m2* asstitit *Π* astitit ς a] ad *𝔖,Aa.r.*

dextris eius in uestitu deaurato circumdata uarietate. et Petrus apostolus: 'sicut coheredes', ait, 'multiplicis gratiae', quod significantius Graece dicitur ποικίλης, id est 'uariae'.

5. Rogo, quae est ista contentio claudere oculos nec apertissimum lumen aspicere? in ecclesia diximus dona diuersa et aliud donum uirginitatis, aliud nuptiarum. et post paululum: concedo et nuptias esse dei donum, sed inter donum et donum magna diuersitas est. et quod dei donum uoce apertissima pronuntiamus, damnare dicimur? porro, si 2
Ioseph in typo domini accipitur, tunica eius uaria atque distincta in uirginibus, uiduis, continentibus ac maritis est. et potest uideri quasi alienus, qui de tunica Christi est, cum et ipsam reginam, hoc est ecclesiam saluatoris, in uestitu deaurato eadem uarietate circumdatam diximus? sed et in consequentibus de coniugio disputantes eundem sensum secuti sumus: hic locus ad praesentem controuersiam non pertinet. docet enim iuxta sententiam domini uxorem excepta causa fornicationis non repudiandam et repudiatam uiuo marito alteri non nubere aut certe uiro suo debere reconciliari. nec non et alio 3
loco: 'mulier alligata est, quanto tempore uir eius uiuit. quodsi dormierit uir eius, libera est: cui

2 *I Petr. 3, 7 8 adu. Iou. I 8 17 adu. Iou. I 10 22 adu Iou. I 10 et *I Cor. 7, 39

1 eius] tuis *ΠB* circumamicta *B* uarietatem *K* 2 coeheredes *E* ait] aut *A*, *om.* *B* 3 multiplices s gratiae] *add.* dei *ΨB* 4 ΠΟΙΚΛΗC *E* ΠΟΚΙΛΗC *K* *Ψ* ΠΟΚΗC *s.l.* ΠΟΙΚΙΛΙΑC *in mg m2* *A p.c.m2* ΝΟΥCΙΑC *A a.c.m2 D* uaria *AD* 5 contemptio *B* aparatissimum s *a.c.m2* 6 dicimus *D* diu. dona s esse dona diu. *ς* 7 et aliud *AsD* concedit *B a.c.m2* 8 et *om.* *B* don. dei *ς* 10 ap. uoce *B* dicimus *A* 12 maritatis *B p.c.m2 ς* et *om.* *B* 14 hoc] id *B* 15 circumdata *A a.c.m2* et *om.* s 19 forn. causa *B* 20 uiuo mar.] uiro uiuente *AD* uiuente (*in mg.*) mar. *Π* altero s 21 alio in *AD* in alio *KΨB* 22 est] *add.* uiro *AD* uir eius *om.* *AD* 23 uiuet *E a.c.m2 Π a.r.* liberata s *B*, *Π p.c.m2* est] *add.* a lege uiri *ς*

uult, nubat, tantum in domino', id est Christiano. qui secundas nuptias tertiasque concedit in domino, primas cum ethnico prohibet.

6. Aperiant, quaeso, aures obtrectatores mei et uideant me secundas et tertias nuptias in domino concessisse. qui secundas et tertias non damnaui, primum potui damnare matrimonium? in eo quoque loco, ubi interpretamur capitulum apostoli: circumcisus aliquis uocatus est: non adducat praeputium. in praeputio uocatus est: non circumcidatur, licet quidam prudentissimi interpretes scripturarum hoc de circumcisione et seruitute dictum esse contendant, nonne
2 apertissime foedera seruauimus nuptiarum? diximus enim: 'si in praeputio quis uocatus est, non circumcidatur.' habebas, inquit, uxorem, cum credidisti; noli fidem Christi causam putare discidii, quia in pace nos uocauit deus. 'circumcisio nihil est et praeputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei'. nihil enim prode est absque operibus caelibatus et nuptiae, cum etiam fides, quae proprie Christianorum est, si opera non habuerit, mortua esse dicatur et hac lege uirgines quoque Uestae et Iunonis uni-
3 uirae in sanctarum queant ordine numerari. et post paululum: 'seruus uocatus es: non sit tibi curae; sed et si potes liber fieri, magis utere'. etiam si habes,

2 cf. II Cor. 6, 14 8 *I Cor. 7, 18 12 adu. Iou. I 11 et cf. I Cor. 7, 18 15 cf. I Cor. 7, 15 16 I Cor. 7, 19 19 cf. Iac. 2, 20. 26 23 adu. Iou. I 11 *I Cor. 7, 21

1 uult] uel *Aa.c.m2* uis *D* xp̄iana *Aa.c.m2* in (*eras.*) xp̄iano *Ψ* 2 esse concedit *D* 3 hēnico *B* et hinico *K* prohibent *Aa.c.D* prohibetur *Bp.c.m2* 4 Aper.—22 numerari *om.* *ψ* 5 nupt. et tercias *B* conc. in dom. *ς* 7 interpraetantur *KΨ* 9 circumdatur *AΨa.c.* 10 quidem *Aa.c.m2* 11 seru.] *add.* legis *ς* dictum *om.* 𝔰 contendunt *KΨ* 12 nupt. seru. *B* seruamus *AD* 13 circumdatur *Aa.c.* 15 dissidii *ς* uoc. nos 𝔰*B* 16 uocabit *D* 17 obseruantia *A* 18 prode est *E* prodest *cet.* 21 uniuiro *Aa.c.m2* 22 sanctorum 𝔰 queant *in mg.* *B* numerare *Aa.c.m2* 24 fieri liber *ς*

inquit, uxorem et illi alligatus es et soluis debitum et non habes tui corporis potestatem atque — ut manifestius loquar — seruus uxoris es, noli propter hoc habere tristitiam nec de amissa uirginitate suspires. sed etiam si potes causas aliquas inuenire discidii, ut libertatem pudicitiae perfruaris, noli salutem tuam cum alterius interitu quaerere. habeto paulisper uxorem nec praecurras morantem: expecta, dum sequitur. si egeris patienter, coniux mutabitur in sororem.

7. In eo quoque loco, ubi tractauimus, cur dixisset apostolus: de uirginibus autem praeceptum domini non habeo; consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a domino, ut sim fidelis, ita uirginitatem extulimus, ut nuptiarum ordinem seruaremus: si uirginitatem dominus imperasset, uidebatur nuptias condemnare et hominum auferre seminarium, unde et ipsa uirginitas nascitur. si praecidisset radicem, quomodo fruges quaereret? nisi ante fundamenta iecisset, qua ratione aedificium extrueret et operturum cuncta desuper culmen inponeret? si radicem nuptias, uirginitatem fruges diximus, si fundamentum 2 matrimonium et aedificium uel culmen perpetuam castitatem. quisquam uel tam inuidus uel tam caecus obtrectator

12 I Cor. 7, 25 15 adu. Iou. I 12

1 illi *s. l. m2 B* soluis *ex* solum (?) *B* solues *Aa.c.m2D* 4 ne *ψD* 5 potest *ψ* 6 dissidii *ς*, *om. B* libertatem *EAΨ*,*ꞩDa.c.* -tate *cet.* 8 praecuras *Aa.c m2* 9 exsp. *KΠ* sequitur *ante ras. 10 litt. Π* 10 coniunx *ΠꞩΨ* in sor. mut. *ψ* 11 in eo—23 castit. *om. ψ* tractabimus *D* apost.] paulus *AD* 12 autem *om. ꞩ* dom. pr. *AD* 13 tamq.] sicut *B* 15 praetulimus *ς* 17 hominem *Aa.c.m2D* sem.] latinum (*exp.*) sem. *B* 18 prae(e)cisisset *Aa.c.m2D* 19 fundamentum *ꞩ* 20 iacisset *Aa.c.m2D* extrueretur *Ba.r.* 21 opertorum *Πa.c.m2* opertorium *AD*,*ꞩp.c.* des. cuncta *B* 22 nuptias] *add.* si *ADΨ*,*Kp.c.Bp.c.m2* fructus *AD* dix. fructus *ς* 24 quis *ΠBp.r.* *pr.* uel] ne (*s. l.*) *ꞩ*, *ras. 2 litt. Π*

mei erit, ut in eadem domo aedificium et culmen uideat, fundamentum, quod aedificium et culmen portat, ignoret? porro in alio loco proponentes apostoli testimonium, in quo ait: alligatus es uxori: noli quaerere solutionem; solutus es ab uxore: noli quaerere uxorem, ilico ista subiecimus: habet unusquisque nostrum terminos suos; redde mihi meum et tu tene tuum. si alligatus es uxori, ne illi des repudium; si solutus sum ab uxore, non quaeram uxorem. ut ego non soluo coniugia, si semel ligata sunt, ita tu non
3 liges, quod solutum est. sed et in alio testimonio, quid de uirginitate et nuptiis senserimus, manifestissime declaratur: non inponit nobis apostolus laqueum nec cogit esse, quod nolumus, sed suadet, quod honestum est et decorum, et intente facit seruire domino et semper esse sollicitum et expectare paratum domini uoluntatem, ut, cum quid imperauerit, quasi strenuus et armatus miles statim inpleat, quod praeceptum est, et hoc faciat sine ulla distentione. quae data est secundum Ecclesiasten hominibus
4 huius mundi, ut distendantur in ea. in fine quoque conparationis nuptarum et uirginum disputationem nostram

4 I Cor. 7, 27 6 adu. Iou. I 12 13 adu. Iou. I 13 19 cf. Eccle. 3, 10

1 et] uel *ψ* uid. *Eψ,Πȿa.c.* uid. et *cet.* 2 quod] *add.* et *AD* portet *Π,Ψa.c.m2* ignorat *AΠψD* 3 porro] *add.* et *Ψ* 5 illico *D* 6 ista *s. l. m2 Π* haec *ς* 8 ux.] *add.* tuae *ς* 9 ut] *add.* et (*exp.*) *A* 11 sed *om.* *ȿ* et *s. l. m2 B, om. Π* 12 et *EȿψB,Πa.c.* et de *cet.* senserim *B* 13 cogites se *Ψ* cogitasse *ȿ* 14 suadit *Aa.c.m2D* 15 seruire *om.* *ȿ* 16 sollicitos *ς* paratum *Kψ,EΠΨa.c.m2* -tam *cet.* 17 imperauit *Aa.c.m2D* -bit *Ap.c.m2* 18 milis *Πa.c.ψ* milex *D* quod] *om. D*, *add.* domini (*del. m2*) *Ψ* 19 et hoc—in ea *om.* *ψ* fač (= facit) *B* distinctione *D* destitutione *ȿ* 20 sec.—mundi] hominibus huius mundi secundum aeclesiasten *Π* 21 destendantur *Aa.c.m2D* distendatur *Ka.c.* finem *AD* 22 con(m)parationem *AD,Πp.c.* nuptiarum *KADΨ,ȿp.c.* disputatione *D*

hoc sermone conclusimus: u b i b o n u m e t m e l i u s e s t, i b b o n i e t m e l i o r i s n o n u n u m e s t p r a e m i u m; e t u b i n o n u n u m p r a e m i u m, i b i u t i q u e d o n a d i u e r s a. tantum est igitur inter nuptias et uirginitatem, quantum inter non peccare et benefacere, immo, ut leuius dicam, quantum inter bonum et melius.

8. Porro in consequentibus, cum dicimus: f i n i t a d i s p u t a t i o n e c o n i u g i o r u m e t u i r g i n i t a t i s e t i n t e r u t r u m q u e c a u t o m o d e r a m i n e p r a e c e p t o r u m, u t n e c a d s i n i s t r a m n e c a d d e x t r a m d i u e r t e r e t, s e d u i a r e g i a g r a d e r e t u r e t i l l u d i n p l e r e t: 'n e s i s m u l t u m i u s t u s', r u r s u m m o n o g a m i a m d i g a m i a e c o n p a r a t e t, q u o m o d o n u p t i a s s u b d i d e r a t u i r g i n i t a t i, i t a d i g a m i a m n u p t i i s s u b i c i t, nonne perspicue ostendimus, quae sit in scripturis sanctis sinistra, quae dextra, et quid significet: n e s i s m u l t u m i u s t u s? quod uidelicet sinistra sit, si Iudaeorum et 2
gentilium sequamur libidinem et semper aestuemus ad coitum dextra, si Manicheorum sequamur errorem et simulatae pudicitiae retibus inplicemur, uia autem regia sit ita adpetere uirginitatem, ne nuptiae condemnentur. praeterea quis tam iniquus meorum opusculorum iudex erit, ut prima matrimonia damnare me dicat, cum etiam de secundis nuptiis dixisse me legerit? c o n c e d i t a p o s t o l u s s e c u n d a s n u p t i a s, s e d

1 adu. Iou. I 13 7 adu. Iou. I 14 11. 15 *Eccle. 7, 17 23 adu. Iou. I 14

2 meliores *E* 3 un.] un. est *B* est un. *ς* itaque *A* diu. dona *ꞩ* 4 est ig.] ig. interest *ς* inter *s. l. m2 K* 7 porro—*362, 14* potest *om. ψ* cum dic.] ubi diximus *B* disp.] *add.* et *Ψ* 8 *alt.* et] *om. A*, ut *ς* utraque *AD,Πp.c.* 9 caute *D* ut] qui (*eras.*) ut *D, om. Ψς* ad] a *A* 10 dexteram *AΠDB* 11 grederetur *D* iust. mult. *Π* 12 rursus *AΠD* monogamia iam *Kp.c.Ψ* 13 subdideiit *Ψ* subdidit *B* 14 subiecit *B* scripturae *AD* 15 quae dextra] dextraque *ꞩ* dextera *AΠDB* 16 iud. et gent. si *AD* si *s. l. K* 17 et *om. AD* 18 dextram *K* errore *D* simulata pudicitia *ς; add.* inpudicitiae *AD,Π s. l.* 19 ita *om. A* 22 nuptiis *om. AD* me dix. *B* 23 sed uol. *om. ꞩ*

uolentibus, sed his, quae se continere non possunt,
ne luxuriatae in Christo nubere uelint habentes
damnationem, quod fidem primam inritam fecerint,
et hoc concedit, quia multae abierunt retro Sata-
nan. ceterum beatiores erunt, si sic permanserint.
3 continuoque subiungit apostolicam auctoritatem:
'secundum meum consilium'. porro, ne auctoritas
apostoli quasi leuior uideretur, addidit: 'puto au-
tem, quod et ego spiritum dei habeam'. ubi ad con-
tinentiam prouocat, ibi non hominis, sed spiritus
dei consilium est. ubi autem nubendi concedit
ueniam, spiritum dei non nominat, sed prudentiae
librat consilium ita singulis relaxans, ut unus-
4 quisque ferre potest. propositis quoque testimoniis, in
quibus apostolus secundas concedit nuptias, statim subiecimus:
quomodo uirginibus fornicationis periculum con-
cedit nuptias et excusabile facit, quod per se non
adpetitur, ita eadem fornicatio concedit uiduis
secunda matrimonia. melius est enim, licet alterum
et tertium, unum uirum nosse quam plurimos, id

1 cf. I Cor. 7, 9   2 cf. I Tim. 5, 11—12   4 cf. I Tim. 5, 15   5 cf. I Cor. 7, 40   7 I Cor. 7, 40   8 I Cor. 7, 40   16 adu. Iou. I 14

1 qui *KΨ,Πa.c.*   3 quod] quia *B*   fid. pr. *E𝔖* pr. fid. (quidem *D*) *cet.*   fecer̄ *B*   4 quia] quae *Aa.c.m2D*   habierunt *AD*   retro] retrorsum post *AD*, *add.* post *𝔖p.c.ΠB*   satan *A* sathanam *B*   6 apost. auct.] cum auctoritate *B*   7 cons. meum *ADB*   8 quasi] *add.* hominis *ς et adu. Iou. I 14, fort. recte*   11 consilio usus est *𝔖p.c.* consilio *Πa.c.* usus est consilio (-lium *D*) *AD,B in ras. m2*   nubendo *D*   conceditur uenia *𝔖p.c.*   13 liberat *Aa.c.D*   ita—potest *in mg. inf. m2 Π*   ita] *add.* in *Π*   sing.] *add.* habenas *B*   relaxati *Aa.c.m2* relaxantis *Π* (n *eras.*) *D* relaxantes *KΨ*   ut *om. E*   14 possit *ς*   quoque] ergo *ς*   test.] *add.* suis *AD,Πp.c.*   15 nuptias concedit *B*   statim—nuptias *in mg. m2 Π*   statimque *Aa.c.Πp.c.D*   16 uirg.] *add.* propter *𝔖p.c.* ob *AD,Πp.c.*   periculo *Πa.c.ΨB*   17 excusabile *Ka.c.ΠψB* -biles (b *ex* u *m2 E*) *cet.*   non *om. ψ*   18 eadem fornicatione *Aa.c.m2Πp.c.DB* pro eadem fornicatione *Ap.c.m2* ob eandem fornicationem *ς*   19 est *om. B*   etenim *A*   20 unum *s. l. m2 Π*, *om. ψ*

est: tolerabilius est uni homini prostitutam esse quam multis. facessat calumnia! de secundo hic et tertio 5 et quarto, si libeat, matrimonio disputauimus, non de primo, ne quis in eo, quod diximus: uni homini prostitutam esse quam multis, ad primum maritum referat, cum omnis nobis quaestio de digamia et trigamia fuerit. denique digamiae et trigamiae disputationem hac calce signauimus: 'omnia licent, sed non omnia expediunt'. non damno digamos, immo nec trigamos et, si dici potest, octogamos. plus aliquid inferam: etiam scortatorem recipio paenitentem. quidquid aequaliter licet, aequa lance pensandum est.

9. Erubescat calumniator meus dicens me prima damnare matrimonia, quando legit: non damno digamos, immo nec trigamos et, si dici potest, octogamos. aliud est non damnare, aliud praedicare; aliud est ueniam concedere, aliud laudare uirtutem. si autem in eo durus uideor, quia dixi: quidquid aequaliter licet, aequa lance pensandum est, puto non me crudelem iudicabit et rigidum, qui alia loca uirginitati et nuptiis, alia trigamis et octogamis et paenitentibus ⟨scortatoribus⟩ legerit praeparata. Christum in 2

7 adu. Iou. I 15 *I Cor. 6, 12. 10, 23

1 tollerabilius *ADΨ* *alt.* est *s. l. m2 B* 2 facesset *D* facescat *A* cessat *E.𝔖a c.* calumniam *E,𝔖a.r.* et] *add.* de *KADΨ* 3 et] *add.* de *KΨ* libet *AD* disputabimus *KD* primo] *add.* sed *AD,Πs.l.,𝔰 in mg.* 4 dix.] *add.* tolerabilius est *A* (-ll-) *D,Π𝔰 s. l.* 5 esse] *add.* melius *B* ad prim. *in mg. m2 E* matrimonium *B* omnibus *Π* 6 digamiae et trigamiae *Aa.c.D* digamie (*corr.* -a) et trigamia *Π* denique—disp. *in mg. m2 Π* 7 disputatione *ψ* hac] hec *𝔖a.c.* hic *𝔖p.c.* h· (= hoc) *B* ac *D* a *KΨ* signabimus *D* 8 *alt.* non *ex* nam *m2 Ψ* digamus—trigamus *D* 9 octogamus *D* 10 etiam *om. B* 12 aequa *E𝔖* aequali *cet.* 14 digamus *D* immo nec] et *ς* 15 trigamus *D* et—octog. *om. AD* octog.] neque octog. *B* 16 est praed. *𝔰* 17 est laud. *K* durus in eo *AD* 18 aequa *E𝔖* aequali (-le *ψ* -lit *D*) *cet.* 19 me non *KΨ* iudicauit *E* quia *A* 20 et paen. *om. B* *tert.* et *om. E𝔖* 21 scort. *addidi coll. lin. 10, om. codd.* legeret *Aa.c.m2D*

carne uirginem, in spiritu monogamum, quod unam haberet ecclesiam, noster in reliquis sermo testatus est: et crediti sumus nuptias condemnare! damnare dicor nuptias, cuius hic sermo est: nullique dubium est sacerdotes de Aaron et Eleazar et Finees stirpe generatos. qui cum et ipsi uxores habuerint, recte nobis opponerentur, si errore Encratitarum contenderemus matrimonia reprobanda. Tatianum, Encratitarum principem, qui abicit matrimonia, reprehendimus, et ipsi nuptias condemnamus?
3 rursumque, ubi uirgines et uiduas conparo, quid de nuptiis senserim et quomodo tres gradus uirginitatis uiduitatisque et continentiae et coniugii fecerim, declarant ipsa, quae scripta snnt: non nego beatas esse uiduas, quae ita post baptismum manserint, nec illarum detraho merito, quae cum uiris in castitate perdurant, sed sicut hae maioris apud deum praemii sunt quam nuptae coniugali officio seruientes, ita et ipsae aequo patiantur animo uirginitatem sibi praeferri.

10. Ad Galatas quoque testimonium apostoli proponentes: ex operibus legis non iustificabitur omnis caro huiuscemodi sensum intulimus: opera legis et nuptiae

4 adu. Iou. I 23 13 adu. Iou. I 33 20 Rom. 3, 20 21 adu. Iou. I 37

1 carnem *K* spiritum *D* habet 𝔖,*Ba.c.m2* 3 nupt.] *add. eras.* cuius hic sermo est *Π* dicor *s. l. m2 B* cuius hic sermo est *s. l. m2 Π* 4 aron *K,Ψp.c.* 5 eliazer (ia *ex* i *m2*) *K* finee *Ka.c.* phinees *Π* styrpe *KΨ* generatis *Aa.c.m2* 6 obp. *KB* opponerenter (*sic, alt.* n *exp.*) 𝔖 7 errorem *ED,A𝔖a.c.* Encratitarum (*alt.* t *s. litt. eras. Π*, ta *in ras. m2 B*)] encretitarum 𝔖 encracitarum *A* engratiarum *D; add.* ducti *ς* 8 datianum *D* tacianum (t *ex* d) *A* encracitarum *A* engraticarum *D* encreatitarum (tit *ex* tt) *K* abiecit 𝔖 9 condemnauimus *𝔖p.c.* 10 nuptias *Aa.c.D* 11 inuiduitatisque (in *exp.*) *A* 12 *pr.* et *E𝔖* uel *cet.* 13 nego *KA𝔖p.c.m1 uel 2, ΨB* ego *cet.* post bapt. *om. B* 14 meritum 𝔖 15 perd.] laborant *B* sicut *s. l. m2 B* sicuti 𝔖 haec *AD* haee *Ψ* hee *in ras. m2 B* 16 praem. ap. d. *ς* praem. s.] s. meriti *d* 19 galathas *Π𝔖B* praeponentes *Π* 20 ex] et (*in mg. add.* ex *m2*) *E* 21 huiusmodi *d* et *om. B*

sunt. unde et maledicuntur in ea, quae non habent filios. quae si conceduntur etiam in euangelio, aliud est indulgentiam infirmitati tribuere, aliud uirtutibus praemia polliceri. ecce perspicue nuptias diximus concedi in euangelio, sed tamen easdem in suo officio permanentes praemia castitatis capere non posse. quod si indigne accipiunt mariti, non mihi irascantur, sed scripturis sanctis, immo episcopis, presbyteris et diaconis et uniuerso choro sacerdotali et Leuitico, qui se nouerunt hostias offerre non posse, si operi seruiant coniugali. sed et in eo loco, ubi 2
de Apocalypsi testimonium posuimus, nonne manifestum est, quid de uirginibus, uiduis et coniugibus senserimus? hi sunt, qui cantant canticum nouum, quod nemo potest cantare, nisi qui uirgo est. hi sunt primitiae dei et agni et sine macula. si uirgines primitiae dei sunt, ergo uiduae et in matrimonio continentes erunt post primitias, id est in secundo et tertio gradu. in secundo et tertio gradu uiduas ponimus et maritas, et heretico furore damnare dicimur nuptias?

11. Multa sunt, quae per omnem librum cauto moderamine de uirginitate, de uiduis, de nuptiis diximus. sed breuitatis studio unum adhuc ponam testimonium, cui non reor contradicturum nisi eum, qui aut inimicum se probare uoluerit

1 cf. I Reg. 1, 6 12 adu. Iou. I 40 cf. Apoc. 14, 3—5

1 habet 𝔖 2 si] sic *AdD* 3 *pr.* aliud—euang. *in mg. B* *pr.* aliut *E; add.* tamen ς indulgentia *E* trib.] concedere *d* *alt.* aliud] *add.* est *AD* 4 praemium *Π* pollicere *AD,Ψa.c.Ba.c.m2* dix. in eu. nupt. conc. *B* 5 dicimus *d* tamen] tantum *AD* 8 episc.] *add.* et *AD* diaconis *EΠ𝔖* -nibus *cet.* 10 et *om. d* in *s. l. Π* 11 de *s. l. D* 12 quod *A* uirg.] *add.* et *AD,Π s. l.* coniugiis *E* hii *KDB,Ea.c.m2* (*hic et 14*) 14 canere *K𝔖ΨB* 15 *alt.* et *om. AdD* primitiuae *d* dei *om. d* 16 in *om. D* 17 id] hoc *AD* in *om. AD* 18 in—gradu *om. AD,Ba.c.m2𝔖p.c.* ponemus *Ea.c.m2D* proponimus *B* maritatas *𝔖dΨB,Ep.c.m2Πp.c.* 19 et *om. K* dic. dam(p)nare *ADΨ* 21 nuptis *B* 22 contradictorem (e *ex* u *m2*) *Ψ* 23 quia ut *D* in. reprobari *Aa.c.m2D* se in. probare ς

aut uaecordem. nam cum proposuissem, quod dominus isset
ad nuptias in Cana Galilaeae, post quaedam etiam haec addidi:
qui enim semel iuit ad nuptias, semel docuit esse
2 nubendum. et tunc uirginitati posset officere, si
nuptias post uirginitatem et uiduitatis castimonia
non in gradu tertio poneremus; nunc autem, cum
hereticorum sit damnare coniugia et dei spernere
conditionem, quidquid de laude dixerint nuptiarum,
libenter audimus. ecclesia enim matrimonia non
damnat, sed subicit, nec abicit, sed dispensat sciens,
ut supra diximus, in domo magna non solum uasa
esse aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et
alia esse in honorem, alia in contumeliam, et qui-
cumque se mundauerit, eum futurum esse uas
honorabile et necessarium, in omne opus bonum
3 praeparatum. quidquid, inquam, de laude dixerint nupti-
arum, libenter audimus. laudari nuptias libenter audimus, et
nuptias condemnamus? ecclesia matrimonia non damnat, sed
subicit — uelitis nolitis, mariti, subicit — uirginitati et uiduitati.
ecclesia nuptias, sed nuptias in suo opere permanentes subicit,
non damnat, nec abicit, sed dispensat. in potestate uestra est,

1 cf. Ioh. 2, 1—2   3 adu. Iou. I 40   11 cf. II Tim. 2, 20
13 cf. II Tim. 2, 21

1 uaec. *EKΨ* uec. *cet.*   nam cum] nr̃a non *Aa.c.m2*   2 chana *E𝔖B* chanan *A* canan *Da.c.*   gallileae *E*   etiam *om. B*   3 ibit *ED,Aa.c.m2*   4 uirginitatis *Kp.c.Ψa.r.*   posset off. *𝔖a.c.B* posse suff. *E* possit off· (o *sup. ras.* *Ψ*) *cet.*   si nuptias etiam *𝔖* et tunc nuptias possim addicere si nuptias *AD*   5 castimonia *E𝔖* -iam *cet.*   6 tertio] testimonio *D*   8 dixerit *ς*   9 audiuimus *AD*   non damnat (-ant *Aa.c.*) matrimonia (-nii *Da.c.*) *AD*   11 sicut *AD*   uasa e. aur. *EKΨ* uasa aur. e. *𝔖* e. uasa aur. *cet.*   12 *quart.* et] sed *AD*   13 honore *Ba.c.m2* contumelia *Ba.c.m2*   14 manducauerit *Aa.c.m2*   15 honorabilem (b *ex* u *m2 E*) *E,𝔖a.r.*   16 praep. *in ras. B* paratum *AD*   dix. de l. *B*   de *s. l.* *𝔖*   dixerit *Aa.c.m2D*   17 *utroque loco* audiuimus *AD* audiamus *𝔖*   laudare *A𝔖B*   19 ueletis noletis *Ea.c.m2* uellitis nollitis *K*   maritus subicitur *B*   20 *pr.* nuptiis *D*

si uelitis, secundum pudicitiae gradum scandere. quid indignamini, si in tertio stantes nolitis ad superiora properare?

12. Igitur, cum totiens et tam crebro lectorem admonuerim et per singula paene tractatuum milia cautus uiator incesserim, me ita recipere nuptias, ut eis continentes, uiduas uirginesque praeferam, debuerat prudens et benignus lector etiam ea, quae uidebantur dura, aestimare de ceteris et non in uno atque eodem libro criminari me diuersas sententias protulisse. quis 2
enim tam hebes et sic in scribendo rudis, ut idem damnet et laudet, aedificata destruat, destructa aedificet et, cum aduersarium uicerit, suo nouissime mucrone feriatur? si rusticani homines et uel rhetoricae uel dialecticae artis ignari detraherent mihi, tribuerem ueniam inperitiae nec accusationem reprehenderem, ubi non uoluntatem in culpa cernerem, sed ignorantiam; nunc uero, cum diserti homines et liberalibus studiis eruditi magis uolunt laedere quam intellegere, breuiter a me responsum habeant: corrigere eos debere peccata, non reprehendere. patet campus, stat e contra acies, aduersarii dogma 3
manifestum est et — ut Uergilianum aliquid inferam — i l l u m a s p i c e c o n t r a, q u i u o c a t: respondeant aliter, teneant modum in disputando et me, in libris suis quid uel praetermiserim uel addiderim, doceant. reprehensores non audio, sequor

19 Verg. Aen. XI 374 sq.

1 ueletis *Ea.c.m2* uellitis *K* 2 stantes] statis et *B* nollitis *K* 3 toties *Π𝔖B* tam] cum *𝔖a.c.*, *om.* *ς* 4 paene *s. l. A* tractatum *Ka.c.* tractuum *A* intercesserim *AD* 5 uirgines uiduasque *KΨ* 6 praeferam *E* -ferrem *cet.* lector et benignus *B* ea etiam *B* ea *om.* *𝔖* 7 uidentur *KADΨ* in uno *in ras. m2 B* atque in *Π* 9 si *𝔖* rudis] *add.* est *ς* laud. et d. *KΨ* 10 destruet *Aa.c.m2D;* *add.* et *ς* distructa *D* structa *Πa.c.* 12 heretice(ae) *E𝔖* rethoricae *cet.* theoreticae *Engelbrecht* 13 ad(c *m2*)cusatione *D* 14 in culpam *Aa.c.* culpae *𝔖* 15 disserti *DΨB,Aa.c.Πp.c.* deserti *K* 16 uelint *AΠD,𝔖p.c.* ludere *B* 18 e] de *AD* contrario *B* 19 ut] ad *K,Ψa.c.* uerg. *K* uirg. *cet.* 20 resp.] *add.* aduersario *AD,Πp.c.,𝔖 in mg., Bp.c.m2* aliter] at *Engelbrecht; num* alteri? 21 disp.] *add.* aliter uirgam in docendo *AD,𝔖 s. l., B in mg. m2* me] ne *D* suis quid *B in ras. m2* uel *om. B* 22 non *s. l. Π*

magistros. delicata doctrina est pugnanti ictus dictare de muro
et, cum ipse unguentis delibutus sis, cruentum militem accu-
4 sare formidinis. nec haec dicens statim iactantiae reus sum,
quod ceteris dormientibus solus pugnauerim, sed hoc dico,
cautius eos posse pugnare, qui me uiderint uulneratum. nolo
tale certamen, in quo te tantum protegas, et torpente dextera
sinistra clipeum circumferri. aut feriendum tibi est aut caden-
dum. non possum te aestimare uictorem, nisi aduersarium uidero
trucidatum.

13. Legimus, o eruditissimi uiri, in scolis pariter et Ari-
stotelia illa uel de Gorgiae fontibus manantia simul didicimus,
plura uidelicet esse genera dicendi et inter cetera aliud esse
γυμναστικῶς scribere, aliud δογματικῶς: in priori uagam esse
disputationem et aduersario respondentem nunc haec nunc
illud proponere, argumentari, ut libet, aliud loqui, aliud agere,
panem, ut dicitur, ostendere, lapidem tenere; in sequenti autem
2 aperta frons et, ut ita dicam, ingenuitas necessaria est. aliud
est quaerere, aliud definire: in altero pugnandum, in altero
docendum est. tu me stantem in proelio et de uita periclitan-
tem studiosus magister doceas. noli ex obliquo et, unde non

16 cf. Plautus Aul. 195

1 mirro *Aa.c.m2* myrro *D* 2 ipso *Aa.c.m2D* 3 hoc *ς* 4 pugn.] certauerim *AD* 6 cert.] *add.* adeas *ς* tant. te *ς* dextra *D* 7 clypeum *KAΨ* circumferri *E* -ferat *KΨB* -feras *AΠD,𝔰* (as *in ras.*) *pr.* aut *del. et s. l. denuo add. m2 A* fer.—uict. *s. l. m2 A alt.* aut *bis A* 8 possunt *D* te *in mg. m2 Π* uideo *ς* 10 legemus *Ea.c.m2* legamus *Bp.c.m2* o *EΠΨ,Ka.c.Bp.c.*, *om. cet.* scholis *K* aristotelica *KΨ,ABp.c.m2𝔰p.c.* 11 uel *om. B* gurgiae(e) *E,Ka.c.Ψ* georgiae *Aa.c.* georgii *Πp.c.* georgice *D* gorgone *B* dicimus (*corr.* discimus *m2*) *Ψ* 12 esse uid. *AD* 13 γυμν. *et* δογμ. *uarie scribuntur in codd.* scribe *B* in priori *in ras. m2 B* esset *Aa.r.D* 14 dispositionem *E* et *om. 𝔰* respondente *Ap.c.m2𝔰p.r.Ba.c.m2* haec nunc *in ras. m2 B* 15 illud *E𝔰* illa *cet.* ut *s. l. m2 A* bibet *K* loqui al. *om. D* 16 autem *om. Ψ* 17 frons—def.] fronte et def. *et s. l. scr. m2* frons et ut ita dicam ingenuitas necessaria est. aliud difinire *A* frons *ex* fons *K* fronte *Aa.c.m2D* 18 est *om. D* difinire *Ap.c.m2Π* *pr.* alt.] *add.* quidem *𝔰* 19 dicendum *Aa.c.m2* tu me] tum *K,Ψa.r.* tu *Ψp.r.* 20 doces *Ap.c.* noli *s. l. m2 Π* oblico *Πa.c.m2D*

putaris, uulnus inferre: directo percute gladio. turpe tibi est
hostem dolis perire, non uiribus; quasi non et haec ars summa
pugnantium sit, alibi minitari et alibi percutere. legite, obsecro 3
uos, Demosthenen, legite Tullium; ac ne forsitan rhetores
uobis displiceant, quorum artis est uerisimilia magis quam
uera dicere, legite Platonem, Theophrastum, Xenophonta, Ari-
stotelen et reliquos, qui de Socratis fonte manantes diuisis
cucurrere fluminibus: quid in illis apertum, quid simplex est?
quae uerba non sensuum? qui sensus non uictoriae? Origenes, 4
Methodius, Eusebius, Apollinaris multis uersuum milibus scri-
bunt aduersus Celsum et Porphyrium: considerate, quibus
argumentis et quam lubricis problemata diaboli spiritu con-
texta subuertant et, quia interdum coguntur loqui, non quod
sentiunt, sed quod necesse est, dicantur esse gentiles. taceo
de Latinis scriptoribus, Tertulliano, Cypriano, Minucio, Victo-
rino, Lactantio, Hilario, ne non tam me defendisse quam
alios uidear accusare: Paulum apostolum proferam, quem

1 turpem *K* est tibi *B* 2 ferire *AD*,*𝔖p.c.* perimere *B* et *om. D* 3 minari *B* et *om. B* obsecro uos *s. l. Π* 4 demonstenen *Πa.c.* demost(h)enem *KAΨB* demusthenem *D* ne] si *AD* uob. reth. *B* rhet. *K* reth. *cet.* 6 theopr. *KΨ*,*Πa.c.* theofr. *AΠp.c.*,*DB* theofractum *Aa.c.* xenophonta(x *ex* z*B*)*Π𝔖Ba.c.m2* -fonta *E* -ponta *KΨ* -ph(f)ontem *AD*,*Π𝔖Bp.c.m2* aristotelem *AΠa.c.m2𝔖* aristotilem (a *in ras. m2 B*) *AΠp.c.m2DB* 7 manantes et *AD* manant et *𝔖p.c.* diuisis *EKΨ*,*𝔖a.c.*,*Π* (*s. l.* et diuersis) diuersis *cet.* 8 currere *KAD*, *Ψa.c.m2*, *post ras. 3 litt.* concurrere (*s. l.* currunt) *𝔖* flum.] riuulis *ς* 9 *pr.* non *s. l. Π* origenis *Aa.c.m2DΨ* originis *K* 10 metodius *Ka.c.D* mettodius *K*,*Ψ* (*ex* mettotdius) euseuius *E* appollinaris *KΨ* mil.] numeris *Ψ* numerus *K* 11 aduersum *K𝔖Ψ* porfyr. *EA* porph(f)ir. *Π𝔖DB* 12 problemate *Aa.c.* problematibus *ς* diabolico *B* contesta *D* 13 subuertunt *ΠΨa.c.* non quod] quod non *Ψp.c.m2Ba.c.* quod *Ψa.c.m2* 14 dicuntur esse *Π𝔖p.c.* dicunt aduersus eos qui dicuntur esse *AD*,*𝔖 ex suppl. marg.* dicunt aduersus ea quae dicunt *ς* 15 tertuliano *ED* cipriano *E*, *om. A* minutio *AΠ𝔖D* uicturino *K*,*Ψ* (*ex* uicturio) 16 Hilario, ne] hi(e*E*)larione ut *E𝔖* hilarione (*s. l.* ne *m2*) *Ψ* hylario *ΠB* nec (c *eras.*) *B* me tam *K*,*𝔖a.c.* quem *A* quae *D* 17 uideas *D* accusare *EB* -sasse *cet.* praeferam *A*

quotienscumque lego, uideor mihi non uerba audire, sed toni-
5 trua. legite epistulas eius et maxime ad Romanos, ad Galatas, ad Ephesios, in quibus totus in certamine positus est, et uidebitis eum in testimoniis, quae sumit de ueteri testamento, quam artifex, quam prudens, quam dissimulator sit eius, quod agit. uidentur quidem uerba simplicia et quasi innocentis hominis ac rusticani et qui nec facere nec declinare norit insidias. sed, quocumque respexeris, fulmina sunt. haeret in causa, capit omne, quod tetigerit; tergum uertit, ut superet; fugam
6 simulat, ut occidat. calumniemur ergo illum atque dicamus: testimonia, quibus contra Iudaeos uel ceteras hereses usus es, aliter in suis locis, aliter in tuis epistulis sonant. uidemus exempla captiua: seruierunt tibi ad uictoriam, quae in suis uoluminibus non dimicant. nonne nobis loquitur cum saluatore: aliter foris, aliter domi loquimur? turba parabolas, discipuli audiunt ueritatem. pharisaeis proponit dominus quaestiones et non disserit. aliud est docere discipulum, aliud aduersarium uincere. mysterium, inquit, meum mihi, mysterium meum mihi et meis.

14. Indignamini mihi, quod Iouinianum non docuerim, sed uicerim. immo indignantur hi, qui illum anathematizatum

15 cf. Matth. 13, 10—16 etc. 18 *Esai. 24, 16

1 quotiescumque *Π𝔖B* legero *Π* non mihi *AD* 2 et *om.* 𝔖 galathas *Π𝔖B* 3 positus *s. l. m2 B* 4 uidebis *A,Πa.c.* sumet *Aa.c.m2D* sunt *𝔖a.c.* de] e *Ka.c.m2* uetere *Πp.c.m2* 5 fit *ς* 6 quidem *om. AD* simpl. uerba *Π* 7 ac] hac *E* et *B* nouerit *ς* poterit *Kp.c.m2Ψ* 8 quodcumque *KΨ,Da.r.* respexerit *AD,𝔖p.c.* flumina *D* influmina *Aa.c.m2* sunt] *s. l. add.* hic 𝔖 haerit *Aa.c.m2* erit *D* 9 carpit *B* 10 dic.] *add.* ei *AD,𝔖 s. l.* 11 caeteros *AD* 12 es *Kp.r.DΨB* est *cet.* *pr.* aliter *bis K* 13 seruire *ς* suis in *ς* 14 non *om. B* 15 dom *Ka.c.* intro dum *Ψ* loquitur *ADB,Π𝔖p.c.* turbae *ΠΨ* turb *B* 16 prop. phar. *AD* farisaeisque *Ψ* dominus *s. l.* 𝔖 et *om. 𝔖B* 17 edisserit *ς* dixerit *D* uinc. adu. 𝔖 18 *alt.* misterium meum mihi *del. m2 B* 19 meum *s. l. Π* meis] in eis 𝔖 20 mihi *om. AD* iubin. *Ea.c.m2* iuuin. *Ep.c.m2𝔖a.c.* docerim *K* 21 hii *EK* mihi *ς* hi *in ras. m2 B* qui *in ras. m2 B, seq. ras. 2 litt. Π* anathematizatur *Aa.c.m2D*

dolent, et, cum laudent, quod sunt, accusant, quod esse se
simulant. quasi uero rogandus fuerit, ut mihi cederet, et non
inuitus ac repugnans in ueritatis uincla ducendus. et haec
dicerem, si uincendi studio contra regulam scripturarum quip-
piam locutus fuissem et, sicut uiri fortes in controuersiis solent
facere, culpam praemio redimerem. nunc uero, cum interpres 2
magis apostoli fuerim quam dogmatistes et commentatoris sim
usus officio, quidquid durum uidetur, ei magis inputetur, quem
exposuimus, quam nobis, qui exposuimus. nisi forte aliter ille
dixit et nos simplicitatem uerborum eius maligna interpreta-
tione detorsimus. qui hoc arguit, de ipsis scriptis probet. diximus:
si bonum est mulierem non tangere, malum
est ergo tangere; nihil enim bono contrarium est
nisi malum. si autem malum est et ignoscitur.
ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat, et
cetera usque ad propositionem alterius capituli. hoc ideo sub- 3
iecimus. quia apostolus dixerat: bonum est homini mulie-
rem non tangere; propter fornicationem autem
unusquisque uxorem suam habeat et unaquaeque
uirum suum habeat. in quo differunt mea uerba a sensu
apostoli? nisi forte in eo, quod ille pronuntiat, ego dubito;
ille definit, ego sciscitor; ille aperte dicit: bonum est homini
mulierem non tangere, ego timide quaero, si bonum

12 adu. Iou. I 7 17 *I Cor. 7, 1—2 22 I Cor. 7, 1

1 laudant $\mathfrak{S}$,*Ψp.c.m2* sint *AD* se *om. AD* 3 uer. *om. AD* uincula *B* 4 dicerem *in t., in mg.* uł dicentē *m2 B* dicerit (-ret *m2*) *A* dixerim $\mathfrak{S}$ uicendi *Aa.c.m2D* 6 culpari *Aa.c.m2D* culpans *Ap.c.m2* redemerem *K,EΨa.c.m2* redimerim (redemerim *Am2*) *AD* 7 fueram *B* quam] et *E* dogmatis *KADΨ*,$\mathfrak{S}$*p.r.* et] sed *KΨ* sim usus] simus *Aa.c.m2Dp.r.* sumus *Da.r.* semel *Ba.c.m2* 8 magis ei *B* 9 qui *s. l. K* nisi forte *in ras.* (*fuit* quam nobis) *K* ille aliter *AD* 11 arguet *KD,Aa.c.m2* scripturis *ADΨB,Πa.r.* 13 ergo est ς enim] ergo *AD* 14 ni ς *alt.* malum *s. l. m2 Π* 15 malo] malum *B* fiat *s. l. m2 A* 16 positionem *Ea.c.*$\mathfrak{S}$ 18 fornicationes *K* (*cf. p. 379, 17*) 19 suam ux. *Π* 20 suum uir. *B* habeat *om. B* uerba mea *B* a *om. AD* 21 pronunciet *B* dubitem *B* 22 diffinit *EΠ* 23 ego—*372, 1* tang. *in mg. Π*

4 est mulierem non tangere. 'si' dubitantis est, non confirmantis.
ille dicit: bonum est non tangere, ego, quid bono contrarium esse possit, adiungo. statimque in consequentibus: animaduertenda apostoli prudentia. non dixit: 'bonum est uxorem non habere', sed 'bonum est mulierem non tangere', quasi et in tactu periculum sit, quasi, qui illam tetigerit, non euadat. uides igitur non de coniugibus nos exponere, sed de coitu simpliciter disputare, quod ad conparationem pudicitiae et uirginitatis et angelicae similitudinis bonum sit homini mulierem non tan-
5 gere. uanitas uanitantium, omnia uanitas, dixit Ecclesiastes. si omnes creaturae bonae ut a bono creatore conditae, quomodo uniuersa uanitas? si terra uanitas, numquid et caeli et angeli et throni, dominationes, potestates ceteraeque uirtutes? sed quae per se bona sunt ut a bono creatore condita, ad conparationem maiorum uanitas appellantur. uerbi gratia: lucerna lampadis conparatione pro nihilo est; lampas stellae conlatione non lucet; stellam lunae confer, et caeca est; lunam soli iunge, non rutilat; solem Christo confer, et tenebrae sunt.
6 ego sum, inquit, qui sum. omnem igitur creaturam si deo

2 I Cor. 7, 1 4 adu. Iou. I 7 5 I Cor. 7, 1 11 *Eccle. 1, 2 20 Ex. 3, 14

2 *alt.* bonum 𝔖Ψ*a.c.* contrario Π*a.c.* 3 posset *AD* 4 enim adu. *A* prud.] sententia *B* 5 *pr.* est] *add.* homini *K*Ψ; *seq. uacuum spatium* $4^1/_4$ *linearum E* uxor. *s. l. B* *alt.* est] *add.* inquit(d) *AD* 6 et] enim 𝔖*a.c.* tactum *Aa.c.; add.* eius *AD, s. l.* Π*m1Bm2* 7 sit] est *E*,𝔖*a.c.* euadat (dat *in ras. m2*) *B* euadit *K*Ψ uidetis Π*p.c.* 8 ig.] ergo *K*Ψ 10 sit] est Ψ*Ba.c.m2* homini *in ras. m2 B* 11 uanitatum *K*Π*B; add.* et *B* omnia—Eccles. *om. A* omnia uan. *om. D* dicit *D* Eccl.] *add.* uanitas uanitantium *D* 12 creaturae—cond.] *praeter* cre *omnia in ras. m2 B* ut] et Π*p.c.D* 13 si terra uan. *om. E*𝔖, *s. l. m2 B* numq. et] num et *in ras. m2 B* 14 *pr.* et *om. B* *alt.* et *E*𝔖, *om. cet.* 15 ut] aut Ψ a *s. l. K* 16 meliorum ς appellatur *K*,𝔖*a.c.* uerbi gratia *in ras. m2 B* lucerna *s. l. m2 B* 17 nihil *K*Ψ 18 conl.] comparatione *B* et *om.* ς lun.—rut. *in mg. m2 B*

contuleris, non subsistit. ne tradas, inquit Hester, heredi-
tatem tuam his, qui non sunt, uel idolis scilicet uel
daemonibus. et certe erant idola et daemones, quibus ne tra-
derentur, orabat. in Iob quoque legimus a Baldad dictum de
inpio: auellatur de tabernaculo suo fiducia eius et
calcet super eum quasi rex interitus. habitent in
tabernaculo illius socii eius, qui non est, haud du-
bium quin diaboli, qui cum habeat socios, non autem haberet,
nisi esset, tamen, quia deo periit, non esse dicitur. ergo 7
secundum hunc conparationis sensum malum diximus mulierem
tangere — licet uxoris nulla facta sit mentio —, quia bonum
est non tangere. et subiecimus uirginitatem frumentum, nuptias
hordeum, fornicationem stercus bubulum nuncupantes: utique
et frumentum et hordeum creatura dei est. uerum
in euangelio maior turba hordeaciis panibus, minor
frumentaciis pascitur: 'homines', inquit, 'et iumenta
saluos facies, domine'. aliis uerbis id ipsum locuti sumus, 8
quando aurum uirginitatem, argentum nuptias diximus, et
centum quadraginta quattuor milia uirginum signatorum, qui

1 *Esth. 14, 11 5 Hiob 18, 14—15 13 *adu. Iou. I 7 (*Hieronymus pristinam loci formam postea mutasse uidetur*) 15 cf. Ioh. 6, 8—13 16 *Ps. 35, 7 18 cf. adu. Iou. I 3 19 cf. adu. Iou. I 40 cf. Apoc. 14, 1—4

1 esther ς her. tuam *in mg. B* 2 sunt] *add.* dii *AD* *pr.* uel *om. AΠD* *alt.* uel] et ς 3 *alt.* et *om. B* 4 baldath *KΠΨ* baldaad *A* baldaat *D* baldach *B* 5 euellatur *Πp.c.m2* auertatur (*s. l.* ł auellatur) *S* 6 calet *Ea.c.* cadet (adet *in ras. m2*) *B* 7 illius] eius *KΨ* non est *in ras. m2 B* est] sunt *in ras. m2 Π* haut *EKD* aut *Aa.c.m2* 8 diabolus (lus *in ras. m2 B*) *KADΨB* qui *in ras. m2 B* habeant *Ba.c.m2* haberent *Ba.c.m2* habere *D* 9 esset *in ras. m2 B; add.* et *AD, s. l. m2 ΠSB* tantum *Aa.c.m2D* quia| qui a *S* (per)iit non esse dic. *in ras. m2 B* 10 sens. comp. *B* 11 sit facta *S* 12 non tang. et *in ras. m2 B* non *s. l. S* et *s. l. Π* 14 *pr.* et *om. Ψ* uerum *om. Π* 15 hordiaciis *E* (ii *ex* i), *KΨ,Π* (-ceis) ordeaciis *AD,B* (-ceis) hordeaceis (*s. l.*) *S* 16 frumentaceis *Π,Sa c.,B* (ta *in ras. m2 et* ceis *s. l. m2*) inquit *om. B* 17 facias *AD* 19 uirginum *exp. S*

cum mulieribus non sunt coinquinati; ex quo ostendi uoluimus omnes, qui uirgines non permanserint, ad conparationem purissimae et angelicae castitatis et ipsius domini nostri Iesu
9 Christi esse pollutos. quodsi cui asperum et reprehensione dignum uidetur tantam nos inter uirginitatem et nuptias fecisse distantiam, quanta inter frumentum et hordeum est, legat sancti Ambrosii de uiduis librum et inueniet illum inter cetera, quae de uirginitate et nuptiis disputauit, etiam ista dixisse: neque ita coniugium apostolus praetulit, ut studia integritatis extingueret, sed a continentiae persuasione incipiens ad incontinentiae remedia descendit et, cum brauium supernae uocationis fortibus demonstrasset, deficere tamen in uia neminem passus est ita plaudens prioribus, ut non despiceret et
10 sequentes. didicerat enim et ipse, quia dominus Iesus aliis panem hordeacium, ne in uia deficerent, aliis corpus suum, ut ad regnum contenderent, demonstrauit; et in consequentibus: non ergo copula nuptialis quasi culpa uitanda, sed quasi necessitatis sarcina declinanda. lex enim adstrinxit uxorem, ut in laboribus et tristitia filios generet et conuersio eius ad uirum sit, quod ei ipse dominetur.

8 Ambros. de uiduis c. 13, 79 15 cf. Ioh. 6, 8—13 17 cf. Matth. 26, 26 18 Ambros. de uiduis c. 13, 81 21 cf. Gen. 3, 16

1 ex] in *AD* 2 qui] quicumque *𝔖* 4 cui] *add.* et *AD* 5 tantum *AD* dist. fec. *Π* 6 quantā *Kp.c.m2* quantum *A* 7 ambrosi *K* de *om. D* 8 putauit (*corr.* desputauit) *E* disputabit *D* etiam *in ras. m2 B* ista] hoc *AD* sic *in ras. m2 B* 9 ap. coni. praet. *Ψa.c.m2* coni. praet. ap. *B* integr.] uirginitatis *ς* 10 perfectione *B* 11 continentiae *Ka.c.* 12 dem. *in ras. m2 B* 14 dispiceret *EΨ* 15 consequentes *D* did.—dom. *in ras. m2 B* et *s. l. Ψ* quia *s. l. B* 16 Iesus *om. Ψ* hordiacium *EKΨ,Πa.c.* ordeacium *Πp.c.D* ordiaciis *A* (h)ordeaceum *𝔖B* deficeret *D* 17 regn.] *add.* suum *D* 18 montrauit *Ea.c.* demostrauit (uit *in ras. m2*) *B* ministrauit *Ambros. l. c.* 19 nuptiarum *B* 20 decl.] *add.* est *AD,𝔖 s. l.* adstringit *Ap.c.m2Ψ* a(s)stringit *Π,𝔖p.c.* adstringet *Aa.c.m2D* 21 g(e)neraret *B* et *Ep.c.m2, om. cet.* 22 eius *om. 𝔖* quod] ut *A s. l. Πp.c.D* ipsi *K*

ergo laboribus et doloribus in generatione filiorum 11
addicitur nupta, non uidua, et dominatui uiri sola subditur copulata, non uirgo; et in alio loco: 'pretio', inquit, 'empti estis, nolite fieri serui hominum'. uidete, quam euidens sit coniugalis definitio seruitutis; et post pauxillulum: si igitur bonum coniugium seruitus, malum quid est, quando nequeunt se inuicem sanctificare, sed perdere? uniuersa, quae nos 12
de uirginitate ac nuptiis lato sermone diffudimus, ille breui artauit conpendio in paucis multa conprehendens. uirginitas ab eo persuasio continentiae, nuptiae remedia incontinentiae praedicantur. et significanter a maioribus ad minora descensus: uirginibus brauium supernae uocationis ostendit, nuptas, ne in uia deficiant, consolatur; alios laudat, alios non despicit; coniugia hordeo, uirginitatem Christi corpori conparat. et puto 13
multo minorem distantiam inter frumentum esse et hordeum, quam inter hordeum et corpus Christi. deinde nuptias dicit et quasi necessitatis sarcinam declinandam et definitionem esse euidentissimae seruitutis et multa alia, quae in tribus libellis de uirginibus latissime prosecutus est.

15. Ex quibus uniuersis perspicuum est me nihil noui de uirginibus nuptisque dixisse, sed maiorum in omnibus secutum

3 Ambros. de uiduis c. 11, 69 et I Cor. 7, 23   6 Ambros. de uiduis c. 11, 69

1 generationem *AD* 2 adducitur *Ea.c.m2𝔰a.r.* uiduam *ex* uidam *K* dom. uiri *in ras. m2 B* dominationi 𝔰 sola *om. AD* 3 copula *ΠΨa.c.m2* nupta *in ras. m2 B* non uirgo et *in ras. m2 B* 5 uidetis *AD.𝔰p.c. et Ambros. l. c.* coni. sit *KADΨ* 6 pauxillulum *E* pauxillum *B* pausillum *K* paululum 𝔰 pusillum *cet.* 7 seru.] *add.* est ς *cum Ambr. l. c.* mala *ex* malus 𝔰 quid est quando *in ras. m2 B* nequeant *AD,𝔰p.c.* 8 de uirg. nos 𝔰 9 diffundimus *ΠΨB,𝔰a.c.* 12 significantur *D* ad] a *K* discensus *EKDΨ,Aa.c.m2* decensus *B* descendens ς 13 nuptae *KΨ* nuptias *A* 14 dispicit *KΨ* 15 coniugium ς corp. xp̃i ς corpore *KΨ* 16 multo *s. l. m2 B* et (h *s. l.*) ordeum esse 𝔰 17 hord.| frumentum (*s. l.* ł ordeum *m2*) *B* denique ς 18 et *eras.* 𝔰. *om. ADB* declinandas ς definitione *K* dif(fi *D*)initionem *ED* 19 in *om.* ς 20 persecutus *K* 22 nuptiisque *ED,Ψa.r.* secutus *Ψa.c.m2*

esse sententiam, tam huius uidelicet quam reliquorum, qui
de ecclesiasticis dogmatibus disputarunt; quorum aemulari
exopto neglegentiam potius, quam aliorum obscuram diligen-
2 tiam. tument contra me mariti, quare dixerim: oro te, quale
illud bonum est, quod orare prohibet, quod corpus
Christi accipere non permittit? quando inpleo
mariti officium, non inpleo continentis. iubet idem
apostolus in alio loco, ut semper oremus. si semper
orandum est, numquam ergo coniugio seruiendum,
quoniam, quotienscumque uxori debitum reddo,
3 orare non possum. hoc quare dixerim, perspicuum est,
quia interpretabar illud apostoli dictum: nolite fraudare
inuicem nisi forte ex consensu ad tempus, ut uace-
tis orationi. Paulus apostolus dicit, quando coimus cum
uxoribus, nos orare non posse; Petrus ad continentiam co-
hortatur, ne inpediantur orationes nostrae: quod hic, quaeso,
peccatum meum est? quid commerui? quid deliqui? si tur-
bidae et nebulosae aquae fluunt, non est aluei culpa, sed
4 fontis. an idcirco arguor, quod de meo sum ausus adicere:
quale illud bonum est, quod corpus Christi acci-
pere non permittit? ad hoc breuiter respondebo: quid est
maius: orare an Christi corpus accipere? utique corpus Christi.
si per coitum, quod minus est, inpeditur, multo magis, quod

2 cf. Terent. Andria 20 sq. 4 adu. Iou. I 7 7 cf. I Thess. 5, 17 12 I Cor. 7, 5 16 cf. I Petr. 3, 7

3 obscurum *D* -re *𝔖* 4 tumeant *ς* tamen *𝔖a.c.* me *s. l.* *𝔖* meriti *𝔖a.c.* quale] quare *𝔖* 7 item *Ψ* 9 seru. coni. *B* 10 quon.] quod *Ψ* 11 non poss. or. *B* hoc qua(re) *in ras. m2 B* 12 quoniam *d* interpretabar (ar *in ras. m2*) *B* interpretabam *d* 13 in inuicem ni *D* 14 Paulus *om. B* quando] quod dum *𝔖p.c.m2* 15 posse] *add.* si per coitum, quod minus est (est *om. Π*), inpeditur, id est orare, quanto plus, quod maius est, (*add.* id est *ς*) corpus Christi prohibetur accipere *Π in mg. inf. m2, Bς* hortatur *ς* 16 uestrae *ADB* 17 est meum *B* si] qui si *A* 18 fluent *B* 19 arguor (or *in ras. m2*) *B* ausus sum *d* dicere *dΨB* 22 orare (re *in ras. m2*) *B* an] hanc *D* corpus xp̄i *AdD* utique] accipere ut. *B* ut. accipere *ς*

maius est. diximus in eodem uolumine panes propositionis ex 5
lege non potuisse comedere Dauid et socios eius, nisi se
triduo mundos a mulieribus respondissent, non utique a mere-
tricibus, quod damnabatur in lege, sed ab uxoribus, quibus
licito iungebantur. populum quoque, quando accepturus erat
legem in monte Sina, tribus diebus iussum esse ab uxoribus
abstineri. scio Romae hanc esse consuetudinem, ut fideles 6
semper Christi corpus accipiant, quod nec reprehendo nec
probo — unusquisque enim in sensu suo abundat —, sed
ipsorum conscientiam conuenio, qui eodem die post coitum
communicant et iuxta Persium noctem flumine purgant, quare
ad martyres ire non audeant, quare non ingrediantur ecclesias. an
alius in publico, alius domi Christus est? quod in ecclesia non licet,
nec domi licet. nihil deo clausum est et tenebrae quoque lucent
apud eum. probet se unusquisque et sic ad Christi corpus accedat, 7
non quo dilatae communionis unus dies aut biduum sanctiorem
efficiat Christianum, ut, quod hodie non merui, cras uel perendie
merear, sed quo, dum doleo non communicasse corpori Chri-
sti, abstineam me paulisper ab uxoris amplexu, ut amori con-
iugis amorem praeferam Christi. 'durum est, non ferendum;
quis hoc saecularium sustinere potest?' qui potest sustinere,

1 in eodem uolumine] *locum frustra quaesiui* cf. I Reg. 21, 5 5 cf. Ex. 19, 15 9 cf. Rom. 14, 5 11 cf. Persius II 16 15 cf. I Cor. 11, 28 21 cf. Matth. 19, 12

2 sotii *Ψa.c.* se] si *Dp.c.m2, om.* 𝔖 3 tridu(o) *in ras. m2 B* mundus *K* *alt.* a *om. AD* 4 quod] quae *Ap.c.m2* damnabantur *Ap.c.m2* in] a *ς* 5 licite *ΨB* populos *Ka.c.* populus *AΠdD* 6 lege *D* montē *Ψ* sina *E* syna *cet.* iussus *Ψ* ab ux. *om. d* 7 abstinere *𝔖D,Ψa.c.* 8 semper *om. d* corpus xp̄i *KADΨ* 9 sensu suo *EΠd* suo sensu *cet.* (h)abundet *Kp.c.m2Ψ* 10 die *in ras. m2 B* 11 perseum *Ψ* noctem *om. d, in ras. m2 B* flumine *s. l. m2 B* purgant *in ras. m2 B* pugnant *Ka.c.* 12 audent *A𝔖D* ingrediuntur *A* (in *s. l.*), *𝔖,d* (un *s. l.*), *DB* 13 domi] in domo *AD* e(ae)cclesias *A* (as *in* is *m2*), *D* 15 eum] deum *ς* corp. xp̄i *ADΨB* 16 quod *Aa.c.m2𝔖dDΨ* biduo *𝔖* 17 ut] aut *B* perendiem *Ψ* 18 quod *dΨ* non comm. me *AD,Πp.c.* me non comm. *ς* 19 complexu *K* ut] et *d* 20 xp̄i praef. *AD* non] et non *AdD,𝔖p.c.* referendum *d; add.* est *ς* 21 sustinere *s. l. m2 Π*

sustineat; qui non potest, ipse uiderit. nobis cura est non, quid unusquisque possit aut uelit, sed, quid scripturae praecipiant, dicere.

16. Illud quoque in commentariolis meis eiusdem apostoli
carpitur, in quibus dixi: uerum ne quis putet ex eo, quod
sequitur: 'ut uacetis orationi et iterum ad id ipsum',
apostolum hoc uelle et non propter maiorem ruinam
concedere, statim infert: 'ne temptet uos satanas prop-
2 ter incontinentiam uestram'. pulchra nimirum indul-
gentia: 'et iterum ad id ipsum'! quod erubescit suo
uocare nomine, quod temptationi praefert satanae,
quod causam habet incontinentiam, laboramus quasi
obscurum disserere, cum exposuerit se ipse, qui scrip-
sit: 'hoc autem', inquit, 'dico iuxta indulgentiam, non
iuxta imperium'? et mussitamus adhuc nuptias non
uocare indulgentiam, sed praeceptum, quasi non eodem
modo et secunda et tertia matrimonia concedantur?.
3 et reliqua. quid hic locutus sum, quod non apostolus dixerit?
nimirum illud: quod erubescit suo uocare nomine? ego
arbitror, quando dicit 'ad id ipsum' et rem ipsam tacet, non
eum nominare palam coitum, sed uerecunde ostendere. an quia
sequitur: quod temptationi praefert satanae, quod cau-

5 adu. Iou. I 8 6. 10. 20 *I Cor. 7, 5 8 I Cor. 7, 5 14 *I Cor. 7, 6

1 curae *KΠ,Ψp.c.m2* non] num *Πa.c.Ψ* quod *B* 2 aut] at *Ba.c.* 4 quoque] *add.* quod *d* 5 dixit *K.𝔖a.r.* 6 ut *om. B* uacetis (aceti *in ras. m2*) *B* addit ipsum *KΨ* ad ipsum *D* reuertimini in id ipsum *B* ad id ipsum reuertimini ς 7 uelle hoc *AD* 10 iterum] *add.* reuertimini ς 11 uocare *in ras. m2 B* uocari *Ψ* temptationem *Ψ* 12 hab. inc. *in ras. m2 B* incontinentiae *d* incontinenti *Πp.r.* 13 ipse se *𝔖* se] rem *B* scripsit] *s. l. add.* ł scribit *𝔖* 14 autem *om. AD* dico inquit ς 15 iuxta] secundum ς muss. *EK,Ψa.r.* mus. *cet.* non uoc.] inuocare *D* non uocari *Πp.c.* 18 quid hoc *D* et quid hic *d* ap. non *A𝔖DΨ* 19 quod illud *d* erubescat *Ψ* erubuit *B* uocari *Ψ* ego (e *in ras. m2*) *B* ergo *A* 20 ad *om. d* id *om. K𝔖DΨ* tacet (ta *in ras. m2*) *B* 22 temptationem *AdD,𝔖p.c.* praefert] *add.* ferri (*exp.*) *𝔖* habet causam *AD* causam (sam *in ras. m2*) *B*

sam habet incontinentiam? nonne alio uerborum ordine id 4
ipsum est: ne temptet uos satanas propter incontinentiam
uestram? an quia dixi: et mussitamus adhuc nuptias non
uocare indulgentiam, sed praeceptum? quod si durum
est, inputetur apostolo. qui ait: hoc autem dico iuxta in-
dulgentiam, non iuxta imperium, et non mihi. qui excepto
praepostero ordine nec sensum nec uerba mutaui.

17. Transeamus ad reliqua — epistolari enim breuitate festinat
oratio —: dico, inquit apostolus, innuptis et uiduis: bonum
est eis, si sic permanserint ut ego. si autem non se
continent, nubant; melius est enim nubere quam uri.
quod capitulum nos sic interpretati sumus: postquam nuptis 2
concesserat usum coniugii et ostenderat se, quid uel-
let quidue concederet, transit ad innuptas et uiduas
et sui proponit exemplum et felices uocat, 'si sic
permanserint; si autem non se continent, nubant.'
id ipsum, quod supra: 'propter fornicationes autem'
et: 'ne temptet uos satanas propter incontinentiam
uestram' reddit causam, cur dixerit: 'si non se con-
tinent, nubant': 'melius est enim nubere quam uri.'
ideo melius est nubere, quia peius est uri. tolle ardo- 3

2 I Cor. 7, 5 5 *I Cor. 7, 6 9. 15 *I Cor. 7, 8—9 12 adu. Iou. I 9 17 *I Cor. 7, 2 18 I Cor. 7, 5 19 I Cor. 7, 9

1 incontinentiae *d* id *s. l.* 𝔖 3 dixit 𝔖*a.r.* muss. *EKΨ* mus. *cet.* 4 uocari *Πp.c.m2Ψ* 5 dico autem *AD* iuxta—iuxta] secundum—secundum *KADΨ,B in ras. m2* 6 et *om.* ς mihi *in ras. m2 B* 7 sensu *D* 8 epistolaris 𝔖*a.r.d* epistu(o)lae *KΨ* enim *om. K* breuitatem 𝔖*a.r.* ad breuitatem *d* breuitati *Ap.c.m2* 10 est] esse *d* permanserit *D* ut] sicut et *B* se non *AD* 11 enim *om. DB* 12 nup(b)tiis *EAdD* 13 consenserat *d* se] ipse ς uellet *B in ras. m2* uelit *KΠΨ* 14 quidue] quid 𝔖 innuptas *EB,Πa.r.* nuptias *d* nuptas *cet.* 15 ex. prop. 𝔖 16 se non *AD* 17 id ips.—20 nubant *B in mg.* id] ad *A* ipsum] *add.* dicens *Ψ* fornicationes *EK*𝔖*Ψ* -nem *cet.* (*cf. p. 371, 18*) 19 redd. caus.] sed dicit quae causam reddidit quae causas *d* reddit *EΠ*𝔖*B* redditque *cet.* se non 𝔖 20 enim *om. d* 21 ideo—uri] *om. d, in mg. D* *pr.* est] es *Ea.c., om. A*

rem libidinis, et non dicet: 'melius est nubere'. 'melius'
semper ad conparationem deterioris respicit, non ad
simplicitatem inconparabilis per se boni, uelut si
diceret: melius est enim unum oculum habere quam
4 nullum. et post paululum, cum apostropham fecissem ad
apostolum, intuli: si per se nuptiae bonae sunt, noli eas
incendio conparare. sed dic simpliciter: bonum est
nubere. suspecta est mihi bonitas eius rei, quam magni-
tudo alterius mali malum esse cogit inferius. ego autem
5 non leuius malum, sed simplex per se bonum uolo. uult
apostolus innuptas et uiduas absque coitu permanere et ad
exemplum sui prouocat et felices uocat, si sic permanserint.
si autem se continere non possunt et ardorem libidinis non
tam continentia uolunt quam fornicatione restinguere. melius
eis esse nubere quam uri. ad quod nos intulimus: ideo me-
lius est nubere, quia peius est uri, non nostram senten-
tiam proferentes, sed interpretantes apostoli: melius est
nubere quam uri, id est: melius est maritum ducere quam
6 fornicari. si uri uel fornicari bonum esse docueris, tunc bono
melius praeferetur; si autem uri malum est, quod malo prae-
fertur, non est germanae et purae integritatis nec eius beati-
tudinis, quae angelis conparatur. si dixero: 'melius est uirginem

1 I Cor. 7, 9 6. 15 adu. Iou. I 9 17 I Cor. 7, 9 22 cf. Matth. 22, 30 etc.

1 dicet *EΠ* dicit *cet.; add.* quia *KΨ* est *om. AD* 2 semper] enim *d* 3 per se inc. *B* 4 enim *E𝔖, om. cet.* 5 apostrofam *Ea.c.m2A𝔖B; add.* id est conuersionem *A in mg. m2* 6 bon. nupt. *ς* sunt *om. AD* 7 dic *B s. l. m2* 8 nubere] *s. l. add.* mulierem tangere (*eras.*) *𝔖* mihi est *AD* 9 cogit esse *𝔖* 10 bonum per se *Π* uult] *add.* autem *B* 11 coitu] corruptione *AD,Πp.c.m2, add.* ł corruptione *s. l. 𝔖* *alt.* et] *add.* ex (*eras.*) *AD* 12 feliciores *AD,Πp.c.m2* 14 continentiam *E,𝔖a.c.* incontinentia *AD* in continentiam *𝔖p.c.* fornicationem *𝔖* restringere *𝔖,B in ras. m2* (*alt.* r *exp.*) 15 eis esse *E* eis esset *KΨ* est eis *ΠB* esse posse *AD* esse *𝔖* est *ς* et ideo *B* 16 *pr.* est *om. 𝔖* 17 illud ap. *ς* 18 *alt.* est *om. A* 19 *pr.* fornicare *A,𝔖a.c.Πp.c.m2* *alt.* fornicare *Aa.c.m2Πp.c.m2* bono] bona *K,Ψa.c.m2* 20 uri malum] nubere melius *AD,𝔖 s. l. add.* (*eras.*) quod malo *in ras. m2 B* 22 comparantur (n *exp.*) *Ψ* est *om. B*

esse quam nuptam', bono melius praetuli; si autem alterum
gradum fecero: 'melius est nubere quam fornicari', ibi non
bono melius, sed malo bonum praetuli, et multa diuersitas
est inter id melius, quod nuptiis, et inter id, quod fornicationi
anteponitur. obsecro te, quid in hac dissertione peccaui? pro- 7
positum mihi erat non ad meam uoluntatem scripturas trahere,
sed id dicere, quod scripturas uelle intellegebam. commenta-
toris officium est non, quid ipse uelit, sed, quid sentiat ille,
quem interpretatur, exponere; alioquin, si contraria dixerit, non
tam interpres erit quam aduersarius eius, quem nititur explanare.
certe, ubicumque scripturas non interpretor et libere de meo
sensu loquor, arguat me quilibet durum quid dixisse contra
nuptias. quod si non reppererit, quidquid uel austerum uidetur
esse uel durum, id non scriptoris auctoritati, sed interpretis
officio deputet.

18. Illud uero ferre quis possit, quod in me reprehenditur,
quare exponens capitulum apostoli, in quo de coniugibus
scripsit: tribulationem carnis habebunt huiusmodi, di-
xerim: nos ignari rerum putabamus nuptias saltim
carnis habere laetitiam. si autem nubentibus et in
carne tribulatio est, in qua sola uidebantur habere
delicias, quid erit reliquum, propter quod nubant,
cum et in spiritu et in anima et in ipsa carne tribu-
latio sit? quae hic condemnatio matrimonii est, si infantum 2
uagitus, filiorum mortes, uxorum abortia, damna domus et

18 I Cor. 7, 28 19 adu. Iou. I 13

1 alterum] *seq. rasura 6 litt. Π* 2 est *s. l. m2 B*, *om. A* 3 et *om. AD* 4 fornicatione *K* 6 scripturam *utroque loco 𝔖* 8 *pr.* quid] quod *Π𝔖B,Da.c.* 9 alioqui *ς* non—erit *om. E,s.l.𝔖* 12 arguet *Ψ* me quil. me *A* quid] qui *Aa.c.* aliquid *Πp.c.* 13 repperit *𝔖,Πa.c.* esse uid. *AD* 14 non *om. ς* auctoritatis *𝔖a.r.Ψ* auctoritate *AD,Πa.r.* sed] non *ς* 19 saltem *𝔖B* 24 hic] haec *ς* infantium *B* 25 auortia mortis (mortes *Ψp.c.m2*) uxorum diuorcia (deuorcia *K s. l.*) damna *KΨ* uxorum *om. ς* auortia *E𝔖B* diuortia *Π* diuortia abortia *A* diuortias (s *eras.*) abhostia *D*

cetera istius modi tribulationem diximus nuptiarum? dum adhuc uiueret sanctae memoriae Damasus, librum contra Heluidium de beatae Mariae uirginitate perpetua scripsimus, in quo necesse nobis fuit ad uirginitatis beatitudinem praedicandam multa de molestiis dicere nuptiarum. num uir egregius et eruditus in scripturis et uirgo ecclesiae uirginis doctor aliquid
3 in illo sermone reprehendit? in libro quoque ad Eustochium multo duriora de nuptiis diximus et nemo super hac re laesus est; amator quippe castitatis praeconium pudicitiae intenta aure captabat. lege Tertullianum, lege Cyprianum, lege Ambrosium, et cum illis me uel accusa uel libera. inuenti sunt Plautinae familiae et scioli tantum ad detrahendum, qui in eo se doctos ostentare uelint, si omnium dicta lacerent et in una atque eadem causa et me et aduersarium, id est utrumque, reprehendant, ut, cum e duobus alterum necesse sit uincere,
4 ambos uictos esse contendant. porro, ubi de digamis et trigamis disserentes diximus: melius est, licet alterum et tertium, unum uirum nosse quam plurimos, id est: tolerabilius est uni homini prostitutam esse quam multis, nonne statim, cur hoc dixerim, subiecimus: siquidem et illa in euangelio Samaritana sextum maritum habere se dicens arguitur a domino, quod non sit uir eius? ego etiam nunc libera uoce proclamo non damnari in ecclesia digamiam, immo nec trigamiam, et ita licere quinto et sexto et ultra,

17. 20 adu. Iou. I 14 21 cf. Ioh. 4, 17—18

1 huius *ADB* dixerimus *B* adhuc uiueret *Bp.c.* 4 fuit nobis *ς* beatitudinis *D* 6 eruditissimus *𝔖p.c.* 7 eusthochium *𝔖D* eusthocium *EK* 8 multa *D* de *in ras. m2 B* 9 amator—capt.] *transp. ante 7* in libro *m2 B* 10 tertulianum *AD* 11 inuenti *E𝔖,Ka.c.* intentae *B* inuentae *cet.* sunt *s. l. B* 12 plautianae *𝔖p.c.* fam.] fabulae *AD,Π𝔖p.c.* sciolae *KΨ* 13 ostendere *B* lacerant *AD* 14 atque eadem] eademque *𝔖* utrumque id est et me et aduersarium *ς* 15 ut] et *ς* e duobus] euidentibus *Aa.c.m2D* euidentius *Π in ras.* sit] erit *𝔖* 16 ubi *in mg. Π* bigamis *B* 19 tollerabilius *AD* 20 plurimis *AD* haec *AD* dixerimus *K𝔖* 24 nec *om. B* licere et *A*

quomodo et secundo marito, nubere; sed quomodo non damnantur hae nuptiae, ita nec praedicantur. solacio miseriae sunt, non laudi continentiae. unde et in alio loco dixi: ubi 5
unus maritus exceditur, nihil refert, secundus an tertius sit, quia desinit esse monogamus. 'omnia licent, sed non omnia expediunt'. non damno digamos, immo nec trigamos et, si dici potest, octogamos: habeat quaelibet octauum maritum, et esse se uni deneget prostitutam.

19. Ueniam et ad illum locum, in quo arguor, quare dixerim dumtaxat iuxta Hebraicam ueritatem in secundo die non addi sicut in primo et tertio et reliquis: uidit deus, quia bonum est, statimque subiecerim: nobis intellegentiam dereliquit non esse bonum duplicem numerum, qui ab unione diuidat et praefiguret foedera nuptiarum. unde et in arca Noe omnia animalia, quaecumque bina ingrediuntur, inmunda sunt; inpar numerus est mundus. in hoc nescio quid reprehendatur interim de secundo die: utrum, 2
quia scriptum est et scriptum non esse diximus? an, quia etiam scriptum non est, aliter intelleximus, quam scripturae simplicitas patitur? scriptum non esse in secundo die: 'uidit deus, quia bonum est' non meum accipiant testimonium, sed cunctorum Hebraeorum et aliorum interpretum, Aquilae uidelicet

3 adu. Iou. I 15 5 *I Cor. 6, 12. 10, 23 11. 20 *Gen. 1, 4. 10. 13. 18. 21. 25 12 adu. Iou. I 16 15 cf. Gen. 7, 2—3

2 hae *in ras.* *Π* istae *ς* solac(t)ia *AD*,*𝔖p.c.* 3 laudis *𝔖a.c.* laudes *ADΨ*,*Π𝔖p.c.* 4 mar. un. *Π* defert *Πa.c.m2* differt *Πp.c.m2* 6 digamus *ADa.c.m2* immo *om.* *𝔖* 7 trigamus *ADa.c.m2* octogamus *Aa.c.m2D* cuilibet *ς* 8 se uni deneget (desinat *𝔖p.c.*) prostitutam *E𝔖* reum (ream *Ψp.c.m2*) deneget prostitutam *KΨ* desinat uni prostituta *Π* desinat (*in ras. m2 B*) prostituta *ADB* 10 hebre(ae*K*)icam *Ea.c.K* hebraicam secutus *AD* die sec. *AD* addi *E𝔖*,*ΠBa.c.* addidi *Bp.c.* additum *cet.* 11 in tertio *DΨ* et uidit *B* 12 esset *B* subicerim *EK𝔖* derelinqui *B* (re *add. m2*) 14 unitate *B* 16 mundis *Ψ* 17 reprehenditur *𝔖* de *s. l.* *𝔖* secunda *AD* die *om.* *B* 18 quia et *AD* non *s. l.* *Π*, *om.* *𝔖* 19 etiam] *add.* si *AΠD* non est] non *K* nos *Ψ* est nos *ς* 21 accipientes *𝔖* 22 uid. aq. *𝔖*

3 et Symmachi et Theodotionis. si autem scriptum non est, cum in ceteris diebus scriptum sit, aut reddant aliam probabiliorem causam, quare non scriptum sit, áut, si non reppererint, ingratis suscipient, quod a nobis dictum est. porro, si in arca Noe omnia animalia, quae bina ingrediuntur, inmunda sunt, inpar numerus est mundus et hoc scriptum esse nemo dubitat. quare scriptum sit, edisserant. si autem non disserunt, quod a
4 me expositum est, uelint nolint, suscipient. aut profer meliores epulas et me conuiua utere, aut qualicumque nostra cenula contentus esto. scilicet nunc enumerandum mihi est, qui ecclesiasticorum de inpari numero disputauerint: Clemens, Hippolytus, Origenes, Dionysius, Eusebius, Didymus, nostrorum quoque Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hilarius; quorum Cyprianus de septenario, id est inpari, numero disserens quae et qualia dixerit ad Fortunatum, liber
5 illius testimonio est. an forsitan Pythagoram et Archytan Tarentinum et Publium Scipionem in sexto τῆς πολιτείας de inpari numero proferam disputantes? et si hos audire noluerint obtrectatores mei, grammaticorum scholas eis faciam conclamare: numero deus inpare gaudet.

4 cf. Gen. 7, 2—3 17 cf. Cicero de rep. VI 17—19 20 Verg. Buc. VIII 75

1 *pr.* et *om. KΠΨB* 2 al. redd. ȣ 3 ingratis *Ea.c.m2K,Πa.r.* ingrati *cet.* 4 suscipiant *Ψ,Bp.c.m2* 5 sunt] *add.* et ς 6 mundus est ς mundis *Ψ* et] et si *B* 7 diss.] edisserunt *Πp.c.Ψ* edisserant *Aa.c.m2D* edisserent *Ap.c.m2* dixerint ȣ quod a me] quodammodo *KΨ* 8 suscipiant *Aa.c.m2ΠD,Ψa.c.* profert *Kp.c.m2* 9 cenulę *A* 10 est mihi *B* qui] quia *Kp.c.m2* 11 disputarent *AD* disputarint ς 12 yppolitus *ADB* ypolitus *Π* hypolitus ȣ hyppolitus *EKΨ* origenis *K,Ap.c.m2ΠDΨ* dyonisius *ΠD* dyniosius *A* dionisius *cet. praeter E* 13 quoque] que *Ka.c.m2B* tertulianus *D* 14 hylarius *AΠΨ* 15 qualia] quanta *AD,Πp.c.* 16 phytagoram *Π* pitagoram *ADB* pytagoram *cet.* arcytan *EKȣ,Ψa.c.m2* arcytam *Π,Ψp.c.m2* archytam *A* architam *DB* 17 τῆς πολιτείας *om. KΨ, uarie scriptum in cet.*, de republica ς de] die *Ψ* 18 proferam *om. AD* 19 scholas *E* scolas *cet.* 20 inpari *ΠDΨB,Aa.c.m2*

20. Grande piaculum, euersae sunt ecclesiae, orbis audire
non potest, si mundiorem uirginitatem diximus esse quam
nuptias, si parem numerum inpari subiecimus et ueteris testa-
menti typos euangelicae ueritati profecisse monstrauimus!
cetera, quae in libro nostro reprehensa sunt, uel leuiora puto
uel ad eundem sensum pertinentia; unde ad ea respondere
nolui, ne et libelli excedere magnitudinem et tuo uiderer
ingenio diffidere, quem patronum causae meae ante habui,
quam rogarem. igitur hoc extrema uoce protestor, me nec 2
damnasse nuptias nec damnare; respondisse aduersario, non
meorum insidias formidasse. uirginitatem autem in caelum
fero, non quia habeo, sed quia miror, quod non habeo. ingenua
et uerecunda confessio est, quo ipse careas, id in aliis prae-
dicare. numquid, quia graui corpore terrae haereo, auium non
miror uolatus nec columbam praedico, quod radit iter liqui-
dum celeris neque commouet alas? nullus se decipiat, 3
nemo blando adulatore praecipitet. prima est uirginitas a natiui-
tate, secunda uirginitas a secunda natiuitate. non est meus
sermo, antiqua sententia est: nemo potest duobus do-
minis seruire, carni et spiritui. caro concupiscit aduersus
spiritum et spiritus aduersus carnem; haec inuicem sibi
aduersantur, ut non, quae uolumus, illa faciamus. quando

15 Verg. Aen. V 217 19 Matth. 6, 24 20 cf. Gal. 5, 17

3 parem] imparem (im *exp.*) 𝔖 inpare *K* 4 typus *Ep.c.m2* 5 puta *AD* 6 *pr.* ad *om. D*, *s. l. m2A* pestilentia *D* nol. resp. 𝔖 7 ne et libelli] nolli belli (b *ex* u) *D* *pr.* et *om. A* excidere *K,EΨa.c.m2* excederem *AΠ𝔖* 8 difficere *Ka.c.m2* deficere *Ψ* 9 rogare *K,Ψa.c.m2* hac *𝔖p.c.* 11 eorum *Ap.r.* autem *s. l.* 𝔖 12 *pr.* habeo] habeam *ς* *alt.* quia] *add.* magis *KADΨ,Π𝔖p.c.* mirer *ς* 13 inuerecunda *B* quod *KD,A𝔖a.c.* quid *Ψa.c.* cares *𝔖p.c.* 14 haereo] hebreo *Ψa.r.* oneror *𝔖p.c.* oneror (*exp. A*) hereo *AD,Πp.c.m2* 15 mirabor *B* radat *𝔖p.c.* gradiatur *AD* graditur *Πp.c.m2* 16 celeris *EK* celeri *𝔖a.c.* celer *A* celeres *cet.* 17 adulatori *Ψ*; *add.* se *AD,Π𝔖Bp.c.m2* praecipit et *Ψ* a nat.] a prima nat. *𝔖p.c.* 18 sec. est uirg. *B* 19 non potestis *B* domini *D* 20 spiritu *D* 21 et spir.] spir. *ΠB* spir. autem *AD* sibi inu. 𝔖 22 quaecumque *Πa.r.*

aliquid tibi asperum uidetur in nostro opusculo, non ad mea
uerba respicias, sed ad scripturam, unde mea tracta sunt uerba.
21. Christus uirgo, mater uirginis nostri uirgo perpetua,
mater et uirgo. Iesus enim clausis ingressus est ostiis; in
sepulchro eius, quod nouum et in petra durissima fuerat
excisum, nec ante quis nec postea positus est; hortus con-
clusus, fons signatus, de quo fonte manat fluuius ille iuxta
Amos, qui inrigat torrentem uel funium uel spinarum: funium
peccatorum, quibus ante alligabamur; spinarum, quae suffoca-
2 bant sementem patris familiae. haec est porta orientalis in
Hiezechiel, semper clausa et lucida et operiens in se uel ex
se proferens sancta sanctorum, per quam sol iustitiae et
pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur et
egreditur. respondeant mihi, quomodo Iesus clausis ingressus
est ostiis, cum palpandas manus et latus considerandum et
ossa carnemque monstrauerit, ne ueritas corporis fantasma
putaretur, et ego respondebo, quomodo sancta Maria sit et
mater et uirgo: uirgo post partum, mater ante, quam nupta.
3 igitur, ut dicere coeperamus, Christus uirgo, uirgo Maria utrique
sexui uirginitatis dedicauere principia; apostoli uel uirgines

4 cf. Ioh. 20, 26 5 cf. Matth. 27, 60. Luc. 23, 53 etc. 6 Can 4, 12 7 cf. Ioel 3, 18 9 cf. Matth. 13, 24—30 10 cf. Ezech. 44, 1—3 12 cf. Mal. 4, 2 13 cf. Ps. 109, 4. Hebr. 5, 6 et 10. 6, 20. 7, 11 et 17 14 cf. Ioh. 20, 26—27

1 tibi al. 𝔖*B* 2 respicies *A* scribtura *K* scripturas *Ψp.c.m2* tractata *AD* sint *Ka.c.Ψ* 4 hostiis *A* ianuis *B*; *add.* et *AD*, *E𝔖p.c.m2* 5 sepulcro *EDB* eius] enim 𝔖 et] est *KΨ* 6 antea ϛ ortus 𝔖*B* 7 ille fl. man. *AD* fl. ille man. *Ψ* qui iuxta amos *B* 8 Amos] *add. in mg. m2* al iohel *Π*, iohel *AD* *pr.* funium] fluuium *ADa.c.m2* uel sp. fun. *s. l. K* pecc. fun. *Ψ* 9 ante alig. *EK*,𝔖*a.c.* antea lig. *ΠB* ante alligamur *A* ante alligabantur ϛ suffocant ϛ 10 familias *AD*,𝔖*p.c.* familiam 𝔖*a.c.* in] ut ait *AD* 11 hiezechihel *D* hiezecihel *E* iezechiel *B* ezechiel *KAΨ* *alt.* et *om. B* in se *s. l. E* 13 noster *om. D* 14 respondeat *Ep.c.*𝔖 respont *Ea.c.* ingr. est cl. ϛ clausus *K*,*Ψa.c.* 15 hostiis *AD* 16 phantasma ϛ 17 *pr.* et *s. l. m2K* *alt.* et *om. B* 18 *pr.* mater] *add.* eius 𝔖 *alt.* uirgo *om. E*, *s. l.* 𝔖 19 uirgo *semel E*,𝔖*a.c.* 20 sexus *Aa.c.*𝔖*dD*

uel post nuptias continentes; episcopi, presbyteri, diaconi aut
uirgines eliguntur aut uidui aut certe post sacerdotium in
aeternum pudici: quid nobis ipsis inludimus et irascimur, si
subantibus semper ad coitum praemia pudicitiae denegentur?
uolumus opipare comedere, uxorum haerere conplexibus et 4
in numero uirginum ac uiduarum regnare cum Christo: idem
ergo praemium habebit fames et ingluuies, sordes et munditiae,
saccus et sericum? Lazarus recepit mala sua in uita sua et
diues ille purpuratus, crassus et nitidus, fruitus est bonis
carnis, dum aduiueret, sed diuersa post mortem tenent loca —
miseriae deliciis et deliciae miseriis commutantur —: in nostro
arbitrio est uel Lazarum sequi uel diuitem.

6 cf. Apoc. 20, 4 8 cf. Luc. 16, 19—31

1 diacones *Kd* 2 eleguntur *KD,AΨa.c.* uiduae *Kp.c.m2𝔰* *alt.* aut] et *d* 3 quod *d* nobismet *ς* inl. *om. d* si sub. *in ras. m2 B* 4 substantibus *Πp.c.m2D* subantibus substantibus (*exp.*) *A* cubantibus *Kp.c.m2Ψ; add.* nobis *ς* 5 oppipare *𝔰* opipare sopire *d* obsiare (*s. l.* uł oppipare *m2*) *B* adhaerere *AD,Πp.c.m2* inhaerere *d* 6 ac] et *ς* 7 hab. fam. pr. *AD* famis *KΨ* inluuies *Aa.c.m2D* inmundit(c*A*)ies *AD* 8 syricum *KAΨ* sericus *d* recipit *Aa.c.m2ΠΨ* *pr.* sua *del. m1 K*, *om. d* 9 purp.] *add.* et *𝔰* carn. bon. *AD* 11 miseriae] *add.* ac *𝔰* in nostro *in ras. m2 B* 12 est arb. *𝔰* diuit.] *add.* explicit in domino apologeticum *E* explicit apol(l)ogeticus ad pammachium (*add.* cursim contulimus bethlem *K, add.* emendaui in bethlehem *Π*) *KΠΨ*

L.

AD DOMNIONEM.

1. Litterae tuae et amorem sonant pariter et querellam: amorem tuum, quo sedulo monens etiam, quae tuta in nobis sunt, pertimescis; querellam eorum, qui non amant et quaerentes occasionem in peccatis garriunt aduersus fratrem suum
2 et contra filium matris suae ponunt scandalum. scribis eos, immo nescio quem de triuio, de competis, de plateis circumforanum monachum rumigerulum, rabulam, uafrum tantum ad detrahendum, qui per trabem oculi sui festucam alterius nititur eruere, contionari aduersum me et libros, quos contra Iouinianum scripsi, canino dente rodere, lacerare, conuellere; hunc, dialecticum urbis uestrae et Plautinae familiae columen, non legisse quidem κατηγορίας Aristotelis, non περὶ ἑρμηνείας, non ἀναλυτικά, non saltim Ciceronis τόπους, sed per inperitorum circulos muliercularumque συμπόσια syllogismos

4 cf. Verg. Aen. IV 298 6 cf. Ps. 49, 20 10 cf. Matth. 7, 3—5 etc.

h = *Vindobonensis lat. 16 s. VIII—IX* (*continet initium epistulae usque ad p. 389, 17* hoc est).
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad domnionem *hJD* ad domionem (*corr.*) *Σ* ad domnianum *B; Hieronymi nomen exhibent tituli in hDB* 3 par. son. *ς* que(ae*J*)relam *JΣp.r.B utroque loco* 4 qui sedulae *J* mones *J,Σa.c.* sunt in nob. *ς* 6 aduersum *hB* suum *om. Σ* 7 ponentes *h* scribes *Σa.c.; add.* enim *ς* 8 nescio immo *Σ* *alt.* de *s. l. Σ* conpetis *Σ* contemptis *D* compitis *ς* circumforaneum *ς* 10 fistucam *h,JΣa.c.* 11 nitatur *DB* 12 iuuinianum *h* 13 nostrae *B* paulatinae *J* 14 uolumen (*in mg. m2* al columen) *Σ* ΚΑΤΙΓΟΡΙΑC *J* ΚΑΤΙΔΟΡΙΑC *Σ* ΚΑΤΝΤΟΡΙΑC *D* cathegorias *B* 15 ΕΡΜΗΝΙΑC *hD, ceteri uariant hic et infra in uocabulis Graecis adferendis* saltem *B* topica *in ras. m2 B* 16 conuiuia CΥΜΠΟCΙΑ *h* cumiuia CΥΜΠΟCΙΑ *D* conuiuia *B* syllogissimos *J* (ss *ex* s) sillogismos *cet.*

ἀσυλλογίστους texere et quasi σοφίσματα nostra callida argumen-
tatione dissoluere. stultus ego, qui me putauerim haec absque 3
philosophis scire non posse; qui meliorem stili partem eam
legerim, quae deleret, quam quae scriberet. frustra ergo Ale-
xandri uerti commentarios; nequiquam me doctus magister per
εἰσαγωγὴν Porphyrii introduxit ad logicam; et, ut humana
contemnam, sine causa Gregorium Nazanzenum et Didymum
in scripturis sanctis καθηγητὰς habui; nihil mihi Hebraeorum
profuit eruditio et ab adulescentia usque ad hanc aetatem
cotidiana in lege, prophetis, euangeliis apostolisque meditatio.

2. Inuentus est homo absque praeceptore perfectus, πνευματοφόρος καὶ θεοδίδακτος, qui eloquentia Tullium, argumentis Aristotelen, prudentia Platonem, eruditione Aristarchum, multitudine librorum χαλκέντερον Didymum, scientia scripturarum omnes sui temporis uincat tractatores. denique dicitur materiam poscere et Carneadeum aliquid referens in utramque partem, hoc est et pro iustitia et contra iustitiam,
disputare. liberatus est mundus de periculo et hereditariae 2
uel centumuirales causae de barathro erutae, quod hic forum

16 cf. Quintil. i. o. XII 1, 35

1 ἀσυλλογίστους] *spatium uacuum in B* ΣΟΦΙΣΜΑΤΑ *J* sofismata *h* soph. *cet.* nostra *s. l. B* calida *D* 3 qui in (*s. l. m2*) meliore *Σ* meam *D* 4 legerem *JΣ* legere *D* *alt.* quae *s. l. m2Σ* ego *ΣB* 5 uerti] uestri *D* nequicquam *JD,Σa.r.B* (*ex* necq.) nequidquam *ς* PER *D*, *om. B* 6 porphirii *JΣB*, *om. D* loicam *Ja.c.m2Σ* locam *D* 7 na*za(n*s.l.*)z. *Σ* nanzoz. *J* nanzianz. *D* nazianz. *ς* didimum *ΣB* dydimum *D* 8 sanctis *s. l. m2 Σ* ΚΑΘΗΓΥΤΑΣ *J* ΚΛΕΝΖΥΤΑΣ *Σ* cathecistas *hD* cathezistas *B* catechistas *ς* prof. hebr. *ς* 9 usque *in mg. m2Σ* 10 cot. *s. l. B* apostolicisque *h* 11 πν. καὶ θεοδ. *om. B* 12 αὐτοδίδακτος *ς* eloquentiae *JΣ* 13 aristotilen *Σ* aristote(i)lem *hB* plautonem *D* aristharcum *J* aristarcum *ΣDB* 14 multitudinem *D* calc(h)enterum *hDB* didimum *ΣB* dydimum *D* 15 omnesque *ς* uincat *h* uincere *D* uinceret *cet.* 16 materiem *h* ut (*s. l.*) ca(r *s.l.*)neum (*in mg. m2* ł et carneadeum) *B* carne ad eum *D* carneadum *Σp.r.* carneadis *ς* ferens *Σa.c.m2* 17 utraque *D* hoc est] *hinc deficit h* *pr.* et *in mg. Σ* 18 de] a *ς* 19 baratro *ΣB* uaratro *D*

neglegens se ad ecclesiam transtulit. quis hoc nolente fuisset innoxius? quem criminosum non huius seruasset oratio, cum coepisset in digitos partiri causam et syllogismorum suorum retia tendere? nam si adplosisset pedem, intendisset oculos, rugasset frontem, iactasset manum, uerba tornasset, tenebras
3 ilico ante oculos iudicibus offudisset. nec mirum, si me et absentem et iam diu absque usu Latinae linguae semibarbarumque homo Latinissimus et facundissimus superet, cum praesentem Iouinianum — Iesu bone, qualem et quantum uirum, cuius nemo scripta intellegeret, qui sibi tantum caneret et Musis! — eloquentiae suae mole oppresserit.

3. Quaeso igitur te, pater carissime, ut moneas eum, ne loquatur contra propositum suum, ne castitatem habitu pollicens uerbis destruat, ne uirgo uel continens — ipse enim uiderit, quid esse se iactet — maritos uirginibus conparet et frustra aduersus hominem disertissimum tanto tempore digla-
2 diatus sit. audio praeterea eum libenter uirginum et uiduarum cellulas circumire et adducto supercilio de sacris inter eas litteris philosophari. quid in secreto, quid in cubiculo mulierculas docet? ut hoc sciant esse uirgines, quod maritas, ut florem aetatis non neglegant, ut comedant et bibant, ut balneas adeant, munditias adpetant, unguenta non spernant? an magis pudicitiam et ieiunia et inluuiem corporis? utique illa prae-

6 cf. Cicero ap. Quintil. i. o. II 17, 21

1 ecclesia trastulit *D* uolente *ς* 3 digitis *ς* partire *ΣD* syllogissim. *Ja.r.* sillogism. *B* silogism. *Σa.c.m2D* 4 si *s. l. Σ* adplodisset *J* aplausisset *B* 5 rugasse *D* frontem] faciem *B* uerba] barbam *ς* tornasset] uel (*del.*) tor (*del.*) tonasset *B* 6 ante] ob *ς* effud. iud. *DB* et *s. l. Σ*, *om. J* 7 iam diu et *ς* semigrae(e)culum barbarumque *Σp.c.DB* 8 facundis(i *ex* u *m2J*)simus (*s. l. m2 Σ*) *JΣ* 9 praesente iouiniano *B* hiesu *D* 11 musas *B* eloquentia *D* opprimeret (imeret *in ras. m2*) *B* 12 te *om. B* 13 praepositum *J* castitate *JD* 15 iactet et *J* maritas *J* maritatos *Σp.c.* 16 dissertissimum *JΣD,Ba.r.* 18 circuire *B* 19 phil.] disputare *J* 20 sciunt *D* maritatas *JΣDBp.c.m2* maritate *Ba.c.m2* maritae *ς* 21 *alt.* ut] et *ς* 22 ungenta *Σa.c.D* magis] *add.* ad *JΣ* 23 inluuiam *D* ingluuiem *J* si utique *B*

cipit, quae plena uirtutis sunt: fateatur ergo publice, quod
domi loquitur, aut, si et domi eadem docet, quae publice, a
puellarum consortio separandus est. non erubescere iuuenem 3
et monachum et, ut sibi uidetur, disertum, cuius de ore Ueneres
fluunt, qui tantae in sermocinando elegantiae est, ut comico
sale ac lepore conspersus sit, lustrare nobilium domos, haerere
salutationibus matronarum, religionem nostram pugnam facere
et fidem Christi contentione torquere uerborum atque inter
haec fratri suo detrahere! utique, si errare me arbitratus est 4
— in multis enim offendimus omnes et, si quis in
uerbo non peccat, hic perfectus est uir —, debuit uel
arguere uel interrogare per litteras, quod uir eruditus et nobilis
fecit Pammachius, cui ego ἀπελογησάμην, ut potui, et epistula
longiore disserui, quo unumquidque sensu dixerim. imitatus 5
saltim tuam fuisset uerecundiam, qui ea loca, quae scandalum
quibusdam facere uidebantur, excerpta de uolumine per ordinem
digessisti poscens, ut uel emendarem uel exponerem, et non
tantae me putasset dementiae, ut in uno atque eodem libro
et pro nuptiis et contra nuptias scriberem!

4. Parcat sibi, parcat mihi, parcat nomini Christiano; monachum se esse non loquendo et discursando, sed tacendo et sedendo nouerit; legat Hieremiam dicentem: bonum est uiro,

10 *Iac. 3, 2 22 *Thren. 3, 27—28

1 sint *B* quid *J* 2 loq.—sep.] loqui parandus *D* et publice *ς* a *s. l. m2B* 3 non] miror autem non *ς* erubescit iuuenis *Bp.c.m2* iuuenum *J* 4 *pr.* et *eras. B* monachus *Bp.c.m2* et (*s. l. m2*) ut *B* ut et *JΣ* ut *D* dissertum *D,Ba c.m2* disertus *Bp.c.m2* de ore] decore *D,Σp.c.* Ueneres] uentres *J,Σm2 in mg.* 5 ele(i)gantia *JD* esse *D* 6 domus *J,Σa.c.* 7 nostra *D* 8 contentionem *D* 9 errasse *JΣ* errarem *B* me] et *D* ut *B* 11 peccet *Σ* peccasset *J* hic] ic *s. l. m2B* 13 ΑΠΙΛΟΓΙCΑΜΙΝ *J* ΑΝΙΛΟΓΙCΑΜΙΝ *Σ* apologetice *B* ἀπελογισάμην *ς* 14 diss. long. *ς* unumquodque *Σp.c.DB* sensum *D* 15 saltem *JD* fuisset tuam *ς* tua—uerecundia *Σp.c.* 16 excepta *Ba.c.m2* excerta *D* 17 et] ut *JΣ* 18 me putasset *ς* me putasse *Σp.c.DB* putasse me *J* putassem *Σa.c.* 19 scribere *D* 21 esse *s. l. Σ* non loq. esse *J* et disc. *om. J* disc. *s. l. Σ* sed. et tac. *B* 22 iheremiam *B* ieremiam *ς* docentem *DB* homini *B*

cum portauerit iugum ab adulescentia sua. sedebit
solus et tacebit, quia tulit super se iugum. aut si certe
in omnes scriptores censoriam accepit uirgulam et idcirco se
eruditum putat, quia Iouinianum solus intellegit — est
quippe prouerbium balbum melius balbi uerba cognoscere —,
2 πάντες οἱ συγγραφεῖς appellamus a tali iudice. ipse quoque
Iouinianus, συγγραφεὺς ἀγράμματος, iustissime proclamabit: 'quod
me damnent episcopi, non est ratio, sed conspiratio. nolo mihi
ille uel ille respondeat, quorum me auctoritas opprimere potest,
docere non potest. scribat contra me uir, cuius et ego lin-
guam intellego; quem cum uicero, omnes homines simul
uicerim. ego eum bene noui — experto credite, quantus
in clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam —:
fortis est et in disputando nodosus et tenax et qui obliquo
3 et acuminato pugnet capite. saepe de nocte usque ad uesperam
contra nos in plateis clamauimus; habet latera et athletarum
robur et belle corpulentus est. uidetur mihi occulte mei dog-
matis esse sectator. praeterea numquam erubescit nec consi-
derat, quid, sed, quantum dicat; et in tantam opinionem uenit
eloquentiae, ut soleant dicta eius cirratorum esse dictata.
quotiens me iste in circulis stomachari fecit et adduxit ad
4 coleram, quotiens conspuit et consputus abscessit! sed haec
uulgaria sunt et a quolibet de sectatoribus meis possunt fieri:

12 Verg. Aen. XI 283 sq. 20 cf. Persius I 29

3 accipit *B* 6 πάντες] IIωNΘωC *B* OI *Σ* O˥ *J* OT *D* ωΥ *B* OΥ *ς* CΥNΓPAΦEI *D* CINΓPAΦEΥC *J* CINΛPΛΦEΥC *Σ* CUΓpAΦHΥC *B* ωp.pellamus *B* ωpellamus *D* appellamur *ς* a talii *D* attilio *ς* 7 iust.] id ei iust. *ς* proclamauit *DB* 8 dam(p*B*)nant *DB* 10 scribit *D* 11 quemcumque *D* homines *om. B* 12 uicerem *JΣ* uicerimus *D* eum] enim *ς* 13 clypeum *JΣ* hast. torq. *JΣ* astam *DB* 14 et qui] qui et *B* 15 arcuato *ς* cap. pugn. *B* uesperum *Σ* 16 clamauit *ς* atletarum *B* ad letarum *Σa.c.m2D* ad lazarum *Σp.c.m2* 17 robor *Σ* uelle *Σp.c.DB* ualde *Σ in mg. m2* occultae *J,Da.c.m2* occultus *Dp.c.m2* 18 sectatur *D* erubescet *D* 19 tantam] tantum *Ja c.* uen. op. *ς* 20 scirratorum *B* 22 choleram *ς* 23 et *s. l. Σ* de *s. l. Σ*

ad libros prouoco, ad memoriam in posteros transmittendam. loquamur scriptis, ut de nobis tacitus lector iudicet, ut, quomodo ego discipulorum gregem ducto, sic et ex huius nomine Gnathonici uel Formionici uocentur'.

5. Non est grande, mi Domnion, garrire per angulos et medicorum tabernas ac de mundo ferre sententias: 'hic bene dixit, ille male; iste scripturas nouit, ille delirat; iste loquax, ille infantissimus est'. ut de omnibus iudicet, cuius hoc iudicio meruit? contra quemlibet passim in triuiis strepere et congerere maledicta, non crimina, scurrarum est et paratorum
semper ad lites. moueat manum, figat stilum, commoueat se 2
et, quidquid potest, scriptis ostendat. det nobis occasionem respondendi disertitudini suae. possum remordere, si uelim, possum genuinum laesus infigere; et nos didicimus litterulas, et nos saepe manum ferulae subtraximus. de nobis quoque dici potest: faenum habet in cornu, longe fuge. sed magis uolumus esse discipuli eius, qui ait: dorsum meum posui ad flagella et faciem meam non auerti a confusione sputorum, qui, cum malediceretur, non remaledixit et post alapas, crucem, flagella, blasphemias nouissime pro crucifigentibus deprecatus est dicens: pater, ignosce eis;
quid enim faciunt, nesciunt. et ego ignosco errori fratris; 3
intellego, quia diaboli arte deceptus sit. inter mulierculas

4 cf. Terent. Eun. 264 14 cf. Persius I 115 15 Iuuenalis I 15 16 Horat. sat. I 4, 34 17 *Esai. 50, 6 19 *I Petr. 2, 23 21 *Luc. 23, 34

1 uoco *D* transmittendum *Σp.c.* 3 ego *s. l. Σ* duco *Bp.r.* ductito ς et *om. DB* 4 gnatonici *B* gnat(h*s.l.*)o tinici *J* ginathonici(-ce*Σ*)*ΣD* Phorm. ς 6 ac] hac *JD* sententiam *DB* 7 *pr.* iste *s. l. m2Σ* deleret *D* 8 ut] sic et *Bp.c.m2* 10 scurrarunt *D* est] *add.* hoc *s. l. m2B* paraborum *J* pararum *Σa.c.* parasitarum (-orum ς) *Σp.c.*ς al barbarorum *in mg. m2Σ* 11 figat] fatigat *D* 12 scriptura *J,Σa.c.* 13 dis(ss*D*)ertitudinis *ΣD* rem.] respondere *DB* al respondere *s. l. m2Σ* uellim *Σa.r.* uel *D* 14 praepossum *D* litteras ς 17 uol. mag. *Σ* 19 maledixit *JΣ* 20 post *s. l. Σ* 22 quod *JΣ* 23 qua *J* est *Σ*

sciolus sibi et eloquens uidebatur; postquam Romam mea
opuscula peruenerunt, quasi aemulum exhorruit et de me quo-
que captauit gloriam, ut nullus esset in terris, qui non eius
eloquentiae displiceret, exceptis his, quorum potentiae non
parcit, sed cedit, immo, quos non honorat, sed metuit. uoluit
scilicet homo peritissimus ut ueteranus miles uno rotatu gladii
utrumque percutere et ostendere populis, quod, quidquid ipse
4 uellet, hoc scriptura sentiret. dignetur igitur nobis sermonem
suum mittere et non reprehendendo, sed docendo garrulitatem
nostram corrigere. tunc intelleget aliam uim fori esse, aliam
triclinii; non aeque inter fusa et calathos puellarum et inter eru-
ditos uiros de diuinae legis dogmatibus disputari. nunc libere
et inpudenter iactat in uulgus et perstrepit: 'damnauit nuptias'
et inter uteros tumentes, infantum uagitus et lectulos maritorum,
quid apostolus dixerit, tacet, ut me solum in inuidiam uocet; cum
autem ad libros uenerit et pedem pedi contulerit et uel propo-
suerit aliquid de scripturis uel audierit proponentem, tunc
5 sudabit, tunc haerebit. procul Epicurus, longe Aristippus,
subulci non aderunt, feta scrofa non grunniet.

et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra
spargimus, et nostro sequitur de uulnere sanguis.

porro, si non uult scribere et tantum maledictis agendum
putat, audiat tot interiacentibus terris, fluctibus, populis saltim
echo clamoris mei: 'non damno nuptias, non damno coniugium'.

20 Verg. Aen. XII 50 sq.

1 scitulus *J* 3 in t. esset *JΣ* 5 pascit *Σp.c.m2* credit (al cedit *in mg. Σ*) *JΣ* 6 ut] et *J,Σa.c.* ueranus *J* 7 perc. utr. *ς* et] ut *D* quidq.] quid *JΣ* 9 repre(ae)hendo *J,Σa.c.* garr. sed doc. *Ba.c.m2* 10 intellegit *Σ* 11 fusam *D* fusos *ς* calatos *JB,Σa.c.m2* 12 legis] legibus *J* disputare *JΣ* 13 damnat *ς* 14 infantium *ς* 16 proposuerat *D* 18 sudauit *D* 19 feta *om. ς* scropha *DB* scofa *Σa.c.* gruniet *Σa.c.* 20 pater] pariter *Σp.c.m2B* haut *D,Σp.c.m2* aut *B,Σa.c.m2* debili dextera *Σ* 21 seq. nostro *B* nostros *D* 23 interi. *in mg. add. B* interiacentia *J* saltem *J* 24 echo *ς* et hoc *codd.* laboris *J* non d. nupt. *s. l. B*

et ut certius sententiam meam teneat, uolo omnes, qui propter nocturnos forsitan metus soli cubitare non possunt, uxores ducere.

LI.

EPISTULA EPIPHANII CYPRII MISSA AD IOHANNEM EPISCOPUM A SANCTO HIERONYMO TRANSLATA.

Domino dilectissimo fratri Iohanni episcopo Epiphanius.

1. Oportebat nos, dilectissime, clericatus honore non abuti in superbiam, sed custodia mandatorum dei et obseruatione diligentissima hoc esse, quod dicimur. si enim sancta scriptura loquitur: cleri eorum non proderunt eis, quae adrogantia clericatus conducere nobis poterit, qui non solum cogitatione et sensu, uerum et sermone peccamus — audiui quippe, quod tumeas contra nos et irascaris et miniteris scribere in extremos fines terrae, ut loca prouinciasque non nominem —, et ubi est dei timor, qui nos debet illo tremore concutere, qui dictus a domino est: si quis irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio? non quo magnopere curem, si scribas, 2

11 *Hier. 12, 13 17 *Matth. 5, 22

2 forsitan *s. l m2Σ* 3 duc.] *add.* explicit ad domnionem *D*

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*
S = *Vindobonensis lat. 746 s. XIII.*

5 epistola (epła *D*) epiphanii (-ni *D*) cyprii (cypri *A*) missa ad iohannem a sancto hieronimo translata (-tam *D*) *AD* epł ieronimi (*del.*) epyphanii cip[i] missa ad iohannem episcopum et a sancto ieronimo translata *B* epiphanii cipri epła missa ad iohannem episcopum a sancto ieronimo translata *S* 7 epyph. *D* ephif. *A* 8 honorem *Aa.c.m2D* 9 superbia *AS,Ba.c.m2* 10 hoc esse *in ras. m2B* dicimus *Ba.c.m2* 11 clerici *DB,Sp.c.m2* quae] quam *B in ras. m2S* arrogantiam *Bp.c.m2S* 12 potuit *S* 13 *alt.* et] etiam *S* 17 est a dom. *ς* suo *om. B* 18 quo] quod *ς*

quod tibi placuerit — scribebantur enim et epistulae biblinae
iuxta Esaiam et mittebantur super aquas, quae cito cum sae-
culo transeunt —: nihil tibi nocuimus, nihil iniuriae fecimus nec
3 quicquam uiolenter extorsimus. in monasterio fratrum — et fra-
trum peregrinorum, qui prouinciae tuae nihil debuere et prop-
ter nostram paruitatem et litteras, quas ad eos crebro dire-
ximus, communionis quoque tuae coeperunt habere discordiam —,
ne uiderentur quadam duritia et conscientia antiquae fidei ab
ecclesia separari, ordinauimus diaconum et, postquam mini-
strauit, rursum presbyterum, super quo debueras gratulari
intellegens, quod ob dei timorem hoc sumus facere conpulsi,
maxime, cum nulla sit diuersitas in sacerdotio dei et ubi
4 utilitati ecclesiae prouidetur. nam, etsi singuli ecclesiae epi-
scoporum habent sub se ecclesias, quibus curam uidentur
inpendere et nemo super alienam mensuram extenditur, tamen
praeponeretur omnibus caritas Christi, in qua nulla simulatio
est; nec considerandum, quid factum sit, sed quo tempore et
5 quo modo et in quibus et quare factum sit. cum enim uidis-
sem, quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio con-
sisteret et sancti presbyteri Hieronymus et Uincentius propter
uerecundiam et humilitatem nollent debita nomini suo exercere
sacrificia et laborare in hac parte monasterium, quae Christia-
norum praecipua salus est, inuenire autem et conprehendere
seruum dei non posses, qui te et, quod graue onus sacerdotii

1 cf. Esai. 18, 2 16 cf. Rom. 12, 9

1 tibi *om.* ς 2 esay. *B* ysai. *S* isai. ς 3 ne *S* 4 *alt.* fratrum *s. l. m2B* 5 tuae a nih. *AD* nih. tuae ς debuere *Ba.c.m2S* debere *Aa.c.m2* deberi *D* deberent *ABp.c.m2* 7 comunionis *BS* concordiam *S* 8 consc. nostra ς fidei] *add.* nostrae quam simul habuimus *B* 10 rursus *BS* 12 et *om. B* 13 eccl. ut. *B* et *s. l. m2A* si *s. l. m2B* singulae *Ba.c.m2S* ecclesiae *del. m2B* ecclesiarum episcopi ς (*sed* singuli ecclesiae episcoporum = εἷς ἕκαστος τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπων) 16 praeponitur *BS* praeponderetur *Engelbrecht; num* praepon<i m>eretur? 18 in *om. B* 20 hieronim. *AD* iheronim. *B* ieronim. *S* 21 nollet *Aa.c.m2* 22 labore *D* monasterium *B* monasterii (-ri *D*) *cet.* ministerii ς 24 possis *AD* et] eo *BS* honus *DB*

nollet suscipere, saepe fugiebat, sed nec alius quis episcoporum facile eum repperiret — unde et satis miratus sum, quomodo dispensatione dei ad nos uenerit cum diaconibus monasterii et ceteris fratribus, ut mihi satisfaceret, quia nescio quid aduersum eos habebam tristitiae —, cum igitur celebraretur collecta in ecclesia uillae, quae est iuxta monasterium nostrum, ignorantem eum et nullam penitus habentem suspicionem per multos diaconos adprehendi iussimus et teneri os eius, ne forte liberare se cupiens adiuraret nos per nomen Christi, et primum diaconum ordinauimus proponentes ei timorem dei et conpellentes, ut ministraret; ualdeque obnitebatur indignum esse se contestans. uix ergo conpulimus eum et suadere potui- 6
mus testimoniis scripturarum et propositione mandatorum dei. et cum ministrasset in sanctis sacrificiis, rursus cum ingenti difficultate tento ore eius ordinauimus presbyterum et isdem uerbis, quibus antea suaseramus, inpulimus, ut sederet in ordine presbyterii. post haec scripsimus ad sanctos presbyteros 7
monasterii et ceteris fratribus et increpuimus eos, quare non scripsissent super eo, cum ante annum multos eorum queri audissem, cur non haberent, qui sibi domini sacramenta conficerent, et illum omnes suo poscerent testimonio et grandem utilitatem in commune monasterii testarentur, quare tunc reperta oportunitate non scripsissent nobis neque super ordinatione eius aliquid poposcissent.

2. Haec ita acta sunt, ut locutus sum, in caritate Christi, quam te erga paruitatem nostram habere credebam, quamquam

1 nolle *D* fug.] confugeret *B* consugeret *S* 3 dispositione *BS* diaconis ς 4 ut] quod *D* 5 aduersus *B* aduersa *Da.c.* 8 diacones *S* hos *Aa.c.DB* 9 forte] forte se (*exp.*) *A* liberari ς 11 ualde quippe ς obtineb. *D* obteneb. *Aa.c.m2* 12 se esse *B* se esse clamitans et graue onus ultra uires suas esse ς persuadere ς 13 praepositione *S* 14 ministraret ς 15 presbyterum *in ras. m2B* hisdem *ADS* iisdem ς 16 ante *S* sedet *B* 18 ceteros fratres ς increpauimus *Bp.c.m2* non scr.] conscr. *A* 20 coficeret *B* 22 comune *BS* 25 acta] gesta *BS* ut] uel *A* uelut *Ba.r.S* 26 nostra *Aa.c.m2D*

in monasterio ordinauerim et non in paroecia, quae tibi subiecta sit. o uere benedicta episcoporum Cypri mansuetudo et bonitas et nostra rusticitas sensu tuo et arbitratu digna misericordia dei! nam multi episcopi communionis nostrae et presbyteros in nostra ordinauerunt prouincia, quos nos conprehendere non potueramus, et miserunt ad nos et diaconos et hypodia-
2 conos, quos suscepimus cum gratia. et ipse cohortatus sum beatae memoriae Philonem episcopum et sanctum Theopropum, ut ecclesiis Cypri, quae iuxta se erant, ad meae autem paroeciae uidebantur ecclesiam pertinere, eo quod grandis esset et late patens prouincia, ordinarent presbyteros et Christi ecclesiae prouiderent. numquam autem ego ordinaui diaconissas et ad alienas misi prouincias neque feci quidquam, ut ecclesiam
3 scinderem. quid ergo tibi uisum est sic grauiter intumescere et iactari contra nos pro opere dei, quod in aedificationem et non in destructionem fratrum factum est? sed et illud uehementer admiratus sum, quod meis locutus es clericis adserens te per sanctum presbyterum et abbatem monachorum Gregorium mandasse mihi, ne quemquam ordinarem, et ego hoc pollicitus sim dicens: 'numquid iuuenis sum aut canones ignoro?'
4 audi igitur ueritatem in sermone dei, me hoc nec audisse nec nosse nec istius sermonis penitus recordari. suspicatus autem sum, ne forsitan inter multa quasi homo oblitus essem, et ob

15 cf. II Cor. 10, 8. 13, 10   21 cf. Ioh. 17, 17

1 ordinaueram *S* paroeciam (m *exp.*) *A* parroechia (e *eras.*) *B* parrochia *S* 2 sit] sunt *A* cipri *ABS* 4 comunionis *BS* 5 conpr. *om.* *S* 6 poteramus *ς* *alt.* et *om.* *ς* ypod. *S* yppod. *AD* ipododiachonos (do *exp.*) *B* 7 coort. *Ba.c.* cohart. *A* coart. *D* 8 phylonem *S* teopropum *A* theoprobum *B* 9 in eccl. *ς* cipri *ABS* parroechie *B* parrochiae *S* 10 esse *AD* 11 prouincie *D* 14 scinderem (scin *in ras. m2*) *B* uis. e. sic gr.] tam gr. uis. e. sic *B* uis. est] uidetur *S* 16 destructione *AD* 17 ammiratus *BS* 18 abbam *AD* 19 ne quemq.] nequaq. *S* ut nequaq. *Ba.c.m2* ut ne quemq. *Bp.c.m2* 20 sim] sum *BS* sum] sumus *Aa.c.D* canonis *Aa.c.m2D* 22 suspicatur *Aa.c.m2* sum autem *S* sum *B* 23 ob hac *A* hanc ob *B*

hanc causam sanctum Gregorium sciscitatus et Zenonem presbyterum, qui cum eo est. e quibus abbas Gregorius respondit se hoc penitus ignorare. Zeno autem dixit, quia, cum ei presbyter Rufinus nescio qua alia transitorie loqueretur, etiam hoc dixerit: 'putasne aliquos ordinaturus est sanctus episcopus?' et hucusque stetisse sermonem. ego autem Epiphanius nec 5
audiui quicquam nec respondi. unde, dilectissime, non te praeueniat furor nec occupet indignatio nec frustra mouearis et aliud dolens te uertas ad alia et peccando occasionem inuenisse uidearis. quod propheta deuitans dominum precatur dicens: ne declines cor meum in uerba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis.

3. Illud quoque audiens admiratus sum, quod quidam, qui solent ultro citroque portare rumusculos et his, quae audierunt, semper addere, ut tristitias, ut rixas inter fratres concitent, te quoque turbauerunt et dixerunt tibi, quod in oratione, quando offerimus sacrificia deo, soleamus pro te dicere: 'domine, praesta Iohanni, ut recte credat'. noli nos in tantum putare rusticos, ut 2
haec tam aperte dicere potuerimus. quamquam enim hoc in corde meo semper orem, tamen, ut simpliciter fatear, numquam in alienas aures protuli, ne te uiderer parui pendere, dilectissime. quando autem conplemus orationem secundum ritum mysteriorum, et pro omnibus et pro te quoque dicimus: 'custodi

9 cf. Rom. 7, 8   11 *Ps. 140, 4

1 sciscitatis *Aa.c.m2D; add.* sum *ς*   2 eo *om. D*   abb *A* abba *D* resp.] ex *B*   3 zenon *B*   4 ruffinus *ς*   quae *BS*   5 ordinaturos *D* episc.] epiphanius *ς*   6 epyph. *DS*   7 dil.] ihl me *Aa.c.m2*   te *om. S*   8 praeueniet *AD*   *alt.* nec] ne *Engelbrecht*   9 ad alia (*ex* aliud) te uertas *S*   *alt.* et] ut *ς*   peccandi *B*   10 deu. pr. *BS* 11 non *ς*   declinas *D*   13 amm(m*S*)iratus *BS*   qui *om. S*   14 ultra citraque *Bp.c.m2* ultro utroque *Aa.c.m2*   rumosc. *Aa.c.m2D*   audierint *B*   15 semp.] *add.* aliquid *ς*   *alt.* ut] et *BS*   concitent *Sp.c.* concertent *cet.*   16 turbauerint *BS*   dixerint *BS*   tibi *om. ς* 17 soliamus *Aa.c.m2D*   dicere pro te *S*   19 haec] hoc *ς*   hoc *om. B* 20 meo] meo ob *B*   22 compleamus (a *exp.*) *B*   ritum] usum *B* mist. *AB*

illum, qui praedicat ueritatem' uel certe ita: 'tu praesta, domine, et custodi, ut ille uerbum praedicet ueritatis', sicut occasio sermonis se tulerit et habuerit oratio consequentiam.
3 quapropter obsecro te, dilectissime, et aduolutus pedibus tuis precor: praesta mihi et tibi, ut salueris, sicuti scriptum est, a generatione peruersa; et recede ab heresi Origenis et a cunctis heresibus, dilectissime. uideo enim, quod propter hanc causam omnis uestra indignatio concitata sit, quod dixerim uobis: 'Arrii patrem et aliarum hereseon radicem et parentem laudare non debetis'. et cum uos rogarem, ne ita erraretis, et monerem, contradixistis et ad tristitiam atque lacrimas adduxistis, non solum autem me, sed et alios plurimos catholicos, qui inter-
4 erant. et, ut intellego, haec est omnis indignatio et iste furor et idcirco comminamini, quod mittetis aduersum me epistulas et huc illucque sermo uester discurrat, et propter defensionem hereseos aduersum me odia suscitantes rumpitis caritatem, quam in uos habuimus, in tantum, ut feceritis nos etiam paenitentiam agere, quare uobis communicauerimus, ita Origenis errores et dogmata defendentes.

4. Simpliciter loquar: nos, secundum quod scriptum est, nec oculo nostro parcimus, ut non effodiamus eum, si nos scandalizauerit, nec manui nec pedi, si nobis scandalum fecerint. et uos ergo, siue oculi nostri siue manus siue pes fueritis, similia sustinebitis. quis enim catholicorum possit aequo animo sustinere et eorum, qui fidem suam bonis ope-

6 cf. Matth. 17, 17 etc. 21 cf. Matth. 5, 29—30 etc.

1 praesta michi *S* 3 occansio (n *exp.*) *A* se tul.] retull(l*D*)erit *Aa.c.m2D* 5 praesta] da *S* sicut *B* 6 ab] ad *B* heresim *Aa.c.D* 7 eresibus *Aa.c.m2D* 8 omnes *ADa.c.* nostra *ς* dixerit *Aa.c.m2* 9 heresum *B* radicem *om. S* 11 ad *BS*, *om. AD* me ad *ς* lacrimam *S* 12 autem *del. m2B* 13 *pr.* et] *om. D*, inde *ς* 14 mittitis *AD* mittatis *Bp.c.m2* 15 *pr.* et] ut *ς* 16 hereos *Ba.c.m2* heseos *D* adiuersum *A* suscitantis *Aa.c.m2D* 19 erroris *Aa.c.m2* defendentis *Aa.c.m2D* 20 loquor *ς* 21 fodiamus *D* 22 manu *AD* *alt.* neque *AD* scand. nobis *B* 23 fecerit *AD* pedis *A* (pedes *m2*) *D*

ribus exornant, ut audiant Origenis doctrinam atque consilium
et credant praeclarae illius praedicationi: 'non potest filius
uidere patrem neque spiritus sanctus uidere filium'? haec in 2
libris περὶ ἀρχῶν scribuntur, his uerbis legimus et ita locutus
est Origenes: s i c u t e n i m i n c o n g r u u m e s t d i c e r e, q u o d
p o s s i t f i l i u s u i d e r e p a t r e m, s i c i n c o n s e q u e n s e s t o p i-
n a r i, q u o d s p i r i t u s s a n c t u s p o s s i t u i d e r e f i l i u m. illud 3
quoque quis Origene dicente patiatur, quod animae angeli
fuerint in caelis et, postquam peccauerint in supernis, deiectas
esse in istum mundum et quasi in tumulos et sepulchra sic
in corpora ista relegatas poenas antiquorum luere peccatorum
et corpora credentium non templa Christi esse, sed carceres
damnatorum? exin ueritatem historiae allegoriae deprauans 4
mendacio infinita uerba multiplicat et simplices quosque uaria
persuasione subplantans nunc adserit animas iuxta Graecam
ἐτυμολογίαν idcirco uocatas, quia de caelestibus ad inferiora
uenientes calorem pristinum amiserint, nunc corpus hoc ob id
iuxta Graecos δέμας, id est 'uinculum', siue iuxta aliam pro-
prietatem 'cadauer' dici, quia animae de caelo ruerint; a ple-
risque autem secundum uariam Graeci sermonis supellectilem
corpus σῆμα, hoc est 'memoriam' interpretari, eo quod ita ani-

5 Origenes περὶ ἀρχῶν I fragm. (*non exstat in Rufini translatione*. 8. 15. 20 cf. ibid. 12 cf. I Cor. 3, 16 etc. 16 cf. Orig. περὶ ἀρχ.) (Rufinus) II 8, 3 21 cf. Plato Gorg. 493 A. Crat. 400 B

2 et *om.* ς praeclara *et* praedicationis *AD* 3 hoc *AD* 4 libris] *add.* qui *s. l. m2A* APXON *codd.* 5 origenis *Aa.c.m2DS* 6 non possit *Bp c.m2* 7 possit sp. s. *B* 8 origenem dicentem ς 10 sepulcra *DB* 11 religatas *BS* penas *codd.* 12 templa xp̄i non *S* 13 exinde ς 14 mendacia *D* mandatico (mendatio *m2*) *A* simplicis *Aa.c.m2D* quoque *S* 15 asser (i *s. l. m2*) *B* Graecam] *add.* quod corpora carceres dicat *A* (*del.*) *D* 16 ἐτυμ. (*scil. uoce* ψυχή *a uerbo* ψύχεσθαι *deriuata*)] ἐτομ. *A* (ἐτιμ. *m2*) *D* ETIMOΛOΓIAN (etimologiam *B*) quod corpora carceres dicantur (*add.* ETIMOΛOΓIAN *B*) *BS* etymologiam ψυχὰς ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι ς uocitatas *D* quia] qui *D* 17 amiserit *D* hoc *om.* *B* 19 cadauer] *significatur scil.* πτῶμα *a* πίπτειν *deriuatum* 20 uarias *D* supell. *A* suppell. *cet.*; *add.* σῶμα id est ς 21 σῆμα] CNMѠ *Aa.c.m2D* CѠMA *Ap.c.m2* CEMO *BS* hoc] id ς mem.] monumentum ς an. ita *B*

mam in se clausam habeat, quomodo sepulchra et tumuli
5 cadauera mortuorum. et, si hoc uerum est, ubi est fides nostra?
ubi praeconium resurrectionis? ubi apostolica doctrina, quae
in ecclesiis Christi hucusque perdurat? ubi illa benedictio ad
Adam et ad semen eius et ad Noe et ad filios eius: crescite
et multiplicamini et replete terram? iam enim non erit
benedictio, sed maledictio iuxta Origenem, qui angelos uertit
in animas et de sublimi fastigio dignitatis facit ad inferiora
descendere, quasi deus generi humano non possit animas per
nedictionem dare, nisi angeli peccauerint, et tot in caelis ruinae
6 sint, quot in terra natiuitates. dimittenda nobis est doctrina
apostolorum et prophetarum et legis et ipsius domini salua-
toris in euangelio pertonantis: e contrario Origenes praecipit
et legem dat — ut non dicam: constringit discipulos suos —, ne
quis oret in caelum ascendere, ne peius iterum peccans, quam
7 in terris ante peccauerat, praecipitetur in mundum. quamquam
istius modi nugas et deliramenta soleat ille scripturarum inter-
pretatione peruersa et aliud significante, quam uerum est,
adfirmare dicens: priusquam a malitia humiliarer, ego
deliqui et illud: reuertere, anima mea, in requiem tuam
nec non et illud: educ de carcere animam meam et in alio
loco: confitebor domino in regione uiuorum, cum alius
procul dubio sensus sit scripturae diuinae, quam ille in here-
sim suam maligna interpretatione detorquet; quod faciunt et
Manichei et Gnostici et Hebionitae et Marcionis sectatores et
aliae hereses numero LXXX, qui de purissimo scripturarum

5 Gen. 1, 28. 9, 1 19 *Ps. 118, 67 20 *Ps. 114, 7 21 *Ps. 141, 8 22 *Ps. 114, 9

1 habeant *AD,Bp.c.m2* sepulcra *B* 5 eius *om. A* 8 sublimis *Aa.r.* fastidio *Aa.c.m2D* fecit *S* inferna *S* 10 caelo sint r. *ς* 11 quod *AD* demitt. *Aa.c.m2; add.* ergo *ς* 13 origenis *Aa.c.m2D* praecepit et *Aa.c.m2D* praecipitat *Sp.c.* 18 quam quod *ς* 20 animam mea *A* animam meam *S* 21 illud] aliud *AD* 22 domine *Da.c.* 23 scr. diu. sit *ς* heresin *S* 24 detorquit *Aa.c.m2* detorquid *D* quid *B* et *om. BS* 25 martionis *AB* sectatoris *Aa.c.m2D* 26 heresis *AD* LXXX *codd.* triginta *uel* quadraginta *ς* qui] quae *B*

fonte adsumentes testimonia non ita interpretantur, ut scripta sunt, sed simplicitatem sermonis ecclesiastici id uolunt significare, quod ipsi sentiunt.

5. Illud quoque, quod adserere nititur, doleamne an rideam, nescio. doctor egregius audet docere diabolum id rursum futurum esse, qnod fuerit, et ad eandem redituram dignitatem et conscensurum regna caelorum. pro nefas! quis tam uecors et stolidus hoc recipiat, ut sanctus Iohannes baptista et Petrus et Iohannes apostolus et euangelista, Esaias quoque et Hieremias et reliqui prophetae coheredes fiant diaboli in regno caelorum? praetereo friuolam eius expositionem super tunicis pelliciis, 2 quanto conatu quantisque egerit argumentis, ut tunicas pellicias humana esse corpora crederemus. qui inter multa ait: numquid coriarius aut scortiarius erat deus, ut conficeret pelles animalium et consueret ex eis tunicas pellicias Adam et Euae? manifestum est ergo, inquit, quod de corporibus nostris loquatur. et, si hoc ita est, quomodo legimus ante pellicias tunicas et 3 ante inoboedientiam et de paradiso ruinam Adam loquentem non secundum allegoriam, sed uere: hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea? aut unde adsumptum est illud, quod diuinus sermo testatur: et iniecit deus soporem super Adam, et dormiuit; et sumpsit unam de costis eius et adinpleuit pro ea carnem et aedificauit costam, quam tulerat ex eo, illi in uxorem?

5 cf. Orig. περὶ ἀρχῶν I fragm. 10 cf. Rom. 8, 17 11 cf. Gen. 3, 21 14 Orig. περὶ ἀρχῶν I fragm. 20 Gen. 2, 23 22 *Gen. 2, 21—22

1 interpretentur *AD* 2 simplicitate *Sp.r.* 3 ipse (= ipsae) *B* 6 essed *D* fuerat *B* redituram *Aa.c.m2D* 7 concessurum *Aa.c.m2D* 8 hoc] ut hoc *ς* ut] quod *ς* 9 ysaias *BS* isaias *ς* ieremias *B* 10 coeredes *D* regna *AD* 11 pelliceis *et* pelliceas *Bp.c.m2* 13 hum.— 16 pellic. *B in mg. m2ς, om. cet.* 14 coriar. *ς* scoriar. *Bm2* scortiar. *scripsi* scorticar. *Bm2* sordiscar. *uel* stortisar. *ς* 16 adam *eras. B* et euae (eue *B*) corpora intelligantur *B* (*del. m2*) *S* 17 ergo] igitur *S* 19 inobed. *DBS* de *om. A* paradi(y *D*)si *AD* 21 unde] ne *AD* 23 super] in *D* 25 tullerat *A*

aut quae corpora contegebat Adam et Eua foliis ficus, post-
4 quam comederunt de arbore uetata? quis autem patienter ferat
Origenem lubricis argumentationibus resurrectionem carnis
huius negantem, sicut declarat manifestissime in uolumine
Explanationum primi psalmi et in aliis multis locis? aut quis
audiat in tertio caelo donantem nobis Origenem paradisum et
illum, quem scriptura commemorat, de terra ad caelestia
transferentem et omnes arbores, quae scribuntur in Genesi,
allegorice intellegentem, scilicet quod arbores angelicae forti-
5 tudines sint, cum hoc ueritas non recipiat? neque enim dixit
scriptura diuina: 'deposuit Adam et Euam in terram', sed:
eiecit eos de paradiso; et: habitare fecit contra paradisum, et non 'abiecit eos sub paradiso'; et: posuit rumpheam flammeam et cherubin custodire introitum ligni uitae, et non 'ascensum'; et: fluuius egreditur ex Eden, non dixit 'descendit ex Eden'. iste diuiditur in quattuor principia: nomen uni Phison et nomen
6 secundi Geon. ego, ego uidi aquas Geon, aquas, quas his
oculis carnis aspicerem. iste est Geon, quem Hieremias demonstrat dicens: quid uobis et uiae Aegypti, ut bibatis aquam Geon turbidam? bibi et de magno flumine Eufrate aquas simpliciter, quas manu tangerem et ore sorbirem, non aquas

1 cf. Gen. 3, 7 12. 13 *Gen. 3, 24 15 *Gen. 2, 10—11. 13 20 *Hier. 2, 18

1 aut] ut *AD* quae] quid *A* (*ex* qui *m2*) contegebant *Ap.c.m2* 2 commed. *AS* uetata *Aa.c.m2D* uetita *cet.* 5 pr. ps. expositionum *S* 6 audeat *AD* donante *D* 8 transferente *D* et *B in mg. m2* arboris *Aa.c.m2D* genesi si *AD* genesi sic ς 9 intellegentes *AD* quod scilicet ς arboris *Aa.c.m2D* fortitudinis *AD* 10 recipiet *AD* 11 dep.] *add.* deus ς 12 fecit] *add.* eos ς 13 *pr.* et *om.* ς et non *in ras. m2B* abiecit *in ras. m2B* adiecit *AD* eiecit *S* ait ς eos *om.* ς rompheam *Ap.c.m2BS* 14 flameam *B* cherubim ς 15 et non] non dixit ς egrediebatur ς 16 *pr. et alt.* edem *AS* 17 physon *S* fison *A* 18 secundo *Ba.c.m2* secum i *Da.c.* *pr.* ego—Geon *om. S* ecce ego *B* ego ς quas *in mg. B* 19 carneis oc. ς aspicere *D* aspexi ς iherem. *S* ierem. *B* 20 uiuatis *D* 21 uiui *D* eufraten *ADB* euffraten *S* 22 manu] *add.* potes ς tangere *D*ς et *om.* ς sorbire *D* sorberem *ABp.c.m2S* sorbere ς

spiritales. ubi autem flumina sunt et aquae, quae uidentur et bibuntur, ibi consequens est, quod et ficus et alia ligna, de quibus dicit deus: ex omni ligno, quod est in paradiso, comedes, similia sunt fluminibus et aquis. si autem aqua, quae cernitur, uere aqua est, necesse est, ut et ficus uera sit et alia ligna et Adam uerus statim a principio plasmatus in corpore sicut Eua et non in phantasmate et post ruinam, ut uult Origenes, propter peccatum postea corpus acceperit. sed 7
dicis: 'legimus, quod sanctus Paulus raptus sit usque ad tertium caelum et usque in paradisum'. bene dicis: quando ponit 'tertium caelum' et postea addidit 'et in paradisum', ostendit alibi esse caelum et alibi paradisum. illas uero praestigias quis non statim abiciat atque contemnat dicente Origene de aquis, quae super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudines quasdam angelicae potestatis, et rursum aquas, quae super terram sunt, hoc est sub firmamento, esse uirtutes contrarias, id est daemones? et quomodo legimus in diluuio apertas cataractas caeli et aquas inundasse diluuii, unde aperti sunt fontes abyssi et totus mundus opertus est aquis?

6. Heu furor hominum iunctus stultitiae, qui reliquerunt illud, quod in Prouerbiis dicitur: audi, fili, sermonem patris tui et ne abicias legem matris tuae, et con-

3 *Gen. 2, 16 9 cf. II Cor. 12, 2—4 13 cf. Gen. 1, 7 17 cf. Gen. 7, 17—24 21 *Prou. 6, 20

1 spiritalis *Aa.c.m2D* spirituales *B* et aquae, quae *scripsi* et aquae *S* et quae *A* quae et *D,B in ras. m2* 2 uiuuntur *D* ligna] *add.* sint *ς* 3 par. dei *S* 4 commedes *S* commedis *AD* sunt] *add.* lignis aliis et arboribus, sicut flumina similia sunt *ς* 5 et *om. S* 6 *alt.* et *in ras. m2 B* uero *A* plasmatis *Ba.c.m2* 7 sicut] *add.* et *ς* non in *in ras. m2 B* nrm *AD* non istum *S* fantasmate (smate *in ras. m2*) *B* fantasmata (*alt.* ta *exp.*) *A* fantasmaticum *S* 8 origenis *Aa.c.m2D* accepit *ADB* 10 terc. cael. ponitur (pon. *s. l. m2*) *B* 11 addit *ς* *alt.* et *om. BS* in *om. B* 13 contempnat *BS* 14 fortitudinis *Aa.c.m2D* 16 terras *Ba.c.m2* uirtutis *Aa.c.m2D* 17 cater. *Aa.c.m2* cathar. *BS* 18 inundare *A* aperte *D* 19 abissi *A* (ss *ex* s *m2*) *BS* operatus *Aa.r.* apertus *B* 20 heu] et *AD* o *ς* uinctus *A* (u *exp.*), *Ba.c.m2* 22 abic.] dimittas *S*

uersi sunt ad errorem et dicunt stulto, ut princeps sui sit,
nec contemnunt res fatuas, quae dicuntur a fatuo, sicut scrip-
tura testatur: fatuus autem fatua loquitur, et cor
2 eius uana intellegit! unde obsecro te, dilectissime, et
quasi meis membris parcens propter caritatem, quam in te
habeo, precor scribens et orans, ut inpleas illud, quod dicitur:
nonne odientes te, domine, odiui et super inimicos
tuos tabescebam? inimica et digna odio Origenis uerba
sunt et deo repugnantia et sanctis eius, et non ista sola, quae
dixi, sed et alia innumerabilia; neque enim nunc mihi propo-
3 situm est aduersum omnia Origenis dogmata disputare. nihil
mihi subripuit Origenes nec in mea generatione fuit nec prop-
ter aliquas res mundi et hereditatem odium aduersum illum
pugnasque suscepi, sed — ut simpliciter fatear — doleo et
ualde doleo uidens plurimos fratrum et eorum praecipue, qui
professionem habent non minimam et in gradum quoque
sacerdotii maximum peruenerunt, eius persuasione deceptos
et peruersissima doctrina cibos factos esse diaboli; in quibus
conpletum est illud, quod dicitur: super omnem munitio-
nem ludet et escae eius electae et congregabit sicut
4 harenam captiuitatem. te autem, frater, liberet deus et
sanctum populum Christi, qui tibi creditus est, et omnes fratres,
qui tecum sunt, et maxime Rufinum presbyterum ab heresi Ori-
genis et aliis heresibus et perditione earum. si enim propter unum
uerbum aut duo, quae contraria fidei sunt, multae hereses
abiectae sunt ab ecclesia, quanto magis hic inter hereticos
habebitur, qui tantas peruersitates et tam mala dogmata contra

1 cf. Esai. 32, 5 3 *Esai. 32, 6 7 *Ps. 138, 21 19 *Hab. 1, 10. 16. 9

1 et *om.* *D* suus *Ba.c.m2* 2 contempnunt *codd.* res] res si *D* fatuatas *ς* 3 testantur (n *eras.*) *A* et cor] iecor *D* 4 uana *in ras. m2 B* 5 membris meis *B* 7 domine] d̄ *S* 8 indigna *D* 9 sancti *D* 11 aduersus *B* 12 origenis *Aa.c.m2D* 13 odia (*ex* odiui *m2*) *A* aduersus *BS* 17 persuasionibus *ς* deceptus *D* 18 cibus factus *D* 20 ludet *et* congregabit *scripsi* ludit *et* congregauit *codd.* 21 arenam *A* aream *B* area *S* 23 ruffinum *ς* ab *bis* *A* heresim *Aa.c.D* 24 ab aliis *B* 27 habebatur *Aa c.m2D* tam] tanta *Ba.c.*

fidem adinuenit, dei et ecclesiae hostis extitit! inter multa 5
enim mala etiam illud ausus est dicere, perdidisse imaginem
dei Adam, cum hoc in nullo penitus loco scriptura significet.
si enim ita esset, numquam omnia, quae in mundo sunt, ser-
uirent semini Adam, id est uniuerso generi hominum, sicut et
Iacobus apostolus loquitur: omnia domantur et subiecta
sunt naturae humanae. numquam enim uniuersa subiecta
essent hominibus, si non haberent homines iuxta id, quod
uniuersis imperent, imaginem dei. coniungens autem atque 6
consocians scriptura diuina gratiam benedictionis, quam Adam
donauerat, et generationibus, quae ex eo erant, ne qui forsitan
maligna interpretatione auderent dicere uni datam gratiam dei
et illum solum factum esse ad imaginem dei, qui plasmatus
esset ex humo, et uxorem eius, eos uero, qui conciperentur
in utero et non ita nascerentur ut Adam, dei non habere ima-
ginem, statim per ordinem iungit et dicit: et uixit Adam
annos CCXXX et cognouit Euam, uxorem suam, et
peperit ei filium iuxta speciem et iuxta imaginem
eius et uocauit nomen eius Seth. rursumque in decima 7
generatione post annos IICCLXII uindicans deus imaginem suam
et ostendens, quod gratia, quam dedisset hominibus, perseue-
raret in eis, ait: ne comederitis carnem in sanguine;
ego enim ulciscar sanguinem uestrum de manu

4 cf. Gen. 1, 28 6 *Iac. 3, 7 13 cf. Gen. 1. 27. 2, 7. 21—22
16 *Gen. 5, 3. *4, 1 22 *Gen. 9, 4—6

1 dei] denique ς existit *B* 5 et *om. S* 7 hum. nat. ς 8 homines] hominis *D* 9 imperarent ς 10 conso*ans (ci *s. l. m2*) *B* 11 donauerit *AD* 12 grat.—humo] *partim in rasura partim in margine m2 B* 13 et—dei *om. S* (*procul dubio etiam Bm1*) esse *om. B* qui] quia *AD* 14 esse *AD* ex *om. S* uxori *Ba.c.m2S* eius] *add.* quam creasset de costa uiri ς 15 non *s. l. m2 B* haberet *S* 16 dicit] dixit *S* 17 ducentos triginta annos ς annis *A* 19 sedh *A* 20 IICCLXII *AS* duo milia CCLXII *D,B* (duo mil. *add. m2*) bis mille ducentos quadraginta duos ς 21 gratiam *AD* perseueret *B* 22 nec *A* commederitis *A* (ri *ex* re *m2*) *D* com(mm *S*)edetis *BS* cum sanguine *D* in sanguinem ς

omnis hominis effundentis illum, quia ad ima-
8 ginem dei feci hominem. nec non post alteras decem
generationes usque ad Abraham et ab Abraham usque ad
Dauid alias generationes XIIII, quae XXIIII generationes
simul faciunt annos IICXVII, spiritus sanctus in tricesimo
octauo psalmo, cum quereretur de omnibus hominibus, quod
in uanitate ambularent et peccatis essent obnoxii, loquitur:
uerumtamen in imagine perambulat omnis homo.
9 nec non post Dauid etiam sub Salomone, filio eius, legimus
tale quiddam super dei imagine nominatum. dicit enim
in Sapientia, quae titulo eius scribitur: creauit incor-
ruptum hominem et imaginem suae proprietatis
dedit ei. et rursum post annos mille CXI plus minus in
nouo legimus testamento, quod non perdiderint homines ima-
10 ginem dei. Iacobus enim, apostolus et frater domini, cuius
et supra meminimus, instruit nos, ne Origenis laqueis capia-
mur, habere hominem imaginem et similitudinem dei. nam
cum de lingua hominum latius disputasset, adiecit: instabile
malum: in ipsa benedicimus deum et patrem et in
ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem
11 dei conditi sunt. Paulus quoque, uas electionis et qui
doctrinam euangelicam sua praedicatione conpleuit, docet nos,
quod homo ad imaginem et similitudinem dei conditus sit,

6. Haec a me perstricta sunt breuiter — neque enim epistularis angustia euagari longius patiebatur —, ut intellegeres te in scripturis sanctis sine praeuio et monstrante semitam non posse ingredi. taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometricis, dialecticis, musicis, astrologis, medicis, quorum scientia mortalibus uel utilissima est et in tres partes scinditur: τὸ
2 δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. ad minores ueniam artes et quae non tam λόγῳ, quam manu administrantur. agricolae, caementarii, fabri, metallorum lignorumque caesores, lanarii quoque et fullones et ceteri, qui uariam supellectilem et uilia opuscula fabricantur, absque doctore non possunt esse, quod cupiunt.

1 credidit *λHS; add.* eunuchus *codd. praeter λH* baptizabatur *H* 2 est *om. λ* ac] et fit *S* de disc. mag. *ς; add.* efficitur *λ* de] e *S* 3 sy(i)n. templo repp. *codd. praet. λH* 4 perstrincta *Σa.r.D* perstrinta *λ* praestrincta (n *eras.*) *P* scripta *H* breu. sunt *D* nec *H* enim *om. S* epistolares angustiae *P* aepistularis angussia *λ* 5 uagari *P* patiebantur *P* 7 gramat. *λS; add.* et *H* rethor. *λHDS* hrethor. *Σ* phil. geom. *om. H* (*cf. infra ad 453, 2*) philophis *ex* philopis *λ* geumetricis *λ* geometris *P* 8 dialeticis *S* dialectis dualis dictio dialixis dualis dictio proponit sumit formam testimoniis atque cludit *H* mussicis *λ* astrologis *λH* astronomis (-micis *ΣS*) astrologis *cet.* quarum *S* 9 uelud *H* ΟΔΟΔΜΑΤΗΝΜΕΘΟΔΟΝΤΝΝΕΜΤΙΟΡΙΑn *P* todocmaten. metontoten. perien *λ* to dogma ten disciplina metototen experimentum perian peritia *H* in doctrinam ΕΡΕΑΤΜΑΝΝΜΕΟΛΕΝ rationem ΙΗΝΖΑΡΙΝΡΑΝ et usum *Σ* (*simil. D*) in doctrina. ΤΟΔΟΓΝΩΤΗΝΜΕ. ratione. ΘΟΔΟΝΤΗΝΜΙΤΙΠΟΝ. et usu *S* 10 ad] et ut ad *S* uen. art. *λ* art. (partes *Σ*) uen. *cet.* 11 et *om. λ* logo *λ* logo uerbo *H* loco *ex* lingua *Σ* ling(a) (*in ras.*) *D* agriculae *λH,Σa.c.* agrigulae *ex* acrigulae *P* 12 cementarii (ii *ex* i *m2*) *λ* cimentarii *H* lignorumue *Σ* (ue *add. m1*) *D* et lignorum *S* cessores *λ* lanari *λ* 13 follones *H* suppell. *S* suppel. *P* supel. *H* suppl. *λΣ* 14 fabricant *Dp.c.* doctorem *H* non *om. S* 15 quod cup.] qui cupium *H*

quod medicorum est,
promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

7. Sola scripturarum ars est, quam sibi omnes passim uindicent:

scribimus indocti doctique poemata passim.

hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc soloecista uerbosus, hanc uniuersi praesumunt, lacerant, docent, antequam discant. alii adducto supercilio grandia uerba trutinantes inter mulierculas de sacris litteris philosophantur, alii discunt — pro pudor! — a feminis, quod uiros doceant, et, ne parum hoc sit, quadam facilitate uerborum, immo audacia disserunt aliis, quod ipsi non intellegunt. taceo de meis similibus, qui 2
si forte ad scripturas sanctas post saeculares litteras uenerint et sermone conposito aurem populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem dei putant nec scire dignantur, quid prophetae, quid apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit et non uitiosissimum dicendi genus deprauare sententias et ad uoluntatem suam scripturam

1 Horat. epist. II 1, 115 sq. 4 ibid. 117

1 med. est] in iecore med. est *H*, *om.* (*add.* in iecore *in mg. m2*) λ med. *Σa.c.* 2 tranctant λ*P* tractant in *H* fabri] *add.* philosophi geometrici (*cf. ad p. 452, 7*) *H* 3 scirturarum λ est *om. H* quam] que *H* omnes homines *H* passim *om. S* 3 uindicent *HP* discent λ uindicant *ΣDS* 4 indocti] docti λ 5 anus] auis *Sa.c.* *alt.* hanc] ac *H* delerus λ*HΣ,Da.c.m2* senis λ senes *ΣD* *tert.* hanc] ac *H* soloeg. *P* solic. λ*H* soph. *ΣDS* 6 uerb.] *add.* questiones *H* ant. disc. dolent (*sic*) *H* docent *om. ΣD* 7 discant *uel* discunt λ alia ducto *H* super concilio λ trudinantes *H* trutinant *D* trutinantur *S* 9 a fem. pro pud. *H* pro pud.] quod (*s. l. m2*) pro pud. est (est *in mg. m2*) λ docent *H* ne ut (*eras.*) *Σ* paruum λ*H* 10 sit] sič (= sicut) *H* quadam *om.* λ*H* fac.—intell.] sunt alii, qui nimia fac. uerborum, immo audacia edisserunt (*ex* disserunt *m2*) aliis, quod ipsi non intell. *Γ* audaciae *P* -cie *Σa.c.* -ci *D* cum (*s. l. m2*) audacia magna it λ deserunt λ*H* edisserunt *Γp.c.m2DS* 11 alis λ alii *H* mei ς 12 sacras *Σ* uenerent *H* uenirent λ 13 sermonem *H* aures *P* mulcerint λ*ΣD* mulcirent *H* dicerent λ 14 hoc *om. H* dei put.] deputant *ΣDS* ne *Σ* quid ap., quid pr. *P* 15 ad *s. l. Σ*, *om. H* suum sens. *H* 16 quasi non *H* uiciosissime *H* uitiosum λ discendi *H* docendi ς 17 scripturarum *H*

trahere repugnantem. quasi non legerimus Homerocentonas et Uergiliocentonas ac non sic etiam Maronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripserit:

iam redit et uirgo, redeunt Saturnia regna,
iam noua progenies caelo demittitur alto,

et patrem loquentem ad filium:

nate, meae uires, mea magna potentia solus,

et post uerba saluatoris in cruce:

talia pèrstabat memorans fixusque manebat.

puerilia sunt haec et circulatorum ludo similia, docere, quod ignores, immo, ut cum Clitomacho loquar, nec hoc quidem scire, quod nescias.

8. Uidelicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terrae, de confusione linguarum et de gente ⟨pergente⟩ usque ad Aegyptum scribitur Hebraeorum. patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum mysticis diuinisque praeceptis. in promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, immo singulae paene syllabae et uestes Aaron et totus ordo Leuiti-

4 Verg. Buc. IV 6 sq. 7 Verg. Aen. I 664 9 Verg. Aen. II 650 11 Clitomachi fragm.

1 retrachere *λ* humero centonas *H* omero centenas *S* 2 uergil. *P* uirgilio centenas *S* uirgil. *cet.* 3 possum *HΣDS* qui *ς* scripsit *λ* 4 redit et] ridet *λH* redeunt] et rideunt *λ* rident et *H* 5 alto dimittit *H* dimittitur *λΣDS,Pa.c.* 7 nate] o mi nate (nante *H*) *λH* mea] meae *D* 8 post haec *H* 9 prae(e)stabat *HΣDS* fixsusque *λ* fixuque *Pa.c.* 10 puer.—12 nesc.] stultum est quenquam (n *ex* m *m2*) docere, quod ignorat, immo ne hoc quidem scire, quod nesciat *Γ* hae sunt *H* 11 Clitomacho *scripsi* stomacho *codd.* nec] ne *P* 12 scire quidam (*sic*) *H* quod] quia *H* nesc.] *add.* stultum est *H* 13 manifestissime *Σ* de *om. H* creat.] natura *ς* 14 hum. gen. *H* terrae et *Σ* 15 conf.] uariatione *DS* diuisione *Σ* de *λ*, *om. cet.* gente] gentis *Σ* gentium *DS* descensione *ς* pergente *addidi, om. codd.* ad *s. l. P* aegiptum *λ* exitum *ΣDS; add.* gentis *ς* 16 Hebr.] *add.* et *λ* 17 *pr.* cum *om. λH* 18 promptus *Pa.c.* promtum *Σa.c.* prūtu *λ* prūptus *H*

cus spirant caelestia sacramenta. Numeri uero nonne totius 2
arithmeticae et prophetiae Balaam et quadraginta duarum per
heremum mansionum mysteria continent? Deuteronomium quoque, secunda lex et euangelicae legis praefiguratio, nonne sic
ea habet, quae priora sunt, ut tamen noua sint omnia de
ueteribus? hucusque Moyses, hucusque πεντάτευχος, quibus
quinque uerbis uelle se loqui in ecclesia gloriatur apostolus.
Iob, exemplar patientiae, quae non mysteria suo sermone 3
conplectitur? prosa incipit, uersu labitur, pedestri sermone
finitur; omnisque dialecticae proponit λήμματα, propositione, adsumptione, confirmatione, conclusione determinat. singula in eo uerba plena sunt sensibus et, ut de ceteris sileam, resurrectionem corporum sic prophetat, ut nullus de ea uel manifestius uel cautius scripserit: s c i o, inquit, q u o d r e d e m p t o r m e u s u i u a t e t i n n o u i s s i m o d e t e r r a r e s u r r e c t u r u s s i m. e t r u r s u m c i r c u m d a b o r p e l l e m e a e t i n c a r n e m e a u i d e b o d e u m, q u e m u i s u r u s s u m e g o i p s e e t o c u l i m e i c o n s p e c t u r i s u n t e t n o n

7 cf. I Cor. 14, 19 14 *Hiob 19, 25—27

1 spirat *λ* inspirant *ΣD* nonne tot. *om. λ* 2 arthimeticae *λ* archimedici *H* profetia *λ* propheticae *P* balam *λ* balaham *S* palaam *H* 3 heremo *Da.c.m2* mansiorum *H* deuteronomius *λ* deuteronomio *H* deutronomium *S* 4 nonne *om. ΣDS* 5 habet ea *H* ut] et *H* noua *om. λ* de uet. omnia *H* omnia *om. S* 6 Moyses *om. ς* *alt.* hucusque *om. Hς* ΠΕΝΤΑΤΕΥΧΟC *P* ΠΕΝΘΑΘΕΟΥΚΟC *S* ΠΕΝΕΛΕCΟykē *D* ΙΤΕΝΕΛΕΟCURE *Σ* pentateuchus *H* pentatheucus *λ* quibus] his *H* 7 uelle se loqui *λH* loqui se uelle *cet.* in ecl. glor. ap. *H* ap. (*s. l. m2 λ*) in ecc(c)l. (in eccl. *om. λ*) glor. *cet.* 8 iob (*non* hiob) *codd.* exemplare sapientiae *H* quae non myst.] mysteriaque non *H* que *ex* qui *D* 9 prosa] sententialē adloquitur a medio libri q; metro finitur q; p̃. m. prosa *H* uorsu *λ* labit *λ*, *om. H* 10 omn. dial. prop. λήμμ. *scripsi* oms̄q; dialectice prop. prolismata legis *H* omn. dial. *λ* omn. legis dial. *PΣDS* omnesque leges dial. *ς* 11 determinatur *ΣDS* 12 uerba in eo *H* eo] ea *λ* plana *H* 13 de ea] dea *λH* 14 uel] uelut *H* scrips.] loquitur sumpsit *H* ille inquid scio *λ* 15 uiuit *S* ueniat *H* nou. die *ς* 16 surrecturus *PS* sum *λS* 17 dominum *ΣDS*

alius. reposita est haec spes mea in sinu meo.
4 ueniam ad Iesum Naue, typum domini non solum in gestis, uerum et in nomine: transit Iordanen, hostium regna subuertit. diuidit terram uictori populo et per singulas urbes, uiculos, montes, flumina, torrentes atque confinia ecclesiae caelestisque Hierusalem spiritalia regna discribit. in Iudicum libro quot principes populi, tot figurae sunt. Ruth Moabitis de Moabitide Esaiae explet uaticinium dicentis: emitte agnum, domine, dominatorem terrae de petra deserti
5 ad montem filiae Sion. Samuhel in Heli mortuo et in occisione Saulis ueterem legem abolitam, porro in Sadoc atque Dauid noui sacerdotii nouique imperii sacramenta testatur. Malachim, id est tertius et quartus Regum liber, a Salomone usque ad Iechoniam et ab Hieroboam, filio Nabat, usque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda et regnum describit Israhel. si historiam respicias, uerba simplicia sunt;

6 cf. Hebr. 12, 22 8 Esai. 16, 1

1 alium *H* 2 ihu *H* Naue] qui *add.* *λHD* typus *ς* 3 uer. et] uer. etiam et *H* uer. etiam *λ* sed etiam *ς* nomine] *add.* portat *λH* transiuit *H* transiit *ς*; *add.* in *S* iordanem *P* regnum *λ* 4 diuisit *HΣ* terram repromisionis *H* 5 uiculosque *λ* flum. torr. *om.* *ΣDS* 6 caelestique *Σ* caelestis *H* discribit *λ* describit *P* de(i*H*)scripsit *HΣDS* iudicium *H* 7 librum *Σa.c.*, *om.* *S* quod *HPD* Moab. de Moab. *scripsi* moabditis *λ* (-biditis *m2*) *H* moabitidi(e*S*)s *ΣS* mohabitide *D* moabitis *Pς* 8 isaiae(-e) *Σa.c.S* isaiam *H*, *om.* *λ* emittet *λ* 9 domine *eras.* *Σ*, *om.* *λPD* đ *S* 10 a monte *H* sion id de turitia *H* samuel *λ* *pr.* in *om.* *H* 11 occiso *ς* saulis *H* su(a?)lis *λ* saul *cet.* oblitam *H*; *add.* monstrat *DS* in Sad. a. Dau.] in dau. a. in sadoch *H* sadoch *HΣDS* 12 sacerdoti *λa.c.m2* sacerdotis *H* imperi *λa.c.m2* testantur *λp.c.m2H* 13 reg. tert. et quart. *ς* ·III · IIII· lib (*om.* regum) *H* salamone *Σ* salamomone *λ* salamo *H* 14 choniam *Pa.c.* hiechoniam *D* ihechoniam *S* et ab hieroba(u?)am *in mg. inf.* *λ* ab] ad *D* hieroba(u?)am *λ* ciroboam *H* ieroban *S* ieroboam *ς* naba(u?)th *λ* nabuth *H* nabath *Σ* 15 Osee] manasses *λ* manasse *H* (*cf. II Par. 33, 11*) 16 israhel discripsi (*sic*) *H* discribit *λ* descripsit *Σ* si hist.] quando in scripturis sanctis legeris pugnas filiorum israhel contra diuersas gentes, si hist. solam *Γ* respicies *H* respicis *S*

si in litteris sensum latentem, ecclesiae paucitas et heretico-
rum contra ecclesiam bella narrantur. duodecim prophetae in 6
unius uoluminis angustias coartati multo aliud, quam sonant
in littera, praefigurant. Osee crebro nominat Effraim, Samariam,
Ioseph, Iezrahel et uxorem fornicariam et fornicationis filios
et adulteram cubiculo clausam mariti multo tempore sedere
uiduam et sub ueste lugubri uiri ad se reditum praestolari.
Iohel, filius Bathuel, describit terram duodecim tribuum 7
eruca, brucho, locusta, rubigine uastante consumptam et
post euersionem prioris populi effusum iri spiritum sanctum
super seruos dei et ancillas, id est super centum uiginti cre-
dentium nomina, et effusum iri in cenaculo Sion, qui centum
uiginti ab uno usque ad quindecim paulatim et per incrementa
surgentes quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psal-
terio mystice continentur. Amos, pastor et rusticus ruborum 8
mora destringens, paucis uerbis explicari non potest. quis

9 cf. Ioel 2, 25 10 cf. Ioel 2, 28. 29 11 cf. Act. 1, 15 cf. Act. c. 2 13 1 + 2 + 3 + 4 + 5 + 6 + 7 + 8 + 9 + 10 + 11 + 12 + 13 + 14 + 15 = 120 14 cf. Ps. 119—133 (*quindecim psalmi*) 15 cf. Am. 7, 14

1 si in] sint (nt *eras.*) *D* si autem in *Γ* littera *H* lat.] *add.* requiras *Γ* inspexeris *Σs.l.DS* heredic. *H* 2 bella narr. c. ecl. *H* bella c. aeccl. narr. *λ* in] inter *λ* 3 quam] qui *H* sonat *H,Σa.c.* 4 praefigurantur *λH* 4 osse *λH* efraim *Pa.c.* ephraim *ς* 5 iesztrachel *λ* iezrael *S* iezrahel israhel *P* ezechiel isral *H* fil. forn. *H* 6 mariti que *λ* mariteq; *H* sedere *s. l. Σ* sederit *λ* sederit recesserit *H* 7 uidua *λH* lugubre *H* uiri *om. λH* praestulari (-re *H*) *λH* 8 ioel *λΣ* bathuel *H* fatuel *λΣ* fatuhel *DS* phatuhel *P* phathuel *ς* discripsit *H* 9 erucha *λ* heruca *ς* bruco *Pa.c.DS* brucha *H* rubinae *λ* corruptam *ΣDS* 10 effussum iri *λ* effusuri (*i. e.* effusuiri) *ΣD* 11 seruus *H* domini *Σ* ancellas *λ* cred.—uig. *om. λ* nom. cred. *HDS* 12 et eff. iri] et effusuri *ΣD* (*cf. not. ad l. 10*) et effusum *H* qui effundendus erat *ς* 13 ad *ex* a *Σ*, *om. H* 14 surgens *S* qui numerus *H* 15 mysterio *Σa.c.* continetur *HP,Σa.c.* amos propheta *H* rust.] *add.* et *codd. praet. λH* 16 mu(a?)ras *λ* murus murus *H* destringens *P* distringens *λΣD* distinguens *HS* explicare *H,Σa.c.*

enim digne exprimat tria et quattuor scelera Damasci, Gazae,
Tyri, Idumeae, filiorum Ammon et Moab et in septimo
octauoque gradu Iudae et Israhel? hic loquitur ad uaccas
pingues, quae sunt in monte Samariae, et ruituram domum
9 maiorem minoremque testatur. ipse cernit fictorem locustae
et stantem dominum super murum litum uel adamantinum
et uncinum pomorum adtrahentem supplicia peccatoribus et
famem in terram: non famem panis neque sitim aquae, sed
audiendi uerbum domini. Abdias, qui interpretatur seruus
domini, personat contra Edom et sanguineum terrenumque,
fratris quoque Iacob semper aemulum, hasta percutit spiritali.
10 Ionas, columba pulcherrima, naufragio suo passionem domini
praefigurans mundum ad paenitentiam reuocat et sub nomine
Nineue salutem gentibus nuntiat. Micheas de Morasthi, coheres
Christi, uastationem adnuntiat filiae latronis et obsessionem
ponit contra eam, quia maxillam percusserit iudicis Israhel.
Naum, consolator orbis, increpat ciuitatem sanguinum et post
euersionem illius loquitur: ecce super montes pedes

1 cf. Am. 1, 3. 6. 9. 11. 13. 2, 1. 4. 6 3 cf. Am. 4, 1 4 cf. Am. 6, 12 5 cf. Am. 7, 1 6 cf. Am. 7, 7 7 cf. Am. 8, 1. 2 10 cf. Abd. 1, 1. 6 etc. 15 cf. Mich. 5, 1 18 Nah. 1, 15 (2, 1)

1 enim] eum *H* exprimit *Σ* explicat *H* et] aut *ς*, *om.* *H* gezae *H*; *add.* et *codd. praeter P* 2 thiri *H* turi *λ*; *add. om.* *λ* in et *ΣDS* idumea *D*; *add.* et *HΣDS* amon *PDS*, *om.* *H* et Moab *om.* *λH* septem *H* 3 oct.—uaccas *om.* *H* iudeae (-ee *S*) *DS* Isr.] hierusalem *D* 4 sam. in monte *H* et *om.* *H* 6 latum *D* uel] et *DS* adamantium *λ* amantinum *D* 8 terra *P*,*Σp.r.* non *om.* *H* *alt.* famem] famam *H* nec *ς* 9 dei *H* 10 domini *s. l.* *λ* dei *H* pertonat *P* res(s *ex* t*Σ*)onat *ΣS* Edom] edu (a?) *λ* et *om.* *λS* sanguinem *Σa.c* *D* sang. terrenumque *interpretatio est nominis* Edom *uel* Esau terr. hominem *ς* 11 asta *λHΣS* spir. percussit *λ* spiritalibus *H* 14 nineue *P*,*Σp.c.m2* ninuen *λ* uniue *H* niniue *Σa.c.m2DS* michia *λ* micha *PDS* morasti *PΣS* morastite *λ* morastides *H* coheredes *H* 15 nuntiat *λ* latr. *om.* *H* obs. *λ* obsidionem *cet.* 16 maxilla *Σ* percusserat *Σ* iudices *Σ* iudies *Pa.c.* Isr.] hierusalem *D* 17 nauum *λ* nahum *ς* urbes *Σa.c.*, *om.* *H* sanguineam *H* 18 aduersionem *H* illius eius *H* ecce sunt *λH*

euangelizantis et adnuntiantis pacem. Ambacum, 11
luctator fortis et rigidus, stat super custodiam suam et figit
gradum super munitionem, ut Christum in cruce contempletur
et dicat: operuit caelos uirtus eius et laudis eius
plena est terra et splendor eius ut lux erit; cor-
nua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo
eius. Sophonias, speculator et arcanorum domini cognitor, 12
audit clamorem a porta piscium et eiulatum a secunda et
contritionem a collibus. indicit quoque ululatum habitatoribus
Pilae, quia conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt
uniuersi, qui inuoluti erant argento. Aggeus, festiuus et laetus, 13
qui seminauit in lacrimis, ut in gaudio meteret, destructum
templum aedificat deumque patrem inducit loquentem: adhuc
unum modicumque, et ego commouebo caelum et
terram et mare et aridam et mouebo omnes gentes;
et ueniet desideratus cunctis gentibus. Zacharias, 14
memor domini sui, multiplex in prophetia, Iesum uestibus
sordidis indutum et lapidem oculorum septem candelabrumque

2 cf. Hab. 2, 1   4 *Hab. 3, 3—4   8 cf. Soph. 1, 10   9 Soph. 1, 11   12 cf. Ps. 125, 5   13 *Agg. 2, 7—8   17 cf. Zach. 3, 3   18 cf. Zach. 3, 9   cf. Zach. 4, 2

1 Ambacum *scripsi* ambacuc *λ,Σp.c.* (h*P*)abacuc *HP,Σa.c.* abbacuc *D* abbacuch *S*   2 luctatur *λ*   ridus *H*   figet *Σa.c.* fingit *λ*   3 munitionem *λ*; *add.* suam *H*   ut] et *λ*   contemplemur *λa.c.*   4 uirtus *λ* maiestas *H* gloria *cet.*   eius] dei *λ*   laude *HS*   5 et *λH, om. cet.*   ut] in *λ*   erat *Pa.c.* erit et *λ*   corn. sunt *H*   6 manu *Σ*   7 soffonias *λHD*   arch. *HDS,Σa.c.*   dei *H*   8 audiuit *λH*   heiulatum *P* ulu(lu *add.m1*)latum *λ* hululatum *H*   a porta sec. *Σa.r.*   9 indicat *λH* indidit *ΣDS*   quoque *om. H*   ullul. *Σ*   habitantibus *H* habitationibus *λ*   10 channan *λ*   11 ageus *S*   festus *λH; add.* est *H*   12 distructum *λH*   13 aedificauit *H* reaedificat *ς*   dominumque *DS* dñiq; *H*   ind. patr. *λ*   loq. ad filium *λ*   14 unum] *add.* sermonem *H*   que *om. ς*   *pr.* et *om. λ*   mouebo *DS* (*in G, qui hic incipit, syllaba* com *cum folio antecedente periit*)   terra *G*   15 et mare] mare *HΣ*   arida *H*   16 ueniat *H*   cuntis *λPa.c.*   zacch. *G*   17 sui *om. λ*   in *om. G*   hiesum *H*   18 ind. *λς, om. cet.*   lapide *ΣD*   VII ocul. *H*   candellabrum *H*   que aur. *om. λH*

aureum cum totidem lucernis, quot oculis, duas quoque oli-
uas a sinistris lampadis cernit et a dextris, ut post equos
rufos, uarios, albos et nigros et dissipatas quadrigas ex Effraim
et equum de Hierusalem pauperem regem uaticinetur et prae-
15 dicet sedentem super pullum filium asinae subiugalis. Mala-
chias aperte et in fine omnium prophetarum de abiectione
Israhel et uocatione gentium: non est mihi, ait, uoluntas
in uobis, dicit dominus exercituum, et munus non
accipiam de manu uestra. ab ortu enim solis usque
ad occasum magnum est nomen meum in gentibus
et in omni loco sacrificatur et offertur nomini
16 meo oblatio munda. Esaiam, Hieremiam, Ezechiel, Danihel
quis possit uel intellegere uel exponere? quorum primus non
prophetiam mihi uidetur texere, sed euangelium; secundus
uirgam nuceam et ollam succensam a facie aquilonis et par-
dum spoliatum suis coloribus et quadruplex diuersis metris
nectit alphabetum; tertius principia et finem tantis habet

1 cf. Zach. 4, 3 2 cf. Zach. 6, 2—3 3 cf. Zach. 9, 10 5 cf. Zach. 9, 9 7 *Mal. 1, 10—11 15 cf. Hier. 1, 11. 13 cf. Hier. 13, 23 16 cf. Thren. c. 1—4

1 totidem idem *H* quod *GH* 2 lampades *HΣ* et a *scripsi* et ad *H* a *λ* et *cet.* ut] et *Σp.c.* et ut *H* aeq. ruf. uar. alb. et nigr. *λ* nigr. aeq. rub. uar. albas (*sic*) *H* eq. ruf. uar. alb. *GP* eq. ruff. et uar. et alb. *Σ* eq. uar. et ruf. et alb. *DS* eq. ruf. nigr. et alb. et uar. *ς* (*cf. Zach. 1, 8; 6, 2—3*) 3 ex] et *H*, *om. S* efraim *λD* ephraim *G* ephrahim *P* (*cf. p. 457, 4*) 4 aequum *λ* equm *H* ierusalem *λa.c.m2* iherusalem *S* paup.—fil. *in mg. inf. m2 Σ* pauperum *Σ* regem *om. λ* praedicit *H* 6 et *om. G* 7 ait *s. l. λ*, *om. H* 8 dicit] ait *DS*, *om. G* dominus *in t.*, dus *in mg. m2 H* exercitum *Ga.c.λ* 9 acc. *λ* susc. *cet.* enim *om. H* 10 solis occasum *H* occasum eius (*eras.*) *Σ* nom. magn. est *H* 11 et—sacr. *om. H* affertur *P* in nomine meo *H* 12 munda] *add.* in omni loco sacrificatur *H* (*cf. supra ad l. 11*) essaiam *λ* isaiam *H* isayam *S* heremiam *λ* iheremiam *S* ezechihel *Σ* hiezeciel *G* hiezechi(i *ex* e)hel *P* ezechielem *ς*; *add.* et *ς* daniel *GλΣS* danielem *ς* 13 qui *H* *pr.* uel *om. HΣS* 14 uid. mihi *λ* euang.] *add.* explicit *reliqua epistulae parte omissa H* 15 pardum *λP* pauum *cet.* 16 quadriplex *λ* 17 alfau. *D* albab. *λ* adfab. *Σ* principii *S* finem] in fine *S* habens *ΣD*

obscuritatibus inuoluta, ut apud Hebraeos ipsae partes cum
exordio Geneseos ante annos triginta non legantur; quartus
uero, qui et extremus inter quattuor prophetas, temporum
conscius et totius mundi φιλοΐστωρ, lapidem praecisum de
monte sine manibus et regna omnia subuertentem claro ser-
mone pronuntiat. Dauid, Simonides noster, Pindarus et Alcaeus, 17
Flaccus quoque, Catullus et Serenus, Christum lyra personat
et in decacordo psalterio ab inferis excitat resurgentem. Salo-
mon, pacificus et amabilis domini, mores corrigit, naturam
docet, ecclesiam iungit et Christum sanctarumque nuptiarum
dulce canit ἐπιθαλάμιον. Esther in ecclesiae typo populum 18
liberat de periculo et interfecto Aman, qui interpretatur ini-
quitas, partes conuiuii et diem celebrem mittit in posteros.
Paralipomenon liber, id est instrumenti ueteris ἐπιτομή, tantus
ac talis est, ut, absque illo si quis scientiam scripturarum
sibi uoluerit adrogare, se ipsum inrideat. per singula quippe
nomina iuncturasque uerborum et praetermissae in Regum
libris tanguntur historiae et innumerae explicantur euangelii
quaestiones. Esdras et Neemias, adiutor uidelicet et con- 19
solator a domino, in unum uolumen artantur: instaurant

4 cf. Dan. 2, 34. 45

1 aput *GDS* istae *ς* 3 et *GP, om. cet.* in ·IIII· profe *λ* 4 philoistor *λ* philosophistor *GP* philostoricos *Σ* philostoricus *D* phyloistoricus *S* 6 symodines *λ* noster] inter *D* pindarius *ΣD* pu(a?)ndanus *λ* altheus *λ* 7 catullus *S* catulus *cet.* lira *ΣDS,Pa.c.* 8 et *om. G* decacorda *D,Gλa.c.* psaltyrio *λ* exercitat *λ* suscitat *ς* surgentem *λ* salamon *λΣ* 9 domino et am. *S* domino *Σa.c.S corr.* et *λ* 10 iugit *λ* et] ad *λ* sanctorumque *ΣD* 11 ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ *G* (*add.* id est epitalamion) *P* epith(h *s. l. m2 Σ*)alamium *ΣDS* epy(y *ex* u)thalamion *λ* esther *G* ester *λ* hester *cet.* typum *P,Σa.c.* 12 amon *λa.c.m2* amas *G* 13 conuiui *λ* mittat *D* 14 paralipp. *S* paralyp. *P* paraly(y *ex* i*m2*)penon *Σ* paralipiminon *λ* instr. id est *λ* id *om. G* instrumentis *D* epitomen *λ* et noui *Σ* 15 es *D*, *om. λS* ut *om. G* 16 sibi *s. l. Σ* ibi *Ga.c.* se] re *λ* 17 et] ea *λ*, *om. G* praetermissa *λ* in Reg. libr. *om. λ* 18 innumere *λ* innumerabiles *cet.* eu. expl. *S* euangeli *λ* 19 ezdras *G* aestras uero *λ* ezras *P* nemias *λ* auditor *λ* 20 uno uolumine *λ* artatur *S* coartantur *Σ* narrantur *λ,Pa.c.*

templum, muros extruunt ciuitatis; omnisque illa turba populi redeuntis in patriam et discriptio sacerdotum, Leuitarum, Israhelis, proselitorum ac per singulas familias murorum et turrium opera diuisa aliud in cortice praeferunt, aliud retinent in medulla.

9. Cernis me scripturarum amore raptum excessisse modum epistulae et tamen non inplesse, quod uolui. audiuimus tantum, quid nosse, quid cupere debeamus, ut et nos quoque possimus dicere: concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. ceterum Socraticum illud inpletur in nobis: 'hoc tantum scio, quod nescio'. tangam et nouum breuiter testamentum: Mattheus, Marcus, Lucas, Iohannes, quadriga domini et uerum cherubin, quod interpretatur 'scientiae multitudo', per totum corpus oculati sunt, scintillae micant, discurrunt fulgora, pedes habent rectos et in sublime tendentes, terga pennata et ubicumque uolitantia. tenent se mutuo sibique perplexi sunt et quasi rota in rota uoluuntur et pergunt, quocumque eos flatus sancti spiritus
3 duxerit. Paulus apostolus ad septem scribit ecclesias — octaua enim ad Hebraeos a plerisque extra numerum ponitur —, Timotheum instruit ac Titum, Philemonem pro fugitiuo famulo

8 Ps. 118, 20 9 cf. Cic. Acad. II 74 12 cf. Ezech. c. 10

1 turba illa λ illa *om. DS* 2 discr. λ descr. *cet.* leuitarumque λ et leuitarum Σ israhelis *GP* israhel λ israhelitis *ΣDS* 3 prosiltorum λ perlitorum *G* ac per sing. *om. ΣD* et] ac ς 4 diuisa] uisa *ΣD* *pr.* in *et* praeferunt *om.* λ medula λ 5 scribturarumque *G* raptum et *P* excisse λ 6 tamen] tunc *Σa.c.* inpleuisse λ,*Dp.c.m2* 7 quod—quod *S* debemus λ ut *om.* λ et *om. S* 8 desid. *om.* λ 10 tant. hoc Σ 11 mattheus *GP* matheus *cet.* 12 lucas et *GPΣ* iohannis λ quadrige *S* cerubym Σ hirubin λ cherub *S* qui λ 14 sunt *om. P* scintillas *P* micantibus *G* emicant ς currunt *G* fulgora λ*P* fulgura *cet.* 15 in *om. G* pinnata *G* ubicumque λ ubi Σ ubique *cet.* 16 mutuo] motu (*super* o *scr.* or; *fort. uoluit* in ortu) λ ibique λ proplexi Σ *alt.* rotam *D* 17 uolitantur *S* spir. sancti Σ 18 perduxerit *ΣDS* apostolos λ eccl. scr. ς scripsit λ 19 Hebr.] *add.* quae λ 20 ac Tit.] actum *Ga.c.m2* ac] a λ philom. *P* filom. λ filomenem *S* filim. *D*

deprecatur. super quo tacere melius puto quam pauca dicere.
Actus apostolorum nudam quidem sonare uidentur historiam 4
et nascentis ecclesiae infantiam texere, sed, si nouerimus
scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in
euangelio, animaduertimus pariter omnia uerba illius languentis
animae esse medicamina. Iacobus, Petrus, Iohannes, Iudas 5
septem epistulas ediderunt tam mysticas quam succinctas
et breues pariter et longas: breues in uerbis, longas in sen-
tentiis, ut rarus non in earum lectione caecutiat. Apocalypsis 6
Iohannis tot habet sacramenta, quot uerba. parum dixi et
pro merito uoluminis laus omnis inferior est; in uerbis sin-
gulis multiplices latent intellegentiae.

10. Oro te, frater carissime, inter haec uiuere, ista meditari,
nihil aliud nosse, nihil quaerere, nonne tibi uidetur iam hic
in terris regni caelestis habitaculum? nolo offendaris in scrip-
turis sanctis simplicitate et quasi uilitate uerborum, quae
uel uitio interpretum uel de industria sic prolatae sunt, ut
rusticam contionem facilius instruerent et in una eademque
sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. non sum tam 2

1 dicere λ scribere *cet.* 2 uidetur son. *S* uidetur *λDS,Σa.c.m2* 3 si *s. l.* λ 4 est *s. l.* *Σ* 5 animaduertemus *Gς* pariter *om.* *S* animae lang. *codd. praeter* λ 6 medicinam *ΣS* iohannis λ iudas apostoli *ς* 7 quam *PS* tam *GΣD*, *om.* λ 8 *alt.* et] ac *GP* lungas *utroque loco* λ sententis λ 9 rarus] *mut. in* gnarus *m. rec. G; add.* inueniatur qui λ sit qui *ΣDS* in *om.* *ΣDS* eorum *P* caecutt. *G* cecut. λ caecuc. *Pp.c.* cecuciet *S* concutiatur *Σ in ras. D* 10 paruum λ et pro *GPS* et λ pro *ΣD* 12 multiplicae *Σ* 13 meditare *Σa.c.D* 14 quaere λ tibi *s. l.* λ uidetur *om.* λ hinc *D* 15 habitaculum *ex* habitare *P* nolo—19 ind.] ideo scripturae diuinae simplici sermone conscriptae sunt, ut rustica contentione facilius quis euitare possit et ne (*eras.*) unam eandem (*add.* q̃ *in mg. m2*) sententiam aliter doctus, aliter audiret indoctus *Γ* 16 et *om.* *ΣD* 17 interpretatur λ de *om.* *P* prolata *ΣDS* 18 contentionem *ΣD* (*cf. supra ad 15 Γ*) instruent (*sic*) λ instituerent *S* 19 audiret *om.* λ indoctus *ex* doctus λ non sum—sunt] stultus et petulans est, qui se omnia scripturarum sacramenta nosse iactauerit et eorum fructus ad plenum capere, quorum radices in caelo sunt *Γ* tam *om.* λ

petulans et hebes, ut haec me nosse pollicear et eorum fructus in terra capere, quorum radices in caelo fixae sunt; sed uelle fateor, sed eniti prae me fero: magistrum rennuens comitem spondeo. petenti datur, pulsanti aperitur, quaerens inuenit. discamus in terris, quorum nobis scientia perseueret in caelo.

11. Obuiis te manibus excipiam et, ut inepte aliquid ac de Hermagorae tumiditate effutiam, quidquid quaesieris, tecum scire conabor. habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui litterarum tuarum mihi gratiam duplicauit referens honestatem morum tuorum, contemptum saeculi, fidem amicitiae, amorem Christi. nam prudentiam et eloquii uenustatem etiam
2 absque illo ipsa epistula praeferebat. festina, quaeso te, et haerentis in salo nauiculae funem magis praecide, quam solue. nemo renuntiaturus saeculo bene potest uendere, quae contempsit, ut uenderet. quidquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro conputa. antiquum dictum est: auaro tam deest, quod habet, quam quod non habet. credenti totus mundus diuitiarum
3 est, infidelis autem etiam obolo indiget. sic uiuamus quasi nihil habentes et omnia possidentes. uictus atque uestitus

4 cf. Matth. 7, 7 etc. 8 cf. Cic. de inuent. I 8 17 Publilius Syrus 628 Woelfflin 18 *Prou. 17, 6 19 *II Cor. 6, 10 cf. I Tim. 6, 8

1 *pr.* et] aut *Σ* habes *D* 2 in terra *λς*, *om. cet.* 3 sed—fero *GP* sed eniti me fero *S* sedenti me praefero *ΣD* sedenti me proferre (*ex* proferri *m2*) *λ* magistro *λ* renuens *λς* 4 dabitur *λ* aperietur *ex* dabitur *λ* 5 disc.—caelo] illa studeamus discere in terris, quorum nobis notitia perseueret (et *ex* it *m2*) in caelis *Γ* nobiscum *Σ* perseuerit *Γa.c.m2λ* 7 obuius te *DS* obistē *λ* ut *om. λ* ac *om. S* 8 armagore *λ* armagori *D* ermagori *Σ* effut. (t *ex* n) *G* effutt. *P* effuc. *S* effug. *λ* effundam *ΣD* 9 hīc *λ* amantis *λ* 10 reuerens *λ* 11 contemtum *G* contentum *S* 12 eloqui *Ga.c.λ* 13 ipsa *om. ΣDS* proferebat *Σ*, *om. λ* festino *S* 14 herenti *ΣS,Da.c.m2* herentem *Dp.c.m2* soluere *λ* 15 uendere] uidere *Γa.c.m2λ* contemsit *G* 16 ut uenderet *om. Γ* de tuo *om. λ* tulleris *λ* 18 quam] quem *Γ* quod *s. l. m2 Σ* non *s. l. m2 D* 19 est *om. P* etiam] uno *λ* obelo *λ* uiu (*seq. ras. 4 litt.; in mg. m1* amus) *λ* quasi] tamquam *DS* 20 adque *G,Σa.c.* et *DS* festitus *λ*

diuitiae Christianorum. si habes in potestate rem tuam, uende; si non habes, proice. tollenti tunicam et pallium relinquendum est. scilicet, nisi tu semper recrastinans et diem de die trahens caute et pedetemptim tuas possessiunculas uendideris, non habet Christus, unde alat pauperes suos. totum deo dedit, qui se obtulit. apostoli tantum nauem et retia reliquerunt: uidua duo aera mittit in gázophylacium et praefertur Croesi diuitiis. facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

2 cf. Matth. 5, 40 5 cf. Matth. 4, 18—22 etc. 7 cf. Marc. 12, 42—44 etc.

1 Christ.] *add.* sunt *λς* si habes—9 morit.] xp̃m sequi cupiens, si habes in potestate rem tuam, uende (*pr.* e *ex* i *m2*), si non habes (e *ex* i *m2*), magno honore (onere *p.c.m2*) liberatus es. totum enim d̄o dedit, qui se ipsum (um *ex* o *m2*) obtulit. facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum *Γ* potestatem *λ* 2 tonicam *λPΣ* et *om. λ* relinq.] proiecendum *λ* 3 nisi] ut *S* crastinans *λ* de] di *λ* 4 cauete *G* et *s. l. Σ* peditemptim (edi *in ras. m2*) *λ* pedetemtim *GS,Pa.c.* pedetentim *ς* possen(n *s.l.*)siunculas *G* 5 non] nonne *λ* 6 se] *add.* ipsum *Γ* (*cf. supra ad l. 1*) *DS,Σp.c.* obtullit *λ* optulit *DS; add.* deo *λ* tant. nau. *Gλ* nau. tant. *cet.* relinquerunt *Gλ* 7 era *S* hera *D* aerea *λ* misit *Σ* in] ad *ς* gazophilatium *ΣS* gazofilacium *G,D* (ci *ex* tici) gaz(z *ex* s)ofilocium *λ* 8 cro*esi *G* chroesi *S* crassi *λ* diuitis *λ* contempnit *λS* 9 morturum *Pa.c.; add.* amen. explicit eusebi hieronimi ad paulinum praesbyterum campaniae de studio scributurarum *G*

LIV.

AD FURIAM DE UIDUITATE SERUANDA.

1. Obsecras litteris et suppliciter deprecaris, ut tibi rescribam, immo scribam, quomodo uiuere debeas et uiduitatis coronam inlaeso pudicitiae nomine conseruare. gaudet animus, exultant uiscera, gestit affectus hoc te cupere esse post uirum, quod sanctae memoriae mater tua Titiana multo fuit tempore sub marito. exauditae sunt preces et orationes eius. inpetrauit
2 in unica filia, quod uiuens ipsa possederat. habes praeterea
generis tui grande priuilegium, quod exinde a Camillo uel nulla uel rara uestrae familiae scribitur secundos nosse concubitus, ut non tam laudanda sis, si uidua perseueres, quam execranda, si id Christiana non serues, quod per tanta saecula gentiles feminae custodierunt.

ε = *Parisinus nouv. acq. lat. 446 s. VI* (*continet p. 467, 4* in breui—*6* adulescentia; *468, 4* honora—*6* creatorem; *469, 12* ridiculum—*470, 2* sanguine suo; *471, 19* imitare —*472, 3* moderatus; *472, 11* non quaeruntur—*13* damnatur; *474, 19* non Aetnaei— *475, 11* obseruare; *477, 4* nobis non—*478, 2* legendum sit).
G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII* (*continet epistulam usque ad p. 480, 16* animos).
K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X.*
Ψ = *Augustodunensis 17 A s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad eufemia (*sic*) ε incipit alia ad furiam eiusdem feliciter *G* ad furiam de uiduitate seruanda *cet.; Hieronymi nomen exhibent tituli in G* (eiusdem) *et D* 3 obsecra*s *K* obsecro *Φ* litteras *Φ* et *om. Φ* supliciter *G* scrib. immo rescr. *ς* 6 te cup. *om. Φ* cupire *Dp.c.m2* post] po *D* 7 ticiano *Φ* temp. fuit *B* 8 eius et or. *D* et *om. Φ* inpetr.] *add.* ut adipisceretur *ς* 9 ipsa uiuens *B* possiderat *KD* posiderat *Φ* 10 camilla *Ψp.c.* camelo *Φ* 11 a nulla *G* secundo *D* concubitos *Ψ* concuuitos *G* concupitos *K* 12 perseueris *K* perseueraueris *Φ* 13 execrando *Φ* 14 custodieris *Φ*

2. Taceo de Paula et Eustochio, stirpis uestrae floribus, ne per occasionem exhortationis tuae illas laudare uidear, Blesillamque praetereo, quae maritum suum, tuum secuta germanum in breui uitae spatio tempora uirtutum multa conpleuit. atque utinam praeconia feminarum imitarentur uiri et rugosa senectus redderet, quod sponte offert adulescentia! sciens et uidens in flammam mitto manum: adducentur supercilia, extendetur brachium *iratusque Chremes tumido desaeuiet ore.* consurgent proceres et aduersum epistulam 2 meam turba patricia detonabit me magum, me seductorem clamitans et in terras ultimas asportandum. addant, si uolunt, et Samariten, ut domini mei titulum recognoscam. certe filiam a parente non diuido nec dico illud de euangelio: *sine mortui sepeliant mortuos suos.* uiuit enim, qui credit in Christo, et, qui in illum credit, *debet* utique, *quomodo ille ambulauit, et ipse ambulare.*

8 Horat. a. p. 94 12 cf. Ioh. 8, 48 13 *Luc. 9, 60 etc. 14 cf. Ioh. 11, 25 15 *I Ioh. 2, 6

1 taceo] decita *Φ* eusthocio *K* estochium *G* eusth(h *s.l.*)ochiae *Ψ* austochia *Φ* styrpis *GK* 2 nec *Ψ* exortationis *Gp.r.DΦB* 3 blaes. *ς* blesilla quoque *Φ* secuta germ. (ta ger *in ras. m2*) *B* secutum *Φ* 4 in breui—6 adul.] multi iuuenes (es *ex* is *m2*) seruientes (es *ex* is *m2*) deo et caelebriter ex hac luce migratis ita uiam domini gressu praepeti cucurrerunt, ut in breui uitae spacium tempora uirtutum multa conplerent. adque utinam praeconia iouenum imitarentur senes (es *ex* is *m2*) et rugus ac senectus redderet (et *ex* it *m2*), quod sponte offert adolescentia (ole *ex* uli *m2*) *ε* breui uitae] breuitatis *ΦB* breuitate *D* brebis atis *G* (*ex* brebitatis, *uoluit* breuis aetatis) uita *K* spatii *D* 5 adque *GK* utinam] ut in *D* praeconio *Φ* praeconomiam (*in mg.* praeconium) *Ψ* imitentur *G* imitatur *Φ* et] ut *G* 6 sen.—flammam] sema *Ψ* adulesc. *GKD* adulisc. *Φ* adolesc. *ε* (ole *ex* uli *m2*) *B* 7 flamma *GK* 8 expenditur *Φ* cremes *G* terentianus cremes *B* tremens *KDΨ* 9 desaeuit *G* desiuet *Φ* delitigat *Horat. l. c.* et *om. ς* aduersus *KDΨ* 10 denotauit *G* 11 deportandum *ς* 12 et *om. D* samaritē *B* samaritan. *Φ* 13 parentem *G* non *om. D* sine] *add.* ut *ς* 14 sepelliant *G* sepiliant *K* mortuos] mortuus *K* 15 xp̄m *ς* illo *D* 16 ille] et ille *Φ*

3. Facessat inuidia, quam nomini Christiano maledicorum semper genuinus infigit, ut, dum probra metuunt, ad uirtutes non prouocent. exceptis epistulis ignoramus alterutrum, solaque causa pietatis est, ubi carnis nulla notitia est. honora patrem
2 tuum, sed, si te a uero patre non separat. tam diu scito sanguinis copulam, quam diu ille suum nouerit creatorem; alioquin Dauid tibi protinus canet: audi, filia, et uide et inclina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum patris tui; et concupiscet rex decorem tuum, quia ipse est dominus deus tuus. grande praemium parentis obliti: concupiscet rex decorem tuum.
3 quia audisti, quia uidisti, quia inclinasti aurem tuam et populi tui domusque patris oblita es, idcirco concupiscet rex decorem tuum et dicet tibi: tota pulchra es, proxima mea, et macula non est in te. quid pulchrius anima, quae dei filia nuncupatur et nullos extrinsecus quaerit ornatus? credit in Christum et hac ambitione ditata pergit ad sponsum eundem habens dominum, quem et uirum.

4. Quid angustiarum habeant nuptiae, didicisti in ipsis nuptiis et quasi coturnicum carnibus usque ad nausiam satu-

4 Ex. 20, 12   7 *Ps. 44, 11—12   14 *Cant. 4, 7   20 cf. Num. 11, 20

1 nomine *Φ*   maledictorum *D* male orum *Bp.c.m2*   2 genuinos *Φ*   infigit] *add.* libor *G*   dum *s. l. m2 K*   probra] praua *KΨ* probrant *Φ*   met(t *s.l.m2*)uant *K*   uirtutem *Ka.c.m2*   3 prouocentur *Ba.r.ς*   que] quae *G*, *om. B*   4 causa] causaque *Φ*   nullaque *Φ*   est *s. l. m2 K*   5 a uero] aureo *Φ*   patre] a patre *Ψ*   speraret *Φ*   diu *om. Ψ*   cito *Ψ*   7 alioqui *ς*   tibi dauid *B*   canit *KΨ* cadet *Φ*   8 populi tui *G*   tuum *om. DΨ*   9 concupiscit *KΦ*   10 quia] quoniam *DB*   ipse *om. Ψ*   deus *om. K*   11 obl. par. *B*   parentes *K*   concupiscit *GΦ*   12 *pr.* quia] qui *Φ*   aurum *Φ*   tuam *om. Φ*   13 et domus *B*   patris] *add.* tui *ΨB*   concupiscit *GK* concupisč *B*   14 dicit *GK*   pulcra *DΦ*   o proxima *Φ* amica *B*   15 mac. mea *Φ*   in te non est *Φ*   pulcrius *DB*   16 filia dei *KΨ*   nullus *K* millus *Φ*   ornatos *Ka.c.m2* amplexus *D*   17 xp̃o *KDΨ*   haec *KΨ*   20 et *om. G*   nauseam *B*

rata es. amarissimam choleram tuae sensere fauces, egessisti
acescentes et morbidos cibos, releuasti aestuantem stomachum:
quid uis rursus ingerere, quod tibi noxium fuit? canis reuer-
tens ad uomitum et sus ad uolutabrum luti. bruta
quoque animalia et uagae aues in easdem pedicas retiaque
non incidunt. an uereris, ne proles Furiana deficiat et ex te 2
parens tuus non habeat pusionem, qui reptet in pectore et
ceruices eius stercore linat? quippini? omnes habent filios,
quae habuere matrimonia, et, quibus nati sunt liberi, suo
generi responderunt! exhibuit Ciceronis filius patrem in elo-
quentia? Cornelia uestra, pudicitiae simul et fecunditatis
exemplar, Graccos suos se genuisse laetata est? ridiculum 3
sperare pro certo, quod multos et non habere uideas et, cum
habuerint, perdidisse. cui dimittis tantas diuitias? Christo, qui
mori non potest. quem habebis heredem? ipsum, quem et
dominum. contristabitur pater, sed laetabitur Christus; lugebit
familia, sed angeli gratulabuntur. faciat pater, quod uult, de

3 *II Petr. 2, 22

1 amarissima *Φ* coleram *KDB* oleram *Ψ* cholere *Φ* egicisti *Φ* eiecisti *D* 2 reuelasti *KΦΨ* aestuante *K* extuantem *G* astuantem *Φ* 3 ing. rursus *Φ* rursum *D* reuersus *DB* se uertens *Φ* 4 suum uom. *D* uom. suum *B* sues *Φ*; *add.* lota *DB* aduolutabunt *Φ* ad] in *D*, *om. B* uolutabro *D* (*ex* bol-) *B* 5 queque *Φ* peducas *G* 6 non *om. G* incedunt *KΦ* prolis *D* deficiant *Φ* 7 pariens *G* habeant *Φ* pusionem] portionem *Ka.c.m2Ψ* regitet *Ψ* reptitet *K* (pt *ex* g *m2*) 8 ceruicem *ς* linant *Ψ* liniat *G* (*ex* -atur) *D,Bp.c.m2* clinat *Φ* quippini *G* quippe *D* quippe ne *cet.* habent *om. Φ* 9 qui *G* matrimonium *Ψ* patrimonia *Φ* liberi] filii *B* 10 responsierunt *Φ* exibuit *KΦΨB* fil. cic. *D* 11 cornilia *ex* cornia *Φ* uestre *Φ* pudititia *Φ* 12 exempla *KΨ* suos graccos suos *Φ* gracchos *B* graecos *D* se] si *Ψ* ridic.—14 diu.] dolendum est non quaerere homines aeterna, quae certa sunt, et sperare pro certo temporalia, quae (*add.* et *in mg. m2*) multos (*seq. ras. 2 litt.*) non habere uideas et, cum habuerint, perdedisse. quod si dixerit quis: cui dimitto tantas diuitias? responde *ε* ridic.] *add.* est *B* 13 spectare *D* habuere *G* 14 tant. dim. *B* dimittes *G* tantis diuias *Φ* 15 her. hab. *Φ* hab.] habeo inquid *ε* *alt.* quem *om. KΨ* 16 fam. lug. *Ψ* 17 gratulantur *ε* glatulabuntur *Φ* quod] qui *ε*

substantia sua: non es eius, cui nata es, sed cui renata et qui te grandi pretio redemit, sanguine suo.

5. Caue nutrices et gerulas et istius modi uinosa animalia, quae de corio tuo saturare uentrem suum cupiunt. non suadent, quod tibi, sed, quod sibi prosit, et saepe illud obganniunt:

solane perpetua maerens carpere iuuenta
nec dulces natos Ueneris nec praemia noris?

2 ubi pudicitia et sanctitas, ibi frugalitas est; ubi frugalitas, ibi damna seruorum. quidquid non tulerint, sibi ablatum putant nec considerant, de quanto, sed quantum accipiant. ubicumque uiderint Christianum, statim illud e triuio: ὁ Γραικός, ὁ ἐπιθέτης. hi rumores turpissimos serunt et, quod ab ipsis egressum est, ab aliis audisse se simulant, idem auctores et exaggeratores. exin fama de mendacio, quae, cum ad matronas peruenerit et
3 earum linguis fuerit uentilata, prouincias penetrat. uideas plerasque rabido ore saeuire et tincta facie, uiperinis orbibus, dentibus pumicatis carpere Christianos. hic aliqua,

2 cf. I Cor. 6, 20 7 Verg. Aen. IV 32—33

1 *pr.* es *om.* *Φ* natus *ε* *alt.* es] est *Φ* renata] natus *ε* 2 te] de *Φ* red. gr. pr. *B* grande *ε* grando *Φ* 3 caue] *add.* ne *D* gerobas *Φ* hierulas *D* stiusmodi *G* uenenosa *Kp.c.m2ΨB* uenenata *ς* 4 decori *D* saturari *D* tuum *B* 5 sibi] tibi *Φ* 6 obgannuunt *Ga.r.* obiangiunt *Ψa.c.m2* ogganniunt *B* 7 perpetuo *Φ* merens *codd.* capere *Φ* iuuentas *Ψ* 8 natos] notus *Φ* ueneres *Φ* 9 pud. et] pudicitiae *ς* est *add. m2 K* 10 damnum *Ψ* seruulorum *ς* qui quod *B* tul.] intulerint *G* sibi] cibi *Kp.c.m2* 11 sed] ad *Φ* 12 illum *D* e] de *DΦ* triuio] *add.* stat *Φ* ὁ Γραικός] ΟΥΡѠΤΙΚΟϹ *G* ΟΓΡΕΚΟϹ *KΨ* ΟΑΓΡΙΟΑΙΚΟ *B* ὁ ἐπιθέτης] ΟΕΙΤΙΟΕΤΝϹ *G* ΟΕΤΤΙΕΕΤΗϹ *KΨ* ΟΕΠΙΘΗΤΗ *D* ΟΕmΘϹ *Φ* ѠΕΠΕΥΝϹ *B* 13 hii *KDB* rumor est *Φ* turpissimi *Φ* illis *B* est] *add.* id *ς* 14 se aud. *B* se *om.* *Φ* iidem *ς* actores *B* exagger. *GΦB* exager. *cet.* 15 exin fama *G* exim fama *K* ex̃ (*ex* ex *m2*) infamia *B* exit (it *ex* iit *D*) fama (infamia *D*) *DΦΨ* perbenerint (*alt.* n *eras.*) *G* 16 uideasque *D* 17 et *om.* *ΦΨ* tinctas *Ψ* intincta *G* extincta *Φ* ordibus *Ψ* oribus *Kp.c.m2Φ* morsibus *G* coloribus *DB* 18 aliquae *Ka.r.* alique *D*

cui circa humeros hyacinthina laena est,
rancidulum quiddam balba de nare locuta
perstrepit ac tenero supplantat uerba palato.

omnis consonat chorus et latrant uniuersa subsellia. iun- 4
guntur nostri ordinis, qui et roduntur et rodunt aduersum nos loquaces, pro se muti; quasi et ipsi aliud sint quam monachi et non, quidquid in monachos dicitur, redundet in clericos, qui patres sunt monachorum. detrimentum pecoris pastoris ignominia est, sicut e regione illius monachi uita laudatur, qui uenerationi habet sacerdotes Christi et non detrahit gradui, per quem factus est Christianus.

6. Haec locutus sum, in Christo filia, non dubitans de proposito tuo — numquam enim exhortatorias litteras postulares, si ambigeres de bono monogamiae —, sed ut nequitiam seruulorum, qui te uenalem portant, et insidias adfinium ac pium parentis errorem intellegeres, cui, ut amorem in te tribuam, amoris scientiam non concedo dicens aliquid cum apostolo: confiteor, zelum dei habent, sed non secundum scientiam. imitare potius — crebro enim id ipsum repetam — 2
sanctam matrem tuam, cuius ego quotiens recordor, uenit in

1 Persius I 32—33. 35 18 *Rom. 10, 2

1 humerus *K* umeris *Φ* hy(i*Ψ*)acinctina *KΨ* hy(a *s.l.add.m2*)cintina *G* iacinth(t*B*)ina *DB* hyiacintima *Φ* lena *Ga.c.B*, *om. Φ* 2 runcidulum *G* trancidulum *Φ* quoddam *D* lecota *Ψ* 3 perscrepit *Ψ* perstripet (st *ex* sc) *K* teneros sublantat *G* 4 consonant *Ψ* corus *G* subselia *G* 5 ordines *ΦΨ* et rodunt et roduntur *B* *pr.* et *om. Φ* aduersus *D* 6 aliut *K* aliquid *B* 7 non *om. Φ* 8 qui] quid *Ψ* peccoris *B* gregis *D* 9 est ign. *B* regioni *Φ* mon. ill. *D* illius] illud *Φ* 10 laudanda est *D* ueneratione (*ex* -nes *D*) *KDΦ* uenerationem *Ψ* sacerdotis *Ψ* detrahet *GΦ* 12 non *s. l. Φ* 13 nunc quam *Φ* exortaturius *Φ* litt.] aepistulas *Φ* postolaris *KΦ* 14 ambigeris *KΦ* sed *om. Φ* nequitia *D* nequitias *Ψ* 15 portat *Ψ* ac pium] accipiunt *KΨ* ac] et *B* 16 intellegeris *K* et intellegeris *Φ* amore *D* 17 non *om. G* conscede *Φ* 18 profiteor *KΨ* caelum *Φ* habet *Ka.c.m2ΦΨ* 19 imit.—*472, 1* Christ.] studeamus imitare uiros illos, quibus et ε 20 quotiensque *Φ* quoties ς

mentem ardor eius in Christum, pallor ex ieiuniis, elemosyna
in pauperes, obsequium in seruos dei, humilitas et cordis
3 et uestium atque in cunctis sermo moderatus. pater tuus,
quem ego honoris causa nomino — non quia consularis et patri-
cius, sed quia Christianus est —, inpleat nomen suum et laetetur
filiam Christo se genuisse, non saeculo; quin potius doleat,
quod et uirginitatem frustra amiseris et fructus perdideris
nuptiarum. ubi est maritus, quem tibi dedit? etiamsi ama-
bilis, etiamsi bonus fuisset, mors finisset omnia et copulam
4 carnis soluisset interitus. arripe, quaeso, occasionem et fac de
necessitate uirtutem. non quaeruntur in Christianis initia, sed
finis: Paulus male coepit, sed bene finiuit; Iudae laudantur
exordia, sed finis proditione damnatur. lege Ezechiel: iustitia
iusti non liberabit eum, in quacumque die pecca-
uerit, et inpietas inpii non nocebit ei, in quacum-
5 que die conuersus fuerit ab inpietate sua. ista est
scala Iacob, per quam angeli conscendunt atque descendunt,
cui dominus innititur lassis porrigens manum et fessos ascen-
dentium gressus sui contemplatione sustentans. sed, sicut
non uult mortem peccatoris, tantum ut reuertatur et uiuat,
ita tepidos odit et cito ei nausiam faciunt. cui plus dimittitur,
plus diligit.

4 cf. Cicero Phil. II 30 13 Ezech. 33, 12 17 cf. Gen. 28, 12—13 20 cf. Ezech. 33, 11 21 cf. Apoc. 3, 16 cf. Luc. 7, 47

1 eius *om.* ς xp̄o *KΨ* elemosyna *GD* elymosina *ε* e(ae*Φ*)le(i*ΦΨ*)mosy(i*ΦΨB*)nae *KΦΨB* eleemosynae ς 2 et *om.* ς uest. et cord. ς 3 et *om.* *Φ* uestigium *Φ* adque *εGK* sermo *om.* *Φ* moderatius *Ψa.r.* decoratus *ε* 4 quia *om.* *Φ* 5 et *om.* ς 6 xp̄o se fil. gen. *D* xp̄m *Φ* se *om.* *G*ς gen. xp̄o ς saeculum *Φ* 7 amiserit *Kp.c.* perierit *B* 9 fuisse *Φ* mors finissit *s. l.* *K* finissit *K* finis et *D* rapuisset ς 10 int. solu. *B* occass. *Gp.c.* occans. *K* 11 necessitatem *Ka.c.Φ* 12 fines *G* incepit *B* Iudae—damn. *in mg. inf.* *K* 13 exordia] initia *KΨ* hiezechiel *Ψ* in hiezechihel *D* ezechielem ς 14 liberauit *GΦ* in *om.* *D* quicumque *D* 16 ista] ita *Φ* 17 consc.] ascendunt *D* 18 lapsis *DB* fessus *Φ* 19 gradus ς 20 se uertatur *D* conuertatur ς et] ut *Φ* 21 nausam *G* nausium *Φ* nauseam *B*

7. Meretrix illa in euangelio baptizata lacrimis suis et crine.
quo multos ante deceperat, pedes domini tergente seruata est.
non habuit crispantes mitras nec stridentes calceolos nec
orbes stibio fuliginatos, quanto foedior, tanto pulchrior. quid
facit in facie Christianae purpurissus et cerussa? quorum
alterum ruborem genarum labiorumque mentitur, alterum
candorem oris et colli: ignes iuuenum, fomenta libidinum,
inpudicae mentis indicia. quomodo flere potest pro peccatis 2
suis, quae lacrimis cutem nudat et sulcos ducit in facie?
ornatus iste non domini est, uelamen istud antichristi est.
qua fiducia erigit ad caelum uultus, quos conditor non agno-
scat? frustra obtenditur adulescentia et aetas puellaris adseritur;
uidua, quae marito placere desiuit et iuxta apostolum uere
uidua est, nihil habet necessarium nisi perseuerantiam. memi- 3
nit pristinae uoluptatis, scit, quid amiserit, quo delectata sit:
ardentes diaboli sagittae ieiuniorum et uigiliarum frigore
restinguendae sunt. aut loquendum nobis est, ut uestiti sumus,
aut uestiendum, ut loquimur. quid aliud pollicemur et aliud
ostendimus? lingua personat castitatem et totum corpus praefert
inpudicitiam.

8. Hoc quantum ad habitum pertinet et ornatum. ceterum uidua, q u a e i n d e l i c i i s e s t, — non est meum, sed apostoli — u i u e n s m o r t u a e s t. quid sibi uult hoc, quod ait: u i u e n s m o r t u a e s t? uiuere quidem uidetur ignorantibus et non

1 cf. Luc. 7, 37—50 13 cf. I Tim. 5, 3 22 I Tim. 5, 6

1 mer.] maria *B* 2 multis *Ψ* pedis (dis *s. l.*) *K* tergens *DB* saluata *D* 3 mytras *G* calciolos *D* calceolas *Ψ* calceilos (*uoluit* calciolos) *Bp.c.m2* *alt.* nec *om. G* 4 orbis *K* (*ex* urbis) *Φ* fu(*ex* o *m2*)-liginatus *K* fugilinatos *Φ* faedior *ΨB* fedior *GD* tanto *om. G* pulcrior *D* 5 caerussa *KΨ* 6 roborem *KΦΨ* 7 colle *Φ* ignis *KDΨ* igne *Φ* 9 sulcus *Ka.c.Φ* deducit *G* faciem *D* 11 agnosc *DΨ* agnuscit *Φ* 12 ostenditur *D* adulisc. *ΦΨ* adolesc. *B* 13 uere] quae uere *Ψ* 15 quo] quod *D* quid *G* 16 diabuli *Φ* zabuli *KΨ* rigore *ς* 17 restringendae *B* extinguende *Φ* ut] et *Ka.c.m2Ψ* 19 percontat *G* profert *DB* presest *Φ* 20 inpudicitia *G* 21 hac *Φ*, *om. B* 22 diuitiis *D* 23 quid—est] *spat. uac. in Φ* hoc *om. B*

esse peccato mortua, sed Christo, quem secreta non fallunt,
2 mortua est. anima enim, quae peccauerit, ipsa morietur. quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam autem et subsequuntur. similiter et facta bona manifesta sunt et, quae aliter se habent, abscondi non possunt. quod dicit, istius modi est: quidam tam libere et palam peccant, ut, postquam eos uideris, statim intellegas peccatores; alios autem, qui callide occultant uitia sua, ex sequenti conuersa-
3 tione cognoscimus. similiter et bona apud alios in propatulo sunt, in aliis longo usu discimus. quid ergo necesse est nos iactare pudicitiam, quae sine comitibus et adpendiculis suis, continentia et parcitate, fidem sui facere non potest? apostolus macerat corpus suum et animae subicit imperio, ne, quod aliis praecipit, ipse non seruet: et adulescentula feruente cibis corpore de castitate secura est?

9. Neque uero haec dicens condemno cibos, quos deus creauit ad utendum cum gratiarum actione, sed iuuenibus et puellis incentiua esse adsero uoluptatum. non Aetnaei ignes, non Uulcania tellus, non Ueseuus et Olympus tantis ardoribus

1 cf. Rom. 6, 11 2 Ezech. 18, 4 3 I Tim. 5, 24—25 13 cf. I Cor. 9, 27 17 *I Tim. 4, 3

2 enim *om.* ς 3 quor.—iud. *bis* Ψ 4 et *om.* *D* subsec. *DB* 5 sim.—possunt *om.* *D* sim.] *add.* autem *B* 6 et—possunt *om.* *G* habent] *add.* et Φ possunt] sunt Φ 7 quid Φ dicitis *Ka.c.*Ψ huius *B* 9 callidae *KD* ex] et Φ 10 ignuscimus Φ sim.—disc. *in mg.* *B* et bona apud alios in propatula *praeter* tula *in ras. m2 B* aliquos *D* 11 usi Φ uos *D* 12 appendiculis *G* adpendicibus *K*Ψ ad(p)pendiciis (s *in ras. m2 B*) *D*Φ*B* 13 continentiae Ψ et *om.* Ψ parcitatem *G* 14 subicit *bis* Φ 15 alios Φ praecepit *G* ipsi Φ adulisc. ΦΨ adolesc. ς 17 hoc *Ba.c.m2* contemno *Kp.c.m2*Φ contempno *B* 19 adsero esse *GD* aufero ς uoluptatum *s. l.* *K* uoluntatum Ψ aethinei (*pr.* i *eras.*) ε aetnei *K* aethnei Ψ ethnei *D* etnici Φ ethnae *GB* ignes ε*p.c.G* ignis *cet.* 20 uulgania Φ bulcania *GD* uulcani ε ueseuus ε (eu *in ras.*) *B* uaesulus *K* (lus *ex* luus) uaesolus Ψ uesubius Φ besubius *G* (be *ex* ue *m2*) *D* et Ol.] olymphusque ε olimpus *GKD*ΦΨ*B*

aestuant, ut iuueniles medullae uino plenae, dapibus inflam-
matae. auaritia calcatur a plerisque et cum marsuppio depo- 2
nitur; maledicam linguam indictum emendat silentium; cultus
corporis et habitus uestium unius horae spatio commutatur;
omnia alia peccata extrinsecus sunt et, quod a foris est, facile
abicitur: sola libido insita a deo ob liberorum creationem, si
fines suos egressa fuerit, redundat in uitium et quadam lege
naturae in coitum gestit erumpere. grandis ergo uirtutis est 3
et sollicitae diligentiae superare, quod natus sis in carne,
non carnaliter uiuere, tecum pugnare cottidie et inclusum
hostem Argi, ut fabulae ferunt, centum oculis obseruare. hoc
est, quod apostolus uerbis aliis loquebatur: omne pecca-
tum, quod fecerit homo, extra corpus est; qui au-
tem fornicatur, in corpus suum peccat. aiunt medici 4
et qui de humanorum corporum scripsere naturis praecipueque
Galenus in libris, quorum titulus est περὶ ὑγιεινῶν, puerorum
et iuuenum ac perfectae aetatis uirorum mulierumque corpora
insito calore feruere et noxios esse his aetatibus cibos, qui
calorem augeant, sanitatique conducere frigida quaeque in esu

12 *I Cor. 6, 18 16 cf. Galenus ὑγιεινῶν λόγων I 11. V 5

1 aestuabat *KΨ* ut] et *K* iuuenales *DΨ* iuuenalis *KΦ* plenae] *add.* et *D* 2 marsupio *ΦB* marsuppium *ε* deponetur *ε* 3 maledica lingua *Φ* indicto *Ψ* in dictu *Φ* silentio *Ψ* deponitur cultus *Φ* 4 corporum *Φ* uestium *om. Φ* un. hor. sp. *om. ε* ore spacium *Φ* 5 quo *Φa.c.* a *KΨ*, *om. cet.* 6 obicitur *D* abiccetur *εa.c.m2* ob] ad *B* procreationem *εD* 7 egraesa *K* redundet *D* legem *GΦ* 8 erumpe se *ε* ergo *exp. ε* igitur *ς* uirtus *εa.c.m2GB* 9 quo *D* nata *DΨ,Bp.c.m2* sit *εa.c.m2* carnem *Ka.c.* 10 cotidie pugnare *B* cotidie *KD,Ψa.c.B* quotidie *εp.c.m2* 11 arce *ex* arci *m2ε* agi *G* argui *D* arguere *Φ* ut] et *Φ* obsequare *Φ* haec *Φ* 12 quod] et *Φ* aliis uerbis *D* loquitur *Ka.c.m2Ψ* omni *K* quodcumque *B* 15 corporum *in mg. m2 B* corpore *D* 16 gallenus *Ψ* galienus *Kp.c.m2Dp.c.B* gaielenus *Φ* est *om. ς* HEPI *KΨ*, *spat. uac. in Φ* ΥΓΙΕΝΟΝ *D* ΥSIEINωN *G* ΥΓΙΕΙΝΑΝ *KΨ*, *spat. uac. in Φ* 17 et] ac *B* ac] a *D* prouecte *D* mulierum quae *Kp.c.m2* 18 noxios] noxillus *Φ* cibus *K*, *om. Φ* 19 condecere *D* esum *G*

et potu sumere, sicut e contrario senibus, qui pituita laborent
5 et frigore, calidos cibos et uetera uina prode esse. unde et saluator: adtendite, inquit, uobis, ne forte adgrauentur corda uestra in crapula et ebrietate et curis huius uitae. et apostolus: uino, in quo est luxuria. nec mirum hoc figulum sensisse de uasculo, quod ipse fabricatus est, cum etiam comicus, cuius finis est humanos mores nosse atque describere, dixerit: sine Cerere et Libero friget Uenus.

10. Primum igitur, si tamen stomachi firmitas patitur, donec puellares annos transeas, aquam in potum sume, quae natura frigidissima est, aut, si hoc inbecillitas prohibet, audi cum Timotheo: uino modico utere propter stomachum
2 et frequentes tuas infirmitates. deinde in ipsis cibis calida quaeque deuitȧ; non solum de carnibus loquor, super quibus uas electionis profert sententiam: bonum est uinum non bibere et carnem non manducare, sed etiam in ipsis leguminibus inflantia quaeque et grauia declinanda sunt — nihilque ita scias conducere Christianis adulescentibus ut esum holerum, unde et in alio loco: qui infirmus est, ait,

3 *Luc. 21, 34 5 Eph. 5, 18 8 Terent. Eun. 732 13 *I Tim. 5, 23 16 cf. Act. 9, 15 *Rom. 14, 21 20 *Rom. 14, 2

1 et in potu sumere *G* et sumere et potum *Φ* e] et *Φ* pituita *praeter* pi *s. l.* *K* laborent *GK* laborem *Φ* laborant *cet.* 2 callidos *Φ* cibus *K* uina uetera *D* ueterana *B* prode esse *GK* prodesse *cet.* *tert.* et *om.* *B* 3 saluator e (e *eras.*) *G* uobis *ex* uos *K* grauentur *DB* 4 corda] corpora *D* ebr.] in ebr. *D* *alt.* et— uitae *om.* *D* 5 uita est *Φ* uino *GD* uinum *cet.* nolite inebriari uino *ς* 7 comicos *K* hoc comicus *D* humanus *K* 8 discribere *KΦΨ* 9 frigere *D* 10 primum] librum primum *Φ* tamen *om.* *D* infirmitas *B* 11 potu *D* putum *K* 12 naturae *GΦ* frigidissimae *G* 13 prop *K* stomacum *G* sthomacum *K* stomachom *DΦa.c.* 15 callida *Φ* 16 et bonum *Φ* non mand. carn. et non bib. uin. *D* 18 leg.] uoluminibus *Ψ* 19 scias ita *B* condecere *D* adulisc. *DΨ* aduliscentulus (*sic*) *Φ* adolesc. *ς* ut] et *Φ* 20 olerum *Da.c.Ψ* in *s. l.* *G* ait qui inf. est *D*

holera manducet — ardorque corporum frigidioribus epulis
temperandus est. si autem tres pueri et Daniel leguminibus 3
uescebantur, pueri erant necdum ad sartaginem uenerant, in
qua rex Babylonius senes iudices frixit. nobis non corporum
cultus, qui in illis — excepto priuilegio gratiae dei — ex huiusce
modi cibis enituerat, sed animae uigor quaeritur, quae carnis
infirmitate fit fortior. inde est, quod nonnulli uitam pudicam 4
adpetentium in medio itinere corruunt, dum solam abstinentiam
carnium putant et leguminibus onerant stomachum, quae
moderate parceque sumpta innoxia sunt. et ut, quod sentio,
loquar, nihil sic inflammat corpora et titillat membra genitalia
nisi indigestus cibus ructusque conuulsus. malo apud te, filia, 5
uerecundia parumper quam causa periclitari. quidquid semi-
narium uoluptatum est, uenenum puta. parcus cibus et semper
uenter esuriens triduanis ieiuniis praeferatur et multo melius
est cottidie parum quam raro satis sumere. pluuia illa optima
est, quae sensim descendit in terras; subitus et nimius imber
praeceps arua subuertit.

2 cf. Dan. 1, 12. 16 4 cf. Hier. 36 (29), 22 5 cf. Dan. 1, 15

1 olera *DΨ* manducant *Φ* frigidioris *Φ* 2 si] sic *ς* danihel *DΦΨ* 3 sarthaginem *G* 4 babil. *ΦB* babill. *Ψ* babylonis *G* senex *Φ* senix *KΨ* nobis—6 enit.] in seruo dei non corporis cultus *ε* corporis *εB* 5 gratia *Φ* 6 enituerit *Φ* penituerat *Dp.c.m2* animi *Ψ* qui *Ψ* ob (*ex* o *m2*) quae *G* 7 firmior *Φ* inde—11 loquar *om. ε* unde *B* pud. uit. *Φ* 8 in *om. Φ* corrunt *Ga.c.Φ* solam et *Φ* 9 stomacum *GB,Ka.c.* sthomacum *Kp.c.* 10 moderata *D* inn.] noxia *G* (non *add. m1*) ut quod] hoc quod *KΨ* quod ut *B* sentior *Φ* 11 gen. membra *B* 12 nisi] quomodo *ε* sicut *D,B in ras. m2* ruptusque conpulsus *G* malo—pericl. *om. ε* mallo *G* malui *Φ* aput *G* 13 uerecundiâ *B* casu *D* pereclitaris *K* pericliteris *Ψ* periclitati *D* 14 uoluptatis *D* uen. puta] ut ueninum (*corr. m2*) uitandum est *ε* cibus] igitur (*exp.*) cybus (*corr.*) *ε* uenter semper *ες* 15 praefertur *εp.c.Ψ* et *add. m2 ε* multum *εa.c.m2* 16 cot. *KDΨB* quot. *εp.c.m2* raro] rarum *ε* 17 in terras desc. *B* discendit *εa.c.m2KΦΨ* terris *D* terram *ς* imber *om. ε* 18 in praeceps *ε,Bp.c.m2* arba *G* saxa *KΨ*

11. Quando comedis, cogita, quod statim tibi orandum,
ilico legendum sit. de scripturis sanctis habeto fixum uersuum
numerum; istud pensum domino tuo redde nec ante quieti
membra concedas, quam calathum pectoris tui hoc subtegmine
inpleueris. post scripturas sanctas doctorum hominum tractatus
lege, eorum dumtaxat, quorum fides nota est. non necesse
habes aurum in luto quaerere: multis margaritis unam redime
margaritam. sta iuxta Hieremiam in uiis pluribus, ut ad illam
2 uiam, quae ad patrem ducit, peruenias. amorem monilium
atque gemmarum sericarumque uestium transfer ad scientiam
scripturarum. ingredere terram repromissionis lacte et melle
manantem, comede similam et oleum, uestire cum Ioseph
uariis indumentis, perforentur aures tuae cum Hierusalem
sermone dei, ut pretiosa ex illis nouarum segetum grana
dependeant. habes sanctum Exsuperium probatae aetatis et fidei,
qui te monitis suis frequenter instituat.

12. Fac tibi amicos de iniquo mammona, qui te recipiant
in aeterna tabernacula. illis tribue diuitias tuas, qui non
Phasides aues, sed cibarium panem coemant, qui famem expel-
lant, non qui augeant luxuriam. intellege super egenum et
2 pauperem. omni petenti te da, sed maxime domesticis fidei:
nudum uesti, esurientem ciba, aegrotantem uisita. quotiens-

8 cf. Hier. 6, 16 11 cf. Ex. 3, 8 etc. 12 cf. Gen. 37, 3 17 cf. Luc. 16, 9 20 cf. Ps. 40, 2 21 *Luc. 6, 30 cf. Gal. 6, 10 22 cf. Matth. 25, 35—45

1 or. tibi *B* tibi *s. l. m2 K* 2 ilico] *add.* et *ς* 3 tuo *om. G* quieti *om. G* 4 calatum (calculum *D*) *codd.* subtemine *DΦ* 5 repleueris *B* 6 dumt.] taxat *Φ* 7 habes *bis Φ* multas de margaritis *D* 8 sta] ista *Ka.c.* istam *Ψ* iher. *B* ier. *ς* illa *D* 9 patriam *GB* perducit *G* 10 sententiam *Φ* 12 sim. et ol. com. *G* similiam *D* simi*lam *Ψ* 13 ierusalem *B* 14 sermonem *K* 15 exuperium *GDB* 16 instruat *Φ* 17 mamona *GDΦ* te *om. G* 18 tuas *om. D* 19 phasidis *B* fastidiis *Φ* fasides *cet.* aues] uaues *Φ* habes *G* pane *D* coemant *G,Ka.c.m2Ψ* comedt *B* comedant *cet.* expellat *Φ* 20 augeat *ΦΨ* luxor. *KΦΨ* int.] *add.* et *G* 21 potenti *Φ* maxima ad domesticos *Φ* 22 cibo *Φ*

cumque manum extendis, Christum cogita. caue, ne mendicante domino tuo alienas diuitias augeas.

13. Iuuenum fuge consortia. comatulos, comptos atque
lasciuos domus tuae tecta non uideant. cantor pellatur ut
noxius; fidicinas et psaltrias et istius modi chorum diaboli
quasi mortifera sirenarum carmina proturba ex aedibus tuis.
noli ad publicum subinde procedere et spadonum exercitu
praeeunte uiduarum circumferri libertate. pessimae consuetu-
dinis est, cum fragilis sexus et inbecilla aetas suo arbitrio
abutitur et putat licere, quod libet. omnia quidem licent, 2
sed non omnia expediunt. nec procurator calamistratus
nec formosus conlactaneus nec candidulus et rubicundus
adsecula adhaereant lateri tuo: interdum animus dominarum
ex ancillarum habitu iudicatur. sanctarum uirginum et uidua-
rum societatem adpete et, si sermocinandi cum uiris incumbit
necessitas, arbitros ne deuites tantaque confabulandi fiducia
sit, ut intrante alio nec paueas nec erubescas. speculum men-
tis est facies et taciti oculi cordis fatentur arcana. uidimus 3
nuper ignominiosum per totum orientem uolitasse: et aetas

10 I Cor. 6, 12

1 manus *KΨ* extendes *G* mendicantem *K,Da.c.* mendicando *Dp.c.* 2 dom.] *add.* deo *ς* alienis diuitiis *B* aureas *Φ* tuas augeas *B* 3 commatulos *D* comatulas *Φ* comtos *G* comptus *D* comtus *Φ* 4 lasciuus *DΦ* pellantur *D* 5 noxium *G* psaltr. *B* psalter. *GDΦ* psaltricias *K* (ia *ex* i *m2*) *Ψ* corum *G* diabuli *Φ* zabuli *KΨ* 6 syren. *Gp.c.m2D* si**rin. *K* seren. *ΦΨ* sedibus *G* suis *Ψ* 7 ispadonum *G* exercitum *K* 8 libertatem *GKΦΨ,Da.r.* 9 inbecillis *D* aetate *Φ* 10 adutitur *Φ* libet *GΦ* non libet *D* non licet *KB,Ψ* (e *ex* ea) licent] libet *Φ* 11 non *om.* *Φ* procuretur *Ψ* calamistrus *B* 12 formonsus *GK* candidus *GB* 13 adsec. *Ψ* adsaec. *GKΦ* assec. *B* assecla *ς*, *om.* *D* adhaereat *ς* 14 sanctorum *Ka.c.Ψ* et] ad *Φ* 15 incubuerit *ς* incumuit *G* 16 arb.—fid. *in mg. inf.* *K* arbitror *D* diuites *KD* diuitas *Φ* debites *G* tantamque *G* tanteque *Φ* 17 *pr.* nec] non *D* 18 tacito *DΦ* fateantur *K* archana *GDΨB* uidemus *KΨ* 19 ign.] *add.* quendam *ς* per toto (tota *K*) oriente *GKΦ* per totam orientem *Ψ* uolutasse *D; add.* rumorem *ς*

et cultus et habitus et incessus, indiscreta societas, exquisi-
tae epulae, regius apparatus Neronis et Sardanapalli nuptias
loquebantur. aliorum uulnus nostra sit cautio; pestilente
flagellato stultus sapientior erit. sanctus amor inpa-
tientiam non habet; falsus rumor cito opprimitur et uita poste-
4 rior iudicat de priori. fieri quidem non potest, ut absque
morsu hominum uitae huius curricula quis pertranseat, malo-
rumque solacium est bonos carpere, dum peccantium multitu-
dine putant culpam minui peccatorum; sed tamen cito ignis
stipulae conquiescit et exundans flamma deficientibus nutri-
mentis paulatim emoritur. si anno praeterito fama mentita
est aut, si certe uerum dixit, cesset uitium, cessabit et rumor.
5 haec dico, non quo de te sinistrum quid metuam, sed quo
pietatis affectu etiam, quae tuta sunt, pertimescam. o si uideres
sororem tuam et illud sacri oris eloquium coram audire
contingeret, cerneres in paruo corpusculo ingentes animos,
audires totam ueteris et noui testamenti supellectilem ex
illius corde feruere. ieiunia pro ludo habet, orationem pro
deliciis. tenet tympanum in exemplum Mariae et Pharaone
submerso uirginum choro praecinit: cantemus domino;
gloriose enim magnificatus est, equum et ascen-
6 sorem deiecit in mare. has docet psaltrias Christo, has
fidicinas erudit saluatori. sic dies, sic nox ducitur et oleo ad

3 Prou. 19, 25 14 cf. Verg. Aen. IV 298 16 cf. Verg. Georg. IV 83 20 Ex. 15, 1

1 incessu *G; add.* et *GD* exquaesitae *KΦ* 2 adparatus *G* sardinapalli *G* sardanapali *ς* 3 cautio] *s. l. add.* curatio *m2 D* pestilentes *D* pestilentiae *Φ* 4 stultus] sapiens *Φ* 5 obpr. *GΨ* 6 priore *KΨ* 7 morsum *K,Ψa.r.* 8 est *om. K, in mg. m2 Ψ* multitudinem *GKΨ* 9 culpa *KΨ* 12 cessit *K* cessauit *GD* 13 quo *GK* quod *cet.* quid sin. *G* aliquid *KΨD* quo *G,Ka.c.m2, om. Φ* quod *cet.* 14 adf. *G* tota *Φ* tua *B* uideris *KDΨ,Ba.c.m2* 15 choram *Φ* quorum *D; add.* te *ς* 16 paruulo *ς* animas *Φ* ani- (*reliqua epistulae parte amissa*) *G* 17 supp. *DΦ* superlectilem *B* 18 ludo] edulio *K in mg. m2* (*in t.* ludo *m1*) *B* 19 timp. *ΨB* exemplo *KΨ* faraone *KΨ* 20 merso *ς* submersum *K* domino] đ *B* 21 est *add. m2 K* 22 proiecit *DΦ* mari *K* psalterias *DΦ* psaltricias *KΨ* xp̄os *Φ* 23 fidicinos *Φ* saluatoris *Kp.c.m2Φ*

lampadas praeparato sponsi expectatur aduentus. imitare ergo et tu consanguineam tuam: habeat Roma, quod angustior urbe Romana possidet Bethleem.

14. Habes opes, facile tibi est indigentibus uictus subsidia ministrare. quod luxuriae parabatur, uirtus insumat; nulla nuptias contemptura timeat egestatem. redime uirgines, quas in cubiculum saluatoris inducas, suscipe uiduas, quas inter uirginum lilia et martyrum rosas quasi quasdam uiolas misceas; pro corona spinea, in qua mundi Christus delicta portauit, talia serta conpone. laetetur et adiuuet uir nobilis- 2
simus, pater tuus; discat a filia, quod didicerat ab uxore. iam incanuit caput, tremunt genua, dentes cadunt et f r o n t e m o b s c e n a m r u g i s a r a t, uicina est mors in foribus, designatur rogus prope: uelimus nolimus, senes sumus. paret sibi uiaticum, quod longo itinere necessarium est. secum portet, quod inuitus dimissurus est, immo praemittat in caelum, quod, ni cauerit, terra sumptura est.

15. Solent adulescentulae uiduae, quarum nonnullae abierunt retro satanan, cum luxuriatae fuerint in Christo, subantes dicere: 'patrimoniolum meum cottidie perit, maiorum hereditas dissipatur, seruus contumeliose locutus est, imperium ancilla

1 cf. Matth. 25, 1—13 9 cf. Ioh. 19, 5 etc. 12 Verg. Aen. VII 417 18 cf. I Tim. 5, 15 19 cf. I Tim. 5, 11

1 lampades *Ψ* lampadaes *B* 2 consanguinitatem *B* augustior *D* urbem *K* 3 romę *D* roma *Bp.r.* romanam *K* romane *Φ* possedit *D* bethlem *Φ* belleem *B* 4 opus *Ψ* ind.] *add.* tribuere *in mg. m1 B* uicto *Φ* 5 min. *om. B* luxor. *KΦΨ* nullam *Bp.c.m2ς* 6 egestate *K* 7 cubiculo *Φ* salu.] regis *ς* 8 uirgines *D* lilia] uidua *Ψ* 9 xp̄s mundi *ς* 10 adi. uir] adiuuetur *DB* 12 fronte *D* 13 obscena *D* obscenis *Φ* ob senium *ς* arata *D,Bp.c.m2* est *eras. B* 14 disign. *Φ* dissign. *K* senes sumus *om. Φ* senescimus *ς* 15 itineri *ς* 17 ni (nisi *Kp.c.m2Ψ*) cauerit *KΨB* negauerat (at *ex* it) *Φ* si necauerit *D* si negauerit *ς* 18 adulisc. *Φ* adolesc. *ΨB* 19 retro *Ka.c.m2Ψ; add.* post *Kp.c.m2DΦB* sathanā (h *exp.*) *B* subantes *D* suuantes *Φ* sudantes *B* solentes *KΨ* nubentes *ς* 20 cott. *ΦΨ* cot. *cet.* perit] pariem *Φ* 21 contumelias (a *ex* u *m2*) elocutus (e *exp.*) *K*

neglexit. quis procedet ad publicum? quis respondebit pro
agrorum tributis? paruulos meos quis erudiet? uernulas quis
2 educabit?' et hanc — pro nefas! — causam opponunt matrimonii,
quae uel sola debuit nuptias inpedire. superducit mater filiis
non uitricum, sed hostem, non parentem, sed tyrannum. inflam-
mata libidine obliuiscitur uteri sui et inter paruulos suas
miserias nescientes lugens dudum noua nupta conponitur.
quid obtendis patrimonium, quid superbiam seruulorum?
confitere turpitudinem. nulla idcirco ducit maritum, ut cum
marito non dormiat. aut si certe libido non stimulat, quae
tanta insania est in morem scortorum prostituere castitatem,
ut augeantur diuitiae et propter rem uilem atque perituram
3 pudicitia, quae et pretiosa et aeterna est, polluatur? si habes
liberos, nuptias quid requiris? si non habes, quare expertam
non metuis sterilitatem et rem incertam certo praefers pudori?
scribuntur tibi nunc sponsales tabulae, ut post paululum
testamentum facere conpellaris. simulabitur mariti infirmitas
et, quod te morituram facere uolet, ipse uicturus faciet. aut
si euenerit, ut et de secundo marito habeas filios, domestica
pugna, intestinum proelium. non licebit tibi amare liberos
nec aequis aspicere oculis, quos genuisti. clam porriges cibos,
inuidebit mortuo et, nisi oderis filios, adhuc eorum amare
4 uideberis patrem. quodsi de priori uxore habens sobolem te
domum introduxerit, etiamsi clementissima fueris, omnes
comoediae et mimographi et communes rhetorum loci in

1 procedit *KΦΨ* 2 agri *B* enutriet *KΨ; add.* et *D* uern.] *add.* meas *KΨB* 3 matrimonio *Ba.c.m2* matronio *Ψ* 5 nutricum *D* nutricium *ς* inflammate *Φ* 6 uteri] uiri *B* suos *Φ* 8 optendes *Φ* matrimonium *B* superbia *Φ* 9 mar. duc. *ς* 10 certo *Φ* 11 more *ΦΨ* schortorum *K,Φp.c.* 13 quae et] quae *D* quae et quae *Φ* *alt.* et] est et *Φ* terrena *Ka.c.m2Ψ* 14 quid] cur *Φ* expertam *Ψ* spertam *K* experte *Φ* experta *DB* 15 metues *K* 18 maritura *Φ* ipsi *K* 19 et de] de *Da.c.ΦB* ex *ς* dom.] *add.* oritur *ς* 21 porrigis *KD* 23 priore *KΨ* sob. hab. *ς* subolem *K* domum te *ς* te] et *Kp.c.m2* 24 omne *D* 25 comediae *DΦB* comoedi *ς* mimografi *KΦ* mimograui *D* rethorum *codd.* luci *B* ioci *Ψ*

nouercam saeuissimam declamabunt. si priuignus languerit et condoluerit caput, infamaberis ut uenefica. si non dederis cibos, crudelis, si dederis, malefica diceris. oro te, quid habent tantum boni secundae nuptiae, ut haec mala ualeant conpensare?

16. Uolumus scire, quales esse debeant uiduae? legamus euangelium secundum Lucam: et erat, inquit, Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser. Anna interpretatur 'gratia', Phanuel in lingua nostra resonat 'uultum dei', Aser uel in 'beatitudinem' uel in 'diuitias' uertitur. quia ergo ab adulescentia usque ad octoginta quattuor annos uiduitatis onus sustinuerat et non recedebat de templo dei diebus ac noctibus insistens ieiuniis et obsecrationibus, idcirco meruit gratiam spiritalem et nuncupatur filia uultus dei et atauis beatitudine diuitiisque censetur. recordemur uiduae Sareptenae, 2
quae et suae et filiorum saluti Heliae praetulit famem et ipsa nocte moritura cum filio superstitem hospitem relinquebat malens uitam perdere quam elemosynam et in pugillo farris seminarium sibi messis dominicae praeparauit. farina seritur et olei capsaces nascitur. in Iudaea frumenti penuria — granum enim tritici ibi mortuum fuerat — et in gentium uiduae olei fluenta manabant. legimus Iudith — si cui tamen placet 3
uolumen recipere — uiduam confectam ieiuniis et habitu lugubri sordidatam, quae non lugebat mortuum uirum, sed squalore

7 Luc. 2, 36 11 cf. Luc. 2, 37 15 cf. III Reg. 17, 8—24 20 cf. Ioh. 12, 24 22 cf. Iud. c. 8—16

7 lucan *D* et *om. DB* 8 phanuhel *utroque loco D, altero loco Φ* fanuel *utroque loco KΨ* 9 in *om. B* 10 ergo] igitur *ς* 11 ad *om. Φ* octuagisimo quarto anno *Φ* 12 sustinuit *D* 13 in iei. *D* orationibus *D* 14 spiritualem *uel* specialem *ς* nuncupari *B* attauis *Ψ* ataui *B* ab atauis *ς* 15 sarrept. *Ψ* sarapt. *Φ* sareptanae *ς* 16 eliae *ς* protulit *Φ* *tert.* et] et in *D* ut in *ς* 17 filia *Φ* relinqueret *ς* 18 elemosi. *B* helemosy. *D* ely(i*Ψ*)mosy(i*Φ*). *KΦΨ* pugilla *Φ* pugillum *K* faris *Ψ* farinae *B* 19 mensis *Ψ* mensae *B* farinae *Ψ* 20 frum.] *add.* est *ς* paen. *KΦ* poen. *D* 21 enim *om. D* uiduae (*sc. terra*)] uidua *DB* 22 in iudith *DΨ* 23 confecta *D*

corporis sponsi quaerebat aduentum. uideo armatam gladio manum, cruentam dexteram, recognosco caput Holofernae de mediis hostibus reportatum. uincit uiros femina et castitas truncat libidinem habituque repente mutato ad uictrices sordes redit omnibus saeculi cultibus mundiores.

17. Quidam inperite et Debboram inter uiduas numerant ducemque Barac arbitrantur Debborae filium, cum aliud scriptura commemoret. nobis ad hoc nominabitur, quod prophetissa fuerit et in ordine iudicum supputetur. et quia dicere poterat: quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel et fauum ori meo, apis nomen accepit scripturarum floribus pasta, spiritus sancti odore perfusa et dulces ambrosiae
2 sucos prophetali ore conponens. Noomin, quae nobiscum sonat παρακεκλημένη, quam interpretari possumus 'consolatam', marito et liberis peregre mortuis pudicitiam reportauit in patriam et hoc sustentata uiatico nurum Moabitidem tenuit, ut illud Esaiae uaticinium conpleretur: emitte agnum, domine,
3 dominatorem terrae, de petra deserti. uenio ad uiduam de euangelio, uiduam pauperculam, omni Israhelitico populo ditiorem, quae accipiens granum sinapis et mittens fermentum in farinae satis tribus patris et filii confessionem spiritus sancti gratia temperauit et duo minuta misit in gazophylacium
4 quidquid habere poterat in substantia sua uniuersasque diuitias

6 cf. Iudd. 4, 4 7 cf. Iudd. 4, 6 10 *Ps. 118, 103 13 cf. Ruth c. 1 17 Esai. 16, 1 18 cf. Luc. 21, 2 etc. 20 cf. Matth. 13, 31 etc. cf. Matth. 13, 33 etc. 22 cf. Marc. 12, 42 etc.

2 holofernae *Φ* olofernae(-ne*K*) *KΨ* (h)olofernis *DB* holophernis *ς* 3 uicit *Ka.c.m2Ψ* 6 deboram *DB* memorant *D* 7 que *om.* *KΨ* barach *ΦB* deborae *DB* 8 uobis *Φ* adhuc *D* dominabitur *Φ* 9 *pr.* et] ad *Φ* subp. *KΦ* putetur *Ψ* *alt.* et *om.* *Φ* 13 noemin *D* noemi *B* 14 HAPAKEKANMENH *KΨ* ΠAPAKEKANNNN *B*, *spat. uac. in Φ* 16 sustenta *Ka.c.m2Φ* 17 eseiae *K* isaiae *ΦB* domine *Ψ* d̄ *B*, *om. cet.* 18 des.] *add.* ad montem filiae sion *ς* ueni *B* uidua *K* 19 omnis *K* 20 accipies *Φ* 21 farina *D* fili *KΦ* sp̄u *Φ* 22 gratiam *KDΨ* gaz(i*K*)of(ph*Ψ*)ilac(t*B*)ium *KDΦΨB* 23 id est quidquid *ς* poterat intulit *Kp.c.m2B* uniuersasque] unius itaque *D*

in utroque fidei suae obtulit testamento. haec sunt duo seraphin ter glorificantia trinitatem et in thesauro ecclesiae condita, unde et forcipe utriusque instrumenti ardens carbo conprehensus purgat labia peccatoris.

18. Quid uetera repetam et uirtutes feminarum de libris
proferam, cum possis multas tibi ante oculos proponere in
urbe, qua uiuis, quarum imitari exemplum debeas? et ne
uidear adulatione per singulas currere, sufficit tibi sancta
Marcella, quae respondens generi suo aliquid nobis de euan-
gelio retulit. Anna septem annis a uirginitate sua uixerat 2
cum marito, ista septem mensibus; illa Christi expectabat
aduentum, ista tenet, quem illa susceperat; illa uagientem
canebat, ista praedicat triumphantem; illa loquebatur de eo
omnibus, qui expectabant redemptionem Hierusalem, haec cum
redemptis gentibus clamitat: frater non redimit, redimet
homo? et de alio psalmo: homo natus est in ea et ipse
fundauit eam altissimus. scio me ante hoc ferme bien- 3
nium edidisse libros contra Iouinianum, quibus uenientes e
contrario quaestiones, ubi apostolus concedit secunda matri-
monia, scripturarum auctoritate contriui. et non necesse est
eadem ex integro scribere, cum possis inde, quae scripta
sunt, mutuari. hoc tantum, ne modum egrediar epistulae,
admonitam uolo: cogita te cottidie esse morituram, et numquam de secundis nuptiis cogitabis.

1 cf. Esai. 6, 2—3 3 cf. Esai. 6, 6—7 10 cf. Luc. 2, 36 11 cf. Luc. 2, 38 15 Ps. 48, 8 16 Ps. 86, 5 19 cf. I Cor. 7, 9. I Tim. 5, 14

1 seraphim *ΨB* 2 tesauro *B* t(h *s.l.*)ensauro *K* thesauros *ς* 3 testamenti *DB* 6 prof.] prophetarum *Ψ* posses *D* ante oc. tibi *ς* 10 sua *om. B* 11 cum mar. *s. l. m2 K* 12 susciperat *KΦ* 13 cernebat *ς* praedicabat *KΨ* eo *om. D* 14 exspectabat *Φ* ierusalem *B* israel *ς* 15 redimit] redimet *KD* redemit *Φ,Ψp.c.* redimet] redimit *D* redemit *Ψ* 16 *pr.* homo] et homo *Φ* *alt.* et *om. D* 17 fundabit *D* eam] ea *K* 18 iouianum *Φ* 20 contriuit *D* contritae sunt *B* est nec. *ς* 22 mutuare *B* mutari *Ψ* 23 adm.] *add.* te *ς* quotidie te *ς* cotidie *KDB* moritura *D* 24 cogit.] *add.* recog. betheem (*sic*). finit (explicit *Ψ*) ad furiam de uiduitate seruanda *KΨ* explicit ad furiam (*add.* uiduam *Φ*) *DΦ*

LV.

AD AMANDUM PRESBYTERUM.

1. Breuis epistula longas explanare non ualet quaestiones
et in artum multa concludens stringere uerbis, quod sensibus
dilatatum est. interrogas, quid significet illud in euangelio
iuxta Mattheum: nolite solliciti esse de crastino;
2 sufficit diei malitia sua. crastinum in scripturis sanctis
futurum tempus significat, sicut Iacob in Genesi loquitur:
exaudiet me cras iustitia mea et, ubi altare extruitur
a duabus tribubus Ruben et Gad et dimidia tribu Manasse
et a cuncto Israhele ad eas legatio mittitur, cum Finees
pontifici respondent idcirco se altare fecisse, ne cras filiis
suis colendi deum possessio denegetur. et multa istius modi
3 in ueteri repperies instrumento. qui ergo de futuris nos cogi-

6 *Matth. 6, 34 9 *Gen. 30, 33 cf. Ios. 22, 24

Γ = *Lugdunensis 600 s. VI* (*continet p. 487, 2* sufficit—*6* perdamus *et p. 488, 15* luxuria—*18* est).
G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII* (*om. p. 490, 1* Tertia—*491, 23* cunctis).
ψ = *Vindobonensis lat. 2171 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X.*
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad amandum *Γ* ad amandum pr(a)esbyterum (*add.* de diuersis questionibus *DB*) *GψDCB* ad amandum psbm de eo, quod scriptum est in euangelio: nolite solliti (*sic*) esse de crastino *Φ*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in GψDCB* 3 breuis] domino uere sancto et suscipiendo fratri amando presbytero hieronymus. breuis *ς* breui *B* explicare *G* ualeo *B* 4 stringit *Φ* 5 significat *Φ* 6 mattheum *G* matthaeum *C* matheum *cet.* 7 suff.] *add.* enim *DC* in diae *C* cras *ψΦ* 8 sign. *om. Φ* sicut et *ψΦ* 9 exaudiat *DCB* instruitur *B* 10 a *om. Φ* duobus *ψΦ* tribus *Φ* gat *D* gaz *B* dimidiam *Φ* 11 et *om. ς* a *om. ψ* israhelem *G* isrł *ψ* cum esse *Φ* fines *Ga.c.* phinees *C* 12 pontifice (-cae *Φ*) *ψΦ* responderent *B* respondissent *D* respondisse *C* 13 denegaretur *ς* huius *ψ* 14 reperies *ΦC* inuenies *ψ* testamento *ψa.c.* ergo] *seq. ras. 3 litt. ψ*

tare prohibuit, concessit de praesentibus propter humanae uitae fragilitatem. quod autem dicit: sufficit diei malitia sua, hoc modo intellege: sufficit nobis de praesentibus huius saeculi angustiis cogitare; quid necesse est sensum ad incerta et futura extendere, quae aut consequi non possumus aut forsitan cito inuenta perdamus? κακία enim, quam Latinus uertit in 'malitiam', apud Graecos duo significat, et malitiam et adflictionem, quam κάκωσιν Graeci dicunt et hic magis pro malitia transferri debuit. quod si contentiose † quis ducitur 4
nolens κακίαν adflictionem sonare et angustias, sed malitiam, illo sensu explanandum est, quo mundus in maligno, hoc est in malo, positus sit — et in dominica oratione dicimus: libera nos a malo — et sufficiat nobis contra malitiam huius saeculi praesens habere certamen.

2. In secundo proposuisti loco de beati apostoli Pauli prima ad Corinthios epistula, in qua loquitur: omne peccatum, quod fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. legamus ergo paululum superius et sic ad haec uerba ueniamus, ne de extremis partibus et, ut ita dicam, cauda capituli totam

11 cf. I Ioh. 5, 19 12 Matth. 6, 13 16 *I Cor. 6, 18

2 dicit his (*del.*) *B* adicitis *DC* adicit *ς* dei *Φ* 3 intellegere *G* intelligitur *C* suffit *Φ* 4 cog. ang. *ς* 5 et fut. *om. Γ* possimus *Bp.r.* 6 fors. *om. Γ* KAKIA *ψ* cacia *GD* kacian *C* catia *B*, *spat. uac. in Φ* quam] quae *C* que *D* latinis *D* 7 apud—mal. *om. Φ* 8 quam] quod *DCB*, *om. ψ* KAKOCIN *ψ* cacosin *G* cacos *DC* chaco (*add. s. l.* sin *m2*) *B*, *spat. uac. in Φ* grae(e)ce *ψDC* his *ψ*,*Ba.c.* 9 transferre debui *C* debuit] *add.* afflictio *B* contentione *ς* contentiosa *ψ* quis ducitur *corruptum*, *fort.* uis dici (*cf. ep. LXIX, 5:* ne contentiosum clames esse, quod diximus); quodsi contentiosus esse quis ducitur *coni. Engelbrecht coll. I Cor. 11, 16* quis] quid *Φ* 10 nolens *om. ψ* KAKIAN *ψ* cacin *G* cacia *DC* catiā *B*, *spat. uac. in Φ* sonare *om. D*, *s. l. B* dici *C* 11 sensū *G* quod *ψΦ* hoc est in malo *om. ψ* 12 dicamus *ψΦ* liberas *B* 13 et] ut *CB*, *om. D* malitia *G* 15 proposuisti *scripsi* (*cf. infra p. 490, 1* propositio) posisti (*in mg. m2* suisti) *ψ* quaesisti *cet.* 17 quodcumque *ψ* 19 ergo] enim *B* paulum *B* paulo *ς* 20 de *s. l. G*

2 sententiam nosse cupiamus. corpus, inquit, non fornica-
tioni, sed domino, et dominus corpori. deus autem,
qui dominum suscitauit, et nos cum illo suscitauit
per uirtutem suam. nescitis, quia corpora uestra
membra Christi sunt? tollens ergo membra Christi
faciam membra meretricis? absit. an nescitis, quia,
qui coniungit se meretrici, unum corpus est? erunt,
inquit, duo in carne una. qui autem iungit se domino,
unus spiritus est. fugite fornicationem. omne pec-
catum, quod fecerit homo, extra corpus est. qui
autem fornicatur, in corpus suum peccat et reliqua.
3 sanctus apostolus contra luxuriam disputans et in superiori-
bus dicens: escae uentri et uenter escis; deus autem
et hunc et illa destruet consequenter uenit ad fornica-
tionem. etenim luxuria mater libidinis est uentremque distentum
cibo et uini potionibus inrigatum uoluptas genitalium sequitur
atque, ut ita dictum sit, pro membrorum ordine ordo uitiorum
4 mutandus est. omne itaque peccatum, uerbi gratia furtum,
homicidium, rapina, periurium et cetera his similia post fac-
tum paenitudinem habent et, licet inuitet lucrum, tamen
mordet conscientia; uoluptas sola ac libido etiam in ipso
tempore paenitendi praeteritos stimulos patitur et titillationem

1 *I Cor. 6, 13—18 13 *I Cor. 6, 13

1 nosse *om.* *Φ* capiamus *ψΦ* non] *add.* est *codd. praeter ψ* fornicationis *G* 3 dom.] *add.* ihm xpm *B* suscitabit *ς* 4 an nescitis *Φ* 5 menbra *ψ ubique* sunt xpi *DCB* ergo *om. B* *alt.* membra *s. l. m2 B* 6 nescis *ψ* 7 iungit *G* erunt] *add.* enim *codd. praeter ψ* 8 carnem unam *C* coniungit *ς* 9 omnem *C* 10 quodcumque *ψDC* 12 et—dicens] dicit (it *in ras. B*) *DCB* 13 escae *ψ* esca *cet.* 14 *pr.* et *om. ψ* hunc] haec *DΦC* illas *ς* destruit *ψ* 15 libidini *C* 16 cybo *Γa.c.m2ψ* cibo o *Φ* 17 ut *s. l. m2 B* et *Φ* ita *Γ* alibi *cet.* (*cf. p. 155, 14—16?*) sit *Γ* est *cet.* ordo] *add.* quoque *ψ* 18 mutandus *Γ* (uitandus *m2*) *ψ*, *om. cet.* (mutandus est = *muß eingetauscht werden; satis inficete dictum, quod addito* ut ita dictum sit *uix excusatur*) 21 conscientiam *DC* libidam *Φ* 22 penitudinis *ψ* praeteritur *ψ*

carnis et incentiua peccati, ut per haec, quae corrigi cupimus
cogitantes, rursum sit materia delinquendi. aliter: cetera peccata 5
forinsecus sunt — quidquid enim egerimus, in alios agimus —;
fornicatio non solum conscientiam fornicantis, sed ipsum
maculat corpus, ac secundum sententiam domini, in qua ait:
p r o p t e r h o c r e l i n q u e t h o m o p a t r e m e t m a t r e m e t
a d h a e r e b i t u x o r i s u a e e t e r u n t u n a c a r o, etiam ipse
cum meretrice unum corpus efficitur et peccat in corpus
suum, dum templum Christi facit corpus esse meretricis.
dicamus et aliter, ne ullam Graecorum sententiam praeterire 6
uideamur: aliud est peccare per corpus, aliud in corpore.
furtum, homicidium et cetera absque fornicatione peccata
per manus administramus extrinsecus; fornicatio sola in corpore
nostro exercetur a nobis, non per corpus in alios, et 'per'
praepositio ministerium habet, 'in' autem in se passionem.
sunt et, qui ita disserant, quod secundum sanctam scripturam 7
uxor uiri corpus sit et, quicumque fuerit fornicatus, peccet
in corpus suum, hoc est in uxorem, dum eam sua fornicatione conmaculat et facit etiam non peccantem sui conmixtione peccare.

6 *Gen. 2, 24 9 cf. 1 Cor. 3, 16 etc. cf. I Cor. 6, 15 16 cf. Gen. 2, 21—23 17 cf. I Cor. 6, 18

1 ut] et *DC* cup.] *add.* et *Φ* 4 ipsum *ψ* et (*om. C*) *cet.* 5 corp. mac. *codd. praeter ψ* hac *DC* in *om. ς* quam *Φ* 6 propterea *DCB* relinquid *ψΦ* derelinquet *DCB* 7 ux. suae] sibi ux. *C* erunt duo *Bp.c.m2ς* una caro] in carnem unam *ς* et iam *B* 9 fecit *D* facit dum *Φ* 10 dicimus *G* 11 per corp. pecc. *B* 12 et *s. l. G* 13 per manus] manu *DCB* sola] *add.* intrinsecus *C* 14 alios et *Φ* alios (alio *GDC*) sed *cet.* *alt.* per *om. Φ* 15 prepositio *G* propositio *Φ* prae(e)positum *DCB* propositionem sceleris commissi a nobis *ψ* min. *om. ψ* ministrentur *Φ* hebet *G* *pr.* in *eras. G, om. cet.* se *om. Φ* passione *Φ* 16 sunt et *scripsi* sunt enim *ψ* sunt *GΦB* sed *DC* edisser *B* (*pr.* e *add. m2*) edisserant *ς* et disserant *Φ; add.* aiunt (*del. B*) *DCB* sanctam *om. ς* 17 et—ux. *om. D* fornicator *ψ* forninationes *Φ* peccat *GΦCB* 18 uxore *ψ* eam] ea *G* 19 faciat *Φ* etiam] eam *C* eam etiam *Φ* sua *ς* 20 peccare] *tria capitula, quae sequuntur, peruerso ordine* (*4, 5, 3*) *exhibent codices praeter Φ; capitulum 3 omittit G*

3 (5). Tertia, id est extrema, propositio fuit de eadem apo-
stoli epistula, ubi de resurrectione disputans uenit ad eum
locum, ubi scriptum est: oportet enim eum regnare,
donec ponat omnes inimicos eius sub pedibus suis.
nouissime inimica destruetur mors. cum autem di-
xerit, quia omnia subiecta sunt ei, haud dubium,
quin praeter eum, qui subiecit ei omnia. cum
uero subiecta fuerint ei omnia, tunc ipse filius
subicietur ei, qui sibi subiecit omnia, ut sit
2 deus omnia in omnibus. et miror te hoc a me quaerere
uoluisse, cum sanctus Hilarius, Pictauensis episcopus, undeci-
mum librum contra Arrianos hac quaestione et solutione
conpleuerit. tamen saltim pauca dicamus. omne in hoc scan-
dalum est, quare filius patri dicatur esse subiectus. quid est
turpius siue inferius: patri subici — quod saepe pietatis est et
in psalmo scriptum: nonne deo subiecta erit anima
mea? — an crucifigi et maledictum crucis fieri? maledictus
3 enim omnis, qui pendet in ligno. qui ergo pro nobis
maledictum factus est, ut nos de maledictione liberaret, miraris,
si pro nobis subiectus sit, ut nos patri faciat esse subiectos
dicens in euangelio: nemo uadit ad patrem nisi per me

3 *I Cor. 15, 25—28 16 Ps. 61, 2 17 Gal. 3, 13, cf. Deut. 21, 23 18 cf. ibid. 21 *Ioh. 14, 6

1 tert.—extr.] epistolaris (*om.* *C*) responsio ad quem supra *DC* item ieronimi ad quem supra *B* prop. tua *ς* 3 ubi] in quo *Φ* 4 omnes *om.* *Φ* eius *ψB* meos *Φ* suos *ς*, *om.* *DC* suis *ψ* eius *cet.*; *add.* omnia enim subiecta sunt sub pedibus eius *B* (*eadem uerba post lin. 5* mors *add.* *ς*), omnia enim sub (iecit *add. s. l.*) pedibus eius *Φ* 5 nouissima *DΦC*; *add.* autem *ς* destruitur *ψ* 6 quia] quoniam *DB* haut *ψD* aut *ΦB* 8 ei fuerint *DC* omnia *om.* *Φ* tunc *in ras. m2 B*; *add.* et *in ras. m2 B* et et *Φ* filius *s. l.* *Φ* 9 subicietur] subiectus *Φ* sibi *om.* *ψ* subicit *ψ* 11 sanctus *om.* *DCB* hylar. *B* helar. *ψ* pi(e*ψ*)ctauensis *ψDB* pi(e*Φ*)ctauiensis *ΦC* 12 arrianus *Φ* hanc questionem *ψ* et *om.* *ψ* 13 pauca saltem *ς* psaltim *Φ* 14 quare] cur *DCB* subi. e. dic. *ς* 15 siue inf. *om.* *ψ* subieci *Φ* et] ut *C* unde (u *in ras. m2*) et *B* 16 scribitur *Φ* 17 an] hanc *D* 18 pendit *ψC* pependit *D* 19 maledictione] maledicto *DB* 20 proiectus *Φ* 21 ad patrem *om.* *Φ*

et: cum exaltatus fuero, omnia traham ad me? Christus in his, qui fideles sunt, subiectus est patri, quia omnes credentes, immo omne hominum genus, corporis ipsius membra reputantur. in his autem, qui increduli sunt, id est Iudaeis, ethnicis, hereticis, insubiectus dicitur, quia pars membrorum eius non est subiecta fidei. in fine autem mundi, cum omnia 4
membra regnantem uiderint Christum, id est corpus suum, etiam ipsa subicientur Christo, id est corpori suo, ut omne Christi corpus subiciatur deo et patri et sit deus omnia in omnibus. non ait: 'ut sit pater omnia in omnibus', sed: 'ut deus', quod proprium nomen est trinitatis et tam ad patrem quam ad filium et spiritum sanctum referri potest, ut humanitas subiciatur diuinitati. humanitatem in hoc loco dicimus non mansuetudinem et clementiam, quam Graeci φιλανθρωπίαν uocant, sed omne hominum genus. porro, quod ait: ut sit 5
deus omnia in omnibus, hoc sensu accipiendum est: dominus atque saluator nunc omnia non est in omnibus, sed pars in singulis — uerbi gratia in Salomone sapientia, in Dauid bonitas, in Iob patientia, in Danihelo cognitio futurorum, in Petro fides, in Finees et Paulo zelus, in Iohanne uirginitas, in ceteris cetera —, cum autem omnium rerum finis aduenerit, tunc omnia in omnibus erit, ut singuli sanctorum omnes uirtutes habeant et sit Christus totus in cunctis.

1 *Ioh. 12, 32 9. 15 I Cor. 15, 28

1 fuero] *add.* a terra *B* trah. omnia *ψ* ad] in *Φ* 2 patri *om.* *Φ* quia] quoniam *DB* omnes] dns *D* 3 omnium *DCB* hominem *Φ* 5 et (*om. D*) ethnicis et h(*om.B*)ereticis *DCB* hereticis *om.* *Φ* ins.] *add.* esse *ς* quia] quoniam *DCB* membr. ei. pars *B* 6 subiecta *om.* *ψ* 7 uiderunt *Φ* 8 capiti *B* 9 *alt.* et] ut *ς* 10 ut deus *ψ* deus *Φ* ut sit deus *C* ut sit deus omnia in omnibus *DB* 11 ut tam *Φ* et iam *D* etiam tam *C* 13 in *om.* *C* 14 phylantrophyan *ψ* philātropiā *B* filanth(t*C*)ropia *DC*, *spat. uac. in Φ* 16 sensum *Φ* 17 atque] et *D* salu. noster *DCB* nunc *s. l. B, om. DC* 18 pars] pater *Φ* sigulis *ψ,Φa.c.* 19 iob (*non* biob) *codd.* danielo *C* daniele *B* danihel *Φ* 20 finehes *B* phinees *ΦC* xelus *C* 21 rer. omnium *C* 22 in] et in *ψ* ut] et *D* singulae *ψ* uirt. omnes *ψ* 23 et] ut *Φ* cunctis] *add.* explicit *C*

4 (3). Repperi iunctam epistulae et commentariolo tuo
breuem chartulam, in qua haec indita ferebantur: 'quaerendum
ab eo — id est a me —, utrum mulier relicto uiro adultero
et sodomita et alio per uim accepto possit absque paenitentia
communicare ecclesiae uiuente adhuc eo, quem prius reliquerat.'
quod legens illius uersiculi recordatus sum: ad excusandas
2 excusationes in peccatis. omnes enim homines uitiis
nostris fauemus et, quod propria facimus uoluntate, ad naturae
referimus necessitatem. quomodo si dicat adulescens: 'uim
patior corporis mei, ad libidinem ardor inpellit, ipsa organa
membrorum genitalium et conpositio corporis femineos quaerit
amplexus'; et rursus homicida: 'in egestate', inquit, 'eram,
indigebam cibo, tegumen corporis non habebam; ideo alienum
3 sanguinem fudi, ne ipse fame et frigore morerer'. responde
itaque sorori, quae a nobis super statu sui quaerit, non
nostra, sed apostolica sententia: an ignoratis, fratres,
— scientibus legem loquor — quoniam lex dominatur
homini, quanto tempore uiuit? mulier enim, quae
sub uiro est, uiuente uiro adstricta est legi. quodsi
mortuus fuerit uir eius, liberata est a lege uiri.
ergo uiuente uiro adultera erit, si duxerit alium
uirum, et in alio loco: mulier alligata est, quanto

6 Ps. 140, 4 16 *Rom. 7, 1—3 22 *I Cor. 7, 39

1 reperi *C* et] uel *Ba.c.m2*, *om.* *D* cōmunituriolo *ψ* commonitoriolo *ς* tuo *s. l.* *B*, *om.* *GD* 2 brebem *GD* cart. *ψDB* carth. *G* indicta *D* 3 ab eo] habeo *C* 5 comunicare (*ex* -ri) *B* ecclesia *D* relinquerat *G* reliquerant *Φ* 8 uoluptate *Φ* 9 dicat si *Φ* adul. *GD* adol. *ψCB* aduliscens *Φ* 10 mei *ψ* mea *Φ* me *cet.* ardor *s. l.* *B* 11 femine hos *B* 12 rursus *ψ* rursum *cet.*; *add.* si *GDCB* egestatem *G* 13 tegimen *B* tegmen *ς* tegumenta *ψ* 14 fidi *Φ* morer *G* respondeo *CB* · 15 sor.] *add.* nostrae *G* statu sui *B* status sui *GC* stratus sui *D* statu (stato *Φ*) suo *ψΦ* suo statu *ς* 16 nostra *ψ* nostras *cet.* nostram *ς* apostolica *ψ* apostoli *cet.* sententia *ψ* sententias *cet.* sententiam *ς* fratris *Φ* 17 scient. *ψ*, *add.* enim *cet.* 19 astr. *C* iuncta *D* uincta *B* 20 eius *om.* *Φ* legere *Φ* 21 si *s. l.* *ψ* alterum *ΦC* 22 in *om.* *ψ* et mulier *B* adligata *G* ligata *Φ*

tempore uiuit uir eius. si autem dormierit uir,
liberata est: cui uult, nubat, tantum in domino.
omnes igitur causationes apostolus amputans apertissime 4
definiuit uiuente uiro adulteram esse mulierem, quae alteri
nupserit. nolo mihi proferas raptorem et uiolentiam, matris
persuasionem, patris auctoritatem, propinquorum cateruas, ser-
uorum insidias atque contemptum, damna rei familiaris:
quamdiu uiuit uir, licet adulter sit, licet sodomita, licet fla-
gitiis omnibus coopertus et ab uxore propter haec scelera
derelictus, maritus eius reputatur, cui alterum uirum accipere
non licet. nec hoc apostolus propria auctoritate decernit, sed
Christo in se loquente Christi uerba, qui ait in euangelio:
qui dimittit uxorem suam excepta causa fornica-
tionis, facit eam moechari; et qui dimissam acce-
perit, adulter est. animaduerte, quid dicat: qui dimis- 5
sam acceperit, adulter est; siue ipsa dimiserit uirum
siue a uiro dimissa sit, adulter est, qui eam acceperit. unde
et apostoli grauem coniugii sarcinam intellegentes: si ita
est, inquiunt, non expedit homini uxorem accipere.
ad quos dominus: qui potest, inquit, capere, capiat,
statimque sub exemplo trium eunuchorum uirginitatis infert
beatitudinem, quae nulla carnis lege retinetur.

13 *Matth. 5, 32 18 *Matth. 19, 10 20 Matth. 19, 12 21 cf. Matth. 19, 12

1 uir eius uiuit *ψB* uir] *add.* eius *D,B s. l.* 3 igitur] autem *DCB* apertissimus *Φ* 4 difiniuit *C* quae] si *DCB* 5 rapt. et] raptoris *DB* raptores *C* 6 suasionem *Φ* perstationem *C* prestationem *D* caternam *DC* 7 atque *in ras. m2 B* adque *G* et *ψ*, *om. DC* contemptum *in ras. m2 B* contemtum *Φ* parentum *DC* dampna *ψB* 8 uiuit uir] uibitur *G* 9 et *s. l. B* 10 eius rep.] est reputatus *D* est reputandus *CB* alterum] adulterum *C* uirum *bis Φ* 11 nec] non *DB* ap. haec *C* 12 uerba *ψ* uerba secutus est *GC* uerba sectatus est *cet.* 13 excepto *ψ* 14 mechari *DΦ* mecari *B* qui] si *C* acc.] duxerit *ψΦ* 15 anim.—ad. est] *om. DC* mulier *B* 16 *et* 17 acciperit *ψΦ* accipit *G* ipsa illa *B* 17 sit] *add.* innupta manet siue ipsa dimiserit uirum siue a uiro dimissa sit *B* 19 acc. ux. *ψ* 20 quos] quod *C* inquid qui potest *ψ* 21 heunucorum *B* 22 reteneretur *Φ* tenetur *ς*

5 (4). Neque satis animaduertere potui, quid sit, quod dicere uoluit: 'alio uiro per uim accepto'. quid est hoc: 'per uim accepto'? congregata uidelicet multitudine nolentem rapuit: et quare postea non raptorem rapta dimisit? legat libros Moysi et inueniet desponsatam uiro, si in ciuitate fuerit oppressa et non clamauerit, puniri quasi adulteram, si autem
2 in agro, innoxiam esse ab scelere. ergo ista soror, quae, ut dicit, uim passa est, ut alteri iungeretur, si uult Christi corpus accipere et non adulteram se putari, agat paenitentiam, ita dumtaxat, ut secundo uiro, qui non appellatur uir, sed adulter, a tempore paenitentiae non copuletur. quod si ei durum uidetur et non potest derelinquere nec praeferre dominum uoluptati, audiat apostolum conclamantem: *non potestis calicem domini bibere et calicem daemoniorum; non potestis mensae domini communicare et mensae daemoniorum*, et in alio loco: *quae communicatio luci ac tenebris? qui consensus Christo*

4 cf. Deut. 22, 23—24 6 cf. Deut. 22, 25—27 13 *I Cor. 10, 21 16 *II Cor. 6, 14—15

1 enim aduertere *DC* potuit quod *Φ* quid—2 accepto *om. ψDB* 2 est *om. Φ* hoc *ex* oc *Φ*, *om. C* 3 congregato *D* congregate *Φ* multitudinem *G* uolentem *B* 4 quare] uirum *DC*,*B in ras. m2* rapt. rapta non *ς* non rapt. rapta non (*del. m2*) *B* 5 inuenit *D* desponsata *C* disponsatam *DΦ*,*Ba.c.m2* dispositam *G* ciuitatem *G* 6 obpr. *Gψ* oppressam *Ba.r.* adultera *G* sin *Φ* ui *DC* 7 agro] *add.* oppressa *C* oppressa sit *ς* a scelere *C* accelere *Φ* scelera *D; add.* et uiolentum legibus (legimus *Φ*) subiacere *codd. praeter ψ* ergo *ψ* ergo et *cet.* 8 alteri] adulteri *D* adultero *C* adulterio (te *in ras. et* rio *s. l. m2*) *B* corpus xp̄i *CB* 9 adulteram se putari *Gψ* adultera reputari (reputabat *Φ*) *cet.* 11 alter *Φ* a] *ras. 2 litt. in ψ* 12 et *ψ*, *add.* semel dilectum *cet.* praeferri domini *ψ* 13 uoluptati (p *in ras. m2*) *B* uoluntatem *ψ* concl. et dicentem *ψ* non pot.—cal. daem. *om. C* 15 non pot.—mensae daem. *om. Φ* pot.] *seq. eras.* calicem domini *ψ* mense dn̄i communicare *in ras. m2 B* communicari *ψ* 16 in *om. ψ* comun. *B* 17 lucis *D* ac] ad *Φ* cum *ψ* tenebras *DΦ* consensum *D* xp̄i *ψ*

ac Belial? rem nouam loquar, immo non nouam, sed uete- 3
rem, quae ueteris testamenti auctoritate firmatur. si reliquerit
secundum uirum et reconciliari priori uoluerit, non potest.
scriptum est enim in Deuteronomio: si acceperit homo
uxorem et habuerit eam et non inuenerit gratiam
in conspectu eius propter aliquam foeditatem,
scribet libellum repudii et dabit in manus eius
et dimittet eam de domo sua. cumque egressa 4
alterum maritum duxerit et ille quoque oderit
eam dederitque libellum repudii et dimiserit de
domo sua uel certe mortuus fuerit, non potest
maritus recipere eam uxorem, quia polluta est et
abominabilis facta est coram domino; ne peccare
facias terram tuam, quam dominus deus tuus tibi
tradidit possidendam. unde obsecro te, ut consoleris 5
eam, immo prouoces ad salutem. putridae carnes ferro indigent
et cauterio; nec est medicinae culpa, sed uulneris, cum crudelitate clementi non parcit medicus, ut parcat, saeuit, ut
misereatur.

4 *Deut. 24, 1—4

1 ac] ad *ψ* et *ΦC* beliae *GDC* loquar *ψΦ* loquor *cet.* non *s. l. B* 2 firmetur *ψD* 3 priori uiro uol. *B* uol. *C* uol. priori *ς* non] et non *ψ* potes *C* 4 deutheronomio *G* deuteronomium *Φ* acciperit *ψΦ* 6 foed. *ΦC* fed. *cet.* 7 scribat *C* scribit *ψD* libellum *s. l. ψ* in manus eius] ei *DCB* manu *Ga.c.Φ* 8 dimittit *ψΦ* ea *G* cum *ψ* 9 alt.] adulterum *D* 10 dederitque *ψ*, *add.* ei *cet.* dim.] *add.* eam *s. l. m2 B* 11 uel] aut *DCB* potest *ψ* poterit prior *cet.* 12 ux. *ψa.c.m2* in ux. *cet.* quia] quoniam *DCB* pollutam *Φ* est *eras. B*, *om. G* 13 abhominabilis *ψB* 14 deus *s. l. ψ* tradidit tibi *ς* traddit tibi *C* 15 ut] et *ψ* 17 et *om. ψ* clem. crud. *ς* clem. credulitate *C* 18 ut med. *GDC,Ba.c.m2*

LVI.

⟨EPISTULA AUGUSTINI AD HIERONYMUM⟩.

Domino dilectissimo et cultu sincerissimo caritatis obseruando atque amplectendo fratri et conpresbytero Hieronymo Augustinus.

1. Numquam aeque quisquam facie cuilibet innotuit quam mihi tuorum in domino studiorum quieta laetitia et uere exercitatio liberalis. quamquam ergo percupiam omnino te nosse, tamen exiguum quiddam tui minus habeo, praesentiam uidelicet
2 corporis. quam ipsam etiam, posteaquam te beatissimus nunc
episcopus, tunc uero iam episcopatu dignus frater Alypius
uidit remeansque a me uisus est, negare non possum magna
ex parte mihi esse relatu eius inpressam et ante reditum, cum
te ille ibi uidebat, ego uidebam, sed oculis eius. non enim
animo me atque illum, sed corpore duos, qui nouerit, dixerit,

F = *Veronensis XVI. 14 s. IX.*
L = *Coloniensis 35 s. IX.*
W = *Parisinus lat. 1868 s IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X.*
l = *Vaticanus lat. 341 s. X—XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 *Haec epistula in codd. titulo caret; est inter Augustini epistulas XXVIII* (*p. 103 Goldbacher*) 3 Dom.—Aug.] augustinus iheronimo *B* cultus *Φ* sincerissimae *ς* obs.] obsequendo *FLDMl* 4 fratri *om. Φ* 5 agust. presbiter *W* agust. in domino salutem *Φ* 6 aeque] me *Fa.c.m2Ll,M* (*eras.*), *om. D* qu. f.] tam facie quisquam *l* quisque *F* facię *W* facile *FLD* tam facile *MB* tam facie *lς* 7 quieta laet.] quasi athleticia (*alt.* i *eras.*) *B* laeta *Dl* laetato *Φ* et *om. W* uetere (ueterum *s.l.m2*) *W* 8 lib. *WΦ* in domino lib. *cet.* ego *FLMB* cupiam *FW* 9 quiddam *add. m2l* quidam *F,Wa.c.m2* minus tui *l* munus *W,Bp.c.* 10 ipsam *WΦ* ipse *cet.* 11 episcopatus *FLD* 12 magne *L* 13 mihi ex parte *l* relatū *W* relato *L* relata *F* inpressum *Φ,Ba.c.* 14 illubi *Fa.c.m2* et ego *ς* uideam *W* et *W* oculos *W* oculi *Fa.c.m2* 15 adque *W* quia *W*

concordia dumtaxat et familiaritate fidissima, non meritis,
quibus ille antecellit. quia ergo me primitus communione
spiritus, quo in unum nitimur, deinde illius ex ore iam diligis,
nequaquam inpudenter quasi aliquis ignotus commendo germa-
nitati tuae fratrem Profuturum, quem nostris conatibus, deinde
adiutorio tuo uere profuturum speramus; nisi forte, quod talis
est, ut ipse tibi per eum fiam commendatior, quam ille per
me. hactenus fortasse scribere debuerim, si esse uellem epi- 3
stularum sollemnium more contentus; sed scatet animus in
loquelas communicandas tecum de studiis nostris, quae habe-
mus in Christo Iesu, domino nostro, qui nobis multas utilitates
et uiatica quaedam demonstrati a se itineris etiam per tuam
caritatem non mediocriter ministrare dignatur.

2. Petimus ergo et nobiscum petit omnis Africanarum eccle-
siarum studiosa societas, ut interpretandis eorum libris, qui
Graece scripturas nostras quam optime tractauerunt, curam
atque operam inpendere non graueris. potes enim efficere, ut
nos quoque habeamus tales illos uiros et unum potissimum,
quem libentius in tuis litteris sonas. de uertendis autem in 2
linguam Latinam sanctis litteris canonicis laborare te nollem
nisi eo modo, quo Iob interpretatus es, ut signis adhibitis,
quid inter hanc tuam et Septuaginta, quorum est grauissima

1 foedissima *Φ* 2 ego *l,Ba.c.* 3 nectimur *ς* quem iam *lB* 5 dein *B* (*eras.*), *om. Φ* 6 uero profuturo *Φ* 7 fiar *L,D* (r *in ras.*) fiat (t *in ras.*) *M* 8 hact. *Ml* act. *cet.* debueram *Dl,Ma.c.m2Bp.c.* si] ut (*eras. MB*) si (*in ras. B*) *FLDMB* 9 contemptus *F* conuentus *l* scatit *Φ* sicut et *W* 10 loquillas *Φ* communicandum *Φ* de] *add.* his *F,Ls.l.* 11 Iesu *om. Φ* inutilitatis *Φ* 12 demonstranti *Φ* demonstrauit *FLD,Ba.r.* monstrauit *l* a se *om. FLDl,MBa.c.* 13 monstrare *l* 14 et *om. Φ* nobis competit *W* omnes *WΦ* affricanarum *B* africanorum *FLDΦ,Ma.c.* 15 ut] et *W* ut in *l,Bp.c.* 17 potest *FD* 18 ill tal. *codd. praet. WΦ* 19 quem *WΦ, add.* tu *cet.* personas *Φ* 20 lat. ling. *ς* sanctis] sis (*del. m2*) *W* nollet *Φ* 21 nisi] *add.* praedicatio nostra inanis est *FL* (*cf. I Cor. 15, 14 et p. 500, 11*) quod *F* iob (*non* hiob) *codd.* interpretaturus (urus *ex* ur) *W* est *ς* ut] et *FL* 22 qui *FD* hanc] *seq. ras. M* hanc et *Φ*

auctoritas, interpretationem distet, appareat. satis autem nequeo mirari, si aliquid adhuc in Hebraeis exemplaribus inuenitur, quod tot interpretes illius linguae peritissimos fugerit.
3 omitto enim Septuaginta, de quorum uel consilii uel spiritus maiore concordia, quam si unus homo esset, non audeo in aliquam partem certam ferre sententiam, nisi quod eis praeminentem auctoritatem in hoc munere sine controuersia tribuendam existimo: illi me plus mouent, qui, cum posteriores interpretarentur et uerborum locutionumque Hebraearum uiam atque regulas mordacius, ut fertur, tenerent, non solum inter se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa, quae tanto post eruenda et prodenda remanerent. si enim obscura sunt, te quoque in eis falli posse creditur; si manifesta, illos in eis falli potuisse non creditur. huius igitur rei pro tua caritate expositis causis certum me facias obsecrauerim.

3. Legi etiam quaedam scripta, quae tua dicerentur, in epistulas apostoli Pauli, quarum ad Galatas cum enodare uelles, uenit in manus locus ille, quo apostolus Petrus a perniciosa simulatione reuocatur. ibi patrocinium mendacii susceptum

16 cf. Hieron. in Pauli epist. ad Gal. 2, 11 sqq. (XXVI 338, 31—342, 16 M)

1 distat *Φ* appareiet *l* 2 adhuc] *add.* interpretis *Φ* ebraeis *Φ* hebreicis *L* hebraicis *FDMlB* litteris ex. *FL,la.c.m2* litteris et ex. *DMB,lp.c.m2* 3 quod (d *exp.*) *M* uel tot *Φ* peritissimis *Lp.r.* peritissimus *FΦ* effugerit *l* 4 decorum *Fa.c.m2* *pr.* uel *om. Φ* consiliis *FLDMl* maiori sp. *FLDMl* maiore sp. *ς* maioris sp. *B* 5 quam si] quasi *W* non] nam *B* 6 certe *Wl* praeem. *M,Bp.c.* 7 munire *W* 8 exist. illi] existi molli *W* po***(s *s. l.*)teriores *B* potentiores *FLDl,Ma.c.m2* 9 hebreorum *WB* 10 mordatius *WMΦB* mordicus *ς* ut fertur] infertur *F* ut *in ras. L* sol. *WΦ*, *add.* autem (*B del.*) *cet.* 11 consensirent *Φ* relinquerunt *F* quanto *Φ* 12 remaneret *Fa.c.m2; add.* et aut obscura sunt aut manifesta *ς* 13 *pr.* eis *WΦ* illis *cet.* (*cf. Hier. ep. CXII 20*) posse—falli *om. W* potuisse *ς* si] *add.* enim (*del.*) *B* autem *ς* 14 rei] ei *F* 16 scriptam *Φ* epłis *Bp.r.* 17 pauli ap. *Bp.c.* quar.] *add.* unam *ς* e me (*del.*) nodare *F* scripto (*seq. ras.*) uelles *F* 18 a *om. F* · 19 sim. reu. *om. Φ* reuocaretur *FDl,Ma.r.; add.* dictumque *FLDMl,B in mg.* suspectum *F*

esse uel abs te, tali uiro, uel a quopiam, si alius illa scripsit, fateor, non mediocriter doleo, donec refellantur — si forte refelli possunt — ea, quae me mouent. mihi enim uidetur exitiosissime 2 credi aliquod in libris sanctis esse mendacium, id est eos homines, per quos nobis illa scriptura ministrata est atque conscripta, aliquid in libris suis fuisse mentitos. alia quippe quaestio est, sitne aliquando mentiri uiri boni, et alia quaestio est, utrum scriptorem sanctarum scripturarum mentiri oportuerit; immo uero non alia, sed nulla quaestio est. admisso enim semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio nulla illorum librorum particula remanebit, quae non, ut cuique uidebitur uel ad mores difficilis uel ad fidem incredibilis, eadem perniciosissima regula ad mentientis auctoris consilium officiumque referatur. si enim mentiebatur apostolus 3 Paulus, cum apostolum Petrum obiurgans diceret: si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter et non Iudaice uiuis, quemadmodum gentes cogis iudaizare? et recte illi uidebatur Petrus fecisse, quem non recte fecisse et dixit et scripsit, ut quasi animos tumultuantium deleniret, quid respondebimus, cum exsurrexerint peruersi homines prohibentes nuptias, quos

15 *Gal. 2, 14 20 cf. I Tim. 4, 3

1 abs] ab *F* a *LDMlB* copiam *F* (m *eras.*), *L* ille *FL* illam *D* illas (i *ex* u) *Φ* 2 done *W* repellantur *FL* refellit *Fa.c.* reuelli *Φ* 3 possint *Ba.c.* quem emouent *D* 4 aliquid *FLΦ* libros sanctos *W* sanctis libris *FLDMlB* esse] habere *FLDl,Ma.c.* haberi *Mp.c.B* id est] id *l* ad *FL* 5 quos] *add.* homines *FL* est min. est *Φ* adque *Fa.c.m2W* 6 conscriptā *Φ; add.* et illos per quos nobis innotuit *in mg. B* aliquod *W* suis libris *ς* tuis *W* mentitus *FW,La.c.* 7 sicne *Fp.r.* sine *W* alio *W* 8 oportuerat *W* 9 est quaestio *ς* admissa *Φ* amisso *F* ammissio (*alt.* i *del.*) *D* 10 semel in] simili *L* quantum *Φ* 11 eorum *F* 12 ut cuique] utique *F* uidebit *W* difficiles *Ll* incredibiles *La.c.m2l* 13 reg.] *add.* uel *FLDl,MB* (*eras.*) 14 referetur *F* 15 apostulo petro *Fa.c.* 16 uiues *F,La.c.m2* 17 cog. gent. *FLDMlB* 18 *pr.* et *om. W* 19 ut] et *DMl* animus *FLDΦl,Ma.c.m2* delineret *Φ* delenire *Fa.c.m2* deliniret *Mp.r.B* deliniretur *LDl,Ma.r.* quid] quod non *Φ* 20 exsurrexerit *Fa.c.m2* et resurrexerint *Φ* insurrexerint (*pr.* in *in ras.*) *B* reuersi *Φ* quod *F*

futuros ipse praenuntiauit, et dixerint totum illud, quod idem
apostolus de matrimoniorum iure firmando locutus est, propter
homines, qui dilectione coniugum tumultuari poterant, fuisse
mentitum, scilicet non quod hoc senserit, sed ut illorum pla-
4 caretur aduersitas? non opus est multa commemorare. possunt
enim uideri etiam de laudibus dei esse officiosa mendacia, ut
apud homines pigriores dilectio eius ardescat, atque ita nus-
quam certa erit in sanctis libris castae ueritatis auctoritas.
nonne adtendimus eundem apostolum cum ingenti cura com-
mendandae ueritatis dicere: si autem Christus non re-
surrexit, inanis est praedicatio nostra, inanis est
et fides uestra. inuenimur autem et falsi testes
dei, quia testimonium diximus aduersus deum,
quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit.
5 si quis huic diceret: ‘quid in hoc mendacio perhorrescis, cum
id dixeris, quod, etiamsi falsum sit, ad laudem dei maxime
pertinet’, nonne huius detestatus insaniam, quibus posset,
uerbis et significationibus in lucem penetralia sui cordis ape-
riret clamans non minore aut fortasse etiam maiore scelere in
6 deo laudari falsitatem quam ueritatem uituperari? agendum

2 cf. I Cor. 7, 10—16 10 *I Cor. 15, 14—15

1 pronuntiauit *FW* praenuntiarint *Φ* praenuntiabat (prae *ex* per *m2*) *L* 2 firmanda *FLD* 3 dilectatione *Bp.c.* tumultuanti *F* 5 non *WΦ*, *add.* enim *cet.* 6 de *om.* *F* officia *W* 7 lectio *Φ* numquam *l* 8 certauerit *F* libr. sanctis *ς* libr.] in (*del.*) libr. *F* litteris *LDMl,B* (libr. ac litteris *p.c.*) castae] certe *F* 9 non *F* cum *om.* *W* 10 ueritatis (*ex* caritatis) cura commendandae (dan *m2*) *M* uer. comm. (commetante *L; add.* gratia *l* gratiae [*del.*] *B*) *FLDlB* commendenda *W* commendante *Φ* 11 *pr.* est *om.* *W* praed.—est *om.* *L* 12 uestra] nostra *Fa.c.m2LB; add.* et *Φ* autem] aut *Fa.c.m2* enim *B* hoc *Φ* 13 qui *l* quoniam *Φ* aduersum *lp.c.* dñm *Φ* 14 suscitauerit *WΦ* -uit *cet.* non *om.* *FΦ* 15 hunc *D* huc *Φ* dicere *Φ* hoc] isto *Φ* 16 id *om.* *FLDMl* quod *om.* *l* 17 nonne] *add.* ut *in mg.* *B* detestatur *Φ* -stetur (-tus *s. l.*) *M* -staretur *FLDlB* insania *FLD* possit *FLDΦ,Ma.c.* 18 luce *F* aperire *D,LMp.c.m2* 19 maiores *L* maiori *DMlB* 20 laudare *Ml* falsitate *Fp.c.L* uit. uer. *ς* uituperare *M*

est igitur, ut ad cognitionem diuinarum scripturarum talis homo accedat, qui de sanctis libris tam sancte et ueraciter existimet, ut nolit aliqua eorum parte delectari per officiosa mendacia potiusque id, quod non intellegit, transeat, quam cor suum praeferat illi ueritati. profecto enim, cum hoc dicit, credi sibi expetit et id agit, ut diuinarum scripturarum auctoritatibus non credamus.

4. Et ego quidem qualibuscumque uiribus, quas dominus suggerit, omnia illa testimonia, quae adhibita sunt adstruendae utilitati mendacii, aliter oportere intellegi ostenderem, ut ubique eorum firma ueritas doceretur. quam enim testimonia mendacia esse non debent, tam non debent fauere mendacio. sed hoc intellegentiae relinquo tuae. admota enim lectioni diligentiore consideratione multo id fortasse facilius uidebis quam ego. ad hanc autem considerationem coget te pietas, 2
qua cognoscis fluctuare auctoritatem diuinarum scripturarum, ut in eis, quod uult quisque, credat, quod non uult, non credat, si semel fuerit persuasum aliqua illos uiros, per quos nobis haec ministrata sunt, in scripturis suis officiose potuisse mentiri; nisi forte regulas quasdam daturus es, quibus nouerimus, ubi oporteat mentiri et ubi non oporteat. quod si fieri potest, nullo modo mendacibus dubiisque rationibus id explices quaeso

2 sancti *D* 3 ae(e *F*)stimet *FL* nolet *F* 4 que] qui *D* 5 illi *om. DMl* dicit] ait *B* 6 credis ibi *Φ* credit *F* expeti *Fp.r.* id] ad id *W* ait *D,Ma.c.m2* ut] et *L* 9 athabita *Fa.c.* astruende *B* astruendi *Φ* 10 utilitati *WΦ* -tis *cet.* alii *Φ* opportere *B* oportet *F* ibique *Φ* ubicumque *Fl* 11 ueritatis *L* 12 mendacii *Φ* iam *FLD* *alt.* debet *FLDB,Ma.c.m2* faueri *B* 13 tuae rel. *FLDMlB* relinque *Φ* ammota *Φ* lectione (*add.* et *l*) *Dl,Ma.c.* 14 diligentiori *FLDl,Ma.c.m2* 16 quam *F* quia *l* diuinorum scriptorum *W* script. diu. *ς* 17 ut *om. W* uul *Φ* unusquisque *Φ* quis *FLDMl* quod—*alt.* credat *om. Φ* *alt.* non *s. l. B* *alt.* credant *D* 18 aliquos *FLDl,Ma.c.* aliquid *B* aliqua ratione *ς* per *om. Φ* 19 suis *del. B* officioso *L* potuisse] et (*eras. M*) pot. *LDM* n mentiri *W* 20 quandam *D* noueris *codd. praet. WΦ,Mp.c.m2* 21 *pr.* ubi] *add.* non *Φ* et] uel *B, om. Φ* quod *om. Φ* potest] *add.* quod ego non credo *B* 22 mendaciis *FLDl,Mp.r.*

nec me onerosum aut inpudentem iudices per humanitatem ueracissimam domini nostri. nam, ut non dicam nulla, certe non magna culpa meus error ueritati fauet, si recte in te potest ueritas fauere mendacio.

5. Multa alia cum sincerissimo corde tuo loqui cuperem et de Christiano studio conferre, sed huic desiderio meo nulla epistula sat est. uberius id possum per fratrem, quem miscendum et alendum dulcibus atque utilibus sermocinationibus tuis misisse me gaudeo. et tamen, quantum uellem, nec ipse — quod eius pace dixerim — forsitan capit, quamquam nihilo me
2 illi praetulerim. ego enim me fateor tui capaciorem, sed ipsum uideo fieri pleniorem, quo me sine dubitatione antecellit, et posteaquam redierit, quod domino adiuuante prosperatum iri spero, cum eius pectoris abs te cumulati particeps fuero, non est inpleturus, quod in me adhuc uacuum erit atque auidum sensorum tuorum. ita fiet, ut ego etiam tunc egentior sim, ille copiosior. sane idem frater aliqua scripta nostra fert secum, quibus legendis si dignationem adhibueris, etiam sinceram
3 fraternamque seueritatem adhibeas quaeso. non enim aliter

1 iudicis *W* 2 uerissimam *B* dñs ñr *L* 3 magnā *W* culpa *om. W* meus] eos *W* ueritatis *WΦ* auet *W* uer. pot. *codd. praet. WΦ* 4 non mendacio *W* 5 cum *om. W* tuo corde *Φ* cordi *W* 6 de *s. l. B* nullo *Φ* 7 sat *WB, om. L* satis *cet.* id ipsum *ς* possunt *F* fratr.] *add.* profuturum *ς* quem *om. L* 8 dulcius *D* utilius *L* 10 pace eius *ς* p(ace *s. l.*) *B* pacem *FΦ,Ma.r.*(?), *om. L* praedixerim *L* forsitam *Φ* forsitat *W* nihilum *L* in nih(ch)ilo *FDlB* me *om. L* 11 pertulerim *W* me] ne *W* capiciorem *Fa.c.m2* capidiorem *ex* cupiorem *L* 12 uideor *L* fieri] fateri *L* antecellet *l* antecedit *M* 13 quo *FL* adi. dom. *Φ* prosperatū (*ex* -to *m2*) iri sp. *M* prosperat uiri sp. *W* prosperatui sp. *Φ* prosperatu (u *in ras.*) aspero *L* prosperato cursu fieri (*s. l.*) sp. *B* prosperatum (m *exp.*) fiat cursu *F* prosperato fiat cursu *Dl* 14 pectori *FLB* cumulatii *D* 15 est *WΦ* erit *cet.* adhuc *om. Φ* fuerit a. au. *B* a. au. est *Φ* 16 sensorum *WΦ* sensum *L* sensuum (*ex* sensu *B*) *cet.* fiat *Ba.c.; add.* etiam *s. l. B* ut] *add.* et *Φ,Bs.l.* 17 idem] id est *W* scriptura *F* secum] *add.* cum *W* 18 sic (c *exp.*) *F* 19 atque fraternam *ς* ueritatem *L* adhibeat *W*

intellego, quod scriptum est: emendabit me iustus in misericordia et arguet me; oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum, nisi, quia magis amat obiurgator sanans quam adulator unguens caput. ego autem difficillime bonus iudex lego, quod scripserim, sed aut timidior recto aut cupidior. uideo etiam interdum uitia mea, sed haec malo audire a melioribus, ne, cum me recte fortasse reprehendero, rursus mihi blandiar et meticulosam potius mihi uidear in me quam iustam tulisse sententiam.

LVII.

AD PAMMACHIUM DE OPTIMO GENERE INTERPRETANDI.

1. Paulus apostolus praesente Agrippa rege de criminibus responsurus, quae posset intellegere, qui auditurus erat, securus

1 *Ps. 140, 5

1 emendauit *FWDΦB* 2 holeum *Φ* oleo *F* peccatores *Fa.c.m2Φ* 3 inpinget *FDa.c.* magis *om. LDl,Ma.c.m2* amatur *B* obiurgatur *L* obiurgatus *F* obiurgant *Φ* 4 sanas *Φ* sana *La.c.* adulatur *Φ* adolator *D,Ba.c.* ungens *ς* difficile me *WΦl* difficili me *F* 5 bonus *bis D* quid *Φ* sed] seu *L* et *B* 6 recto] reticeo *F* (o *ex* or) *LDMl* aut si *F* haec *WΦ* ea *cet.* 7 senioribus *FDMl* nec um *L* nec cum *FWB* 8 russus *M* mihi] nihil *D* bland. et met. *om. W* pot. m. uid. in me *Φ* pot. uid. prime *W* m. uid. in me pot. *cet.*

u = *Casselanus theol. fol. 21 s. VIII.*
Ω = *Colmarensis 41 s. IX.*
W = *Parisinus lat. 1868 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355+356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*
S = *Vindobonensis lat. 746 s. XIII.*

11 ad pamm. *B* (ad pam. *ΩW* ad pan. *Σ* pammachio *D* pamachio *S*) de—int. *codd. praet.* u, *qui titulo caret; Hieronymi nomen exhibent ΩΣDS* 13 apost. *om. S* 14 quae u que *W*, *om. D* quo *cet.* quod *ς* possit *WDB* sec.] *add.* erat (*del.*) *Ω*

de causae uictoria statim in principio gratulatur dicens: de omnibus, quibus accusor a Iudaeis, o rex Agrippa, aestimo me beatum, cum apud te sim hodie defendendus, qui praecipue nosti cunctas, quae in Iudaeis sunt, consuetudines et quaestiones. legerat enim illud Esaiae: beatus, qui in aures loquitur audientis, et nouerat tantum oratoris uerba proficere, quantum iudicis pru-
2 dentia cognouisset. unde et ego beatum me in hoc dumtaxat negotio iudico, quod apud eruditas aures inperitae linguae responsurus sum, quae obicit mihi uel ignorantiam uel mendacium, si aut nesciui alienas litteras uere interpretari aut nolui: quorum alterum error, alterum crimen est. ac ne forsitan accusator meus facilitate, qua cuncta loquitur, et inpunitate, qua sibi licere omnia putat, me quoque apud uos argueret, ut papam Epiphanium criminatus est, hanc epistulam misi, quae te et per te alios, qui nos amare dignantur, rei ordinem doceat.

2. Ante hoc ferme biennium miserat Iohanni episcopo supra dictus papa Epiphanius litteras arguens eum in quibusdam dogmatibus et postea clementer ad paenitentiam prouocans. harum exemplaria certatim Palaestinae rapiebantur uel ob
2 auctoris meritum uel ob elegantiam scriptionis. erat in monasteriolo nostro uir apud suos haut ignobilis, Eusebius Cremo-

1 *Act. 26, 2—3   6 *Eccli. 25, 9

1 causa *Wp.c.m2ΣDS*   uictori(a)e u*a.c.ΣDS*   princ. sibi *W*
2 accussor u acusor *W*   a *sup. litt. eras. m2 W*   o *s. l. m2 ΣB, om. ΩDS*   3 stimo *Wa.c.m2* existimo *ς*   4 in *s. l. m2 Σ, om. ΩDS*
6 esaiae *Ω* isaiae *WB* iesu *ς*   7 prouidentia *ΩΣS,D* (-am *m2*)   9 impeditae *Ω,Σa.c.*   10 resp. sum] responssum *D*   obiciuntur *Wp.c.m2*
12 ac ne] hac si *Ω*   forsitant u*a.c.m2* fortesitã *W*   13 acusator *W* accussor u*a.c.*   qua—15 arg. *in mg. inf. Σ*   qua—14 apud *om. Ω*
inportunitate *W*   14 queque *D*   15 ut quia *Σ*   epyph. *D* epyf. *ΩΣ*
16 *pr.* te *s. l. Σ, om. Ω*   per] pro *Ω*   17 doceant *Σa.c.D*   18 supradictos papas u   19 epyph. *D* epyf. *ΩΣ*   20 et u*W,Ba.c.m2* sed *cet.*
21 horum *Ω,Σa.c.m2*   ob *ex* ab *m2* u*W*   22 auctoris (auc *in ras. m2*) *B*   monasterio *ς*   23 haut u*DB* aut *WΣa.c.m2* haud *cet.*

nensis, qui, cum haec epistula per multorum ora uolitaret et mirarentur eam pro doctrina et puritate sermonis docti pariter et indocti, coepit a me obnixe petere, ut sibi eam in Latinum uerterem et propter intellegendi facilitatem apertius explicarem; Graeci enim eloquii penitus ignarus erat. feci, quod uoluit; accito notario raptim celeriterque dictaui ex latere in pagina breuiter adnotans, quem intrinsecus sensum singula capita continerent — siquidem et hoc, ut sibi soli facerem, oppido flagitarat — postulauique ab eo mutuo, ut domi haberet exemplar nec facile in uulgus proderet. res ita anno et sex mensibus 3
transiit, donec supra dicta interpretatio de scriniis eius nouo praestrigio Hierosolymam conmigrauit. nam quidam pseudomonachus uel accepta pecunia, ut perspicue intellegi datur, uel gratuita malitia, ut incassum corruptor nititur persuadere, conpilatis chartis eius et sumptibus Iudas factus est proditor deditque aduersariis latrandi contra me occasionem, ut inter inperitos contionentur me falsarium, me uerbum non expressisse de uerbo, pro 'honorabili' dixisse 'carissimum' et maligna interpretatione — quod nefas dictu sit — αἰδεσιμώτατον noluisse transferre. haec et istius modi nugae crimina mea sunt.

3. Ac primum, antequam de translatione respondeam, uolo

1 cf. Ennii epigr. II p. 215 V² et locos a Vahleno ibi adlatos

1 haec *om.* *W* uolutaret *Ω* 3 cepit *WBS*; *add.* namque (nam *exp.* *S*) *DS* eam sibi *B* 5 alloquii *Ba.c.* eloqui *WΣa.c.* paenitus u*Σ* poenitus *ΩW* 6 accito u atque accito *Σa.c.m2* accitoque (acit. *D*) *cet.* paginam *WD* 7 capita u*W*,*Ba.c.m2* capitula *cet.* 8 contineret *Σa.c.*; *add.* uel *Σ* flagitarat u*WB* -tauerat *cet.* 9 ab eo *om.* *Ω* ut *om.* *W* 10 ne *B* prodiret *Bp.c.m2* 11 transit *Ω*,*Σa.c.* 12 praestrigio u praestigio *cet.* hierosolim. u*ΩW*,*Σp.c.m2* hierusoly(i*Σ*)m. *Σa.c.m2D* ihe(ie*S*)rosolim. *BS* pseudomonacus *Σa.c.B* seudomonachus *Wa.c.m2* 13 peccunia *Ω* dat. int. *S* 14 ut *om.* *D* nitatur *W* 15 chartis u*D* cartis *cet.* et] ex *Wp.c.m2* 16 aduersarius *W* blatterandi *Ωa.c.* occass. u 17 peritos *ΩS* continentur *Σa.c.m2* 19 dictum u*WD*,*Σa.c.* αἰδεσιμώτατον u*B*, *monstra praebent cet.*; *add.* πάπαν *uel* πάππαν *uarie corruptum codd. praet.* u*S* uoluisse u 20 hae *Σ* heę *B* 21 ac] haec *Ω*

interrogare eos, qui malitiam prudentiam uocant: unde apud
uos exemplar epistulae? quis dedit? qua fronte profertis, quod
scelere redemistis? quid apud homines tutum erit, si nec
parietibus quidem et scriniis nostra possumus secreta celare?
si ante tribunalia iudicum hoc uobis crimen inpingerem, reos
legibus subiugarem, quae etiam pro utilitate fisci delatoribus
poenam statuunt et, cum suscipiant proditionem, damnant
2 proditorem. lucrum uidelicet placet, uoluntas displicet. dudum
Hesychium, uirum consularem, contra quem patriarcha Gama-
lihel grauissimas exercuit inimicitias, Theodosius princeps capite
damnauit, quod sollicitato notario chartas illius inuasisset.
legimus in ueteribus historiis ludi magistrum, qui Faliscorum
liberos prodiderat, uinctum pueris traditum et ad eos, quos
prodebat, remissum nec sceleratam populum Romanum susce-
pisse uictoriam. Pyrrum, Epirotarum regem, cum in castris
ex uulnere curaretur, medici sui proditione interfici nefas duxit
Fabricius, quin potius uinctum remisit ad dominum, ut scelus
3 nec in aduersario conprobaret. quod leges publicae, quod hostes
tuentur, quod inter bella et gladios sanctum est, hoc nobis
inter monachos et sacerdotes Christi intutum fuit. et audet

12 cf. Liuius V 27, 1—9 15 cf. Liuius XIII periocha etc.

1 interr.—uoc.] *in mg.* Σ dicant Ω 2 quod] quos *D* quo *S* 3 redim. u dimisistis *S* totum *W* erit] est *W* ne *W* 4 nostra] *add.* non *s. l. m2*Σ cel. secr. *S* 5 uobis *s. l.* Σ, *om.* Ω reus *W* 6 subiacerem *W* que *W* quia *S* utilitatibus *W* delat. u*W* noxiis (nosciis *S*) delat. *cet.* uariis delat. ς 7 poenas (penas *S*) Ω*ΣDS* struunt u 8 uoluptas *S* et uoluntas *W* 9 hesych. u esych. *D* esich. Σ (h *add. m2*), *B* (h *del. m2*) et sich. *W* escich. *S* esic. Ω consolarem *W*,Σ*a.c.* consolatorem *Ba.c.m2* que *W* gamaliel *BS* 10 grauissimus *W* theud. Ω*Σa.c.*,*D* teud. *W* 11 solicitato *W* chartas u*D* cartas *cet.* inuassisset u 12 hystor. Σ ystor. *S* stor. Ω in istor. *W* falescorum u faliscarum *W* falisquorum Σ 13 liberos *B* libros (libris *D*) *cet.* prodedirat uictum *W* 14 sceleratum Ω*WΣD* suscipisse u,*Wa.c.* 15 pirr. *S* pyrrh. *ex* pyrh. *W* pyrrh. ς epiroth. u epyrot. Ω*ΣDB* 16 in medici *B* proditionem Ω*a.r.B* 18 in *om.* *W* 19 intra *W* et *s. l.* u gladius u*a.c.m2W* hoc *s. l.* Σ, *om.* Ω

quidam ex eis adducto supercilio et concrepantibus digitis eructare et dicere: 'quid enim, si redemit, si sollicitauit? fecit, quod sibi profuit'. mira sceleris defensio! quasi non et latrones et fures ac piratae faciant, quod sibi prodest. certe Annas et Caiphas seducentes infelicem Iudam fecerunt, quod sibi utile existimabant.

4. Uolo in chartulis meis quaslibet ineptias scribere, commentari de scripturis, remordere laedentes, digerere stomachum, in locis me exercere communibus et quasi limitas ad pugnandum sagittas reponere: quamdiu non profero cogitata, et maledicta non crimina sunt, immo ne maledicta quidem, quae aures publicae nesciunt. tu corrumpas seruulos, sollicites clientes et, 2 ut in fabulis legimus, auro ad Danaen penetres dissimulatoque, quod feceris, me falsarium uoces, cum multo peius crimen accusando in te confitearis, quam in me arguis? alius te hereticum, alius insimulat dogmatum peruersorum: taces, ipsi respondere non audes, interpretem laceras, de syllabis calumniaris et totam defensionem tui putas, si tacenti detrahas. finge in transferendo uel errasse uel intermisisse me quippiam — hic totus tui negotii cardo uersatur, haec tua est defensio —: num idcirco tu non es hereticus, si ego malus interpres sim? 3 nec hoc dico, quo te hereticum nouerim — sciat ille, qui accu-

1 abducto *B* 2 eructuare *ΩΣDB* 3 sibi *s. l. Ω* profuit (fuit *in ras.*) *Σ* et *om. B* 4 ac] et *W* pyratae (-te) *ΩΣD* faciunt *ΩΣD,Sa.c.* anna *BS* 5 caiph. *B* cayph. *S* chaiph. *Ω* caphias *ex* caphas *W* caif. u*ΣD* 7 chart. u*D* cart. *cet.* scrib. et *B* 8 estomachum *W* 9 limitas *scripsi coll. Ven. Fort. c. II 16, 153 Leo* limita u limatis *W* limatas *cet.; add.* sagittas *S* expugnandum *ς* 10 et (= *etiam*) *om. ΩΣDS* 11 ne u*W* nec *cet.* 12 puplice *WD* publicatae *Ba.c.m2* nesciant *ΩWDS* sollicitas *Ω* et *s. l. m2B* 13 danen *Wp.r.* dissimilatoque *W* 14 com *W* 15 accuss. u acus. *W* 15 arguas *B* te *s. l. m2* u 16 peruersorum u -orem *cet.* ipsi u*B* ipse *cet.* 17 de *exp. m2B* sill(l*Wa c.m2*)abis *WBS* 18 totum *S* tutam *B* putes *Σp.c.m2* tacendo *ΩDS,Σa.c.m2* 19 fingis *B* intermississe u*W* 20 negocii tui *B* corde *ex* cordo *m2W* 21 itcirco *W* sum *BS* 22 hoc] idcirco *S* quo u*W* quod *cet.* sciet *W* accuss. u acusat *Σa.c.m2*

sauit, nouerit ille, qui scripsit — sed quo stultissimum sit accusatum ab alio alium criminari et confosso undique corpore de dormientis uulnere solacium quaerere.

5. Hactenus sic locutus sum, quasi aliquid de epistula commutarim et simplex translatio possit errorem habere, non crimen. nunc uero, cum ipsa epistula doceat nihil mutatum esse de sensu nec res additas nec aliquod dogma confictum, *faciunt ne intellegendo, ut nihil intellegant,* et,
2 dum alienam inperitiam uolunt coarguere, suam produnt. ego enim non solum fateor, sed libera uoce profiteor me in interpretatione Graecorum absque scripturis sanctis, ubi et uerborum ordo mysterium est, non uerbum e uerbo, sed sensum exprimere de sensu. habeoque huius rei magistrum Tullium, qui Protagoram Platonis et Oeconomicum Xenofontis et Aeschini et Demosthenis duas contra se orationes pulcherrimas transtulit. quanta in illis praetermiserit, quanta addiderit, quanta mutauerit, ut proprietates alterius linguae suis proprietatibus explicaret, non est huius temporis dicere. sufficit mihi ipsa translatoris auctoritas, qui ita in prologo earundem orationum ocutus est: *putaui mihi suscipiendum laborem uti-*

8 Terentius Andria prol. 17 20 Cicero de opt. gen. orat. 13—14

1 quo u quod *cet.* stultissimi *W* accuss. u 2 terminari *W* confesso *Wp.c.m2* 3 quaer. sol. *Σ* solat. *ΩΣS* 4 actenus *ΩWΣ* sic] si *ΩW,Σa.c.m2* 5 commutarem *W* -tauerim *ΩΣDS* terrorem *Ω* 7 aliquid *ΣS* dogma esse *S* 9 redarguere *ΩΣDS* et (*exp. Σ*) ego *ΩΣDS* 10 in *om. D* 11 sanctis *om. S* et uerb.] e uerbo *W* 12 mist. *WBS* 13 rei *ex* ei u 14 pytag. *ΩB* pitag. *W,Σp.c.* plato *W* oeconomicon *W* ouecon(n *ex* m)omicum u oechono(no *add.*)micum *Ω* economicum *B* oe(e*S*)comicum *DS* xenophontis *ς* exophontis *W* aeschini u eschini *B* haescini *W* escinis *Ω* tescinis *DS* t (*eras.*) escinis *Σ* aeschinis *ς* 15 et] ac *ς* demonsthenis u demonstenis *D* domaestenis *W* demostenis *cet.* 16 *pr.* quantam *D* in *om. D* 17 proprietatem *ΩΣDS* lingua e *W* linguae in *Σ* 18 hiis *W* sufficiat *Ω* ipsa u ipsius *cet.* 19 translatoris (or *ex* ion) u 20 est] *add.* tullius *Σ* (*del.*) *S* putaui quidem *B* susc.] ad(s *ΣS*)sumere *ΩΣDS* assumere—*p. 509, 1* mihi *in mg. Σ* ut. stud. mihi *om. Ω*

lem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium.
conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter seque contrarias, Aeschini et Demosthenis, nec conuerti ut interpres, sed ut orator, sententiis isdem et earum formis tam quam figuris, uerbis ad nostram consuetudinem aptis. in quibus non pro uerbo uerbum necesse habui reddere, sed genus omnium uerborum uimque seruaui. non enim me ea adnumerare lectori putaui
oportere, sed tamquam adpendere. rursumque in calce 4
sermonis: quorum ego, ait, orationes si, ut spero, ita expressero uirtutibus utens illorum omnibus, id est sententiis et earum figuris et rerum ordine, uerba persequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro, quae si e Graecis omnia conuersa non erunt, tamen, ut generis eiusdem sint, elabo-
rauimus ⟨et cetera⟩. sed et Horatius, uir acutus et doctus, 5
hoc idem in Arte poetica erudito interpreti praecipit:

11 Cicero de opt. gen. orat. 23

1 non *om.* *Ω* 2 duarum *D* 3 inter seque (que *eras.*) *B* et inter se *S* 4 aesch. u esch. *B* esc. *Σ* et sc. *W* isc. *Ω* iscinis *D* tescinis *S* demosthenis u demonsthenis *W* demonstenis *D* demostenis *cet.* 5 isdem *Σp.r.D* hisdem *cet.* iisdem *ς* et *om.* *Σ* earundem *Σ* tam (m *in ras. m2B*) figuris quam (*in mg. m2B*) *DBS* atque figuris *Σ* 7 non] nunc *ΩD,Σa.c.* uerbum pro uerbo *W ut Ciceronis codd.* habui *s. l. Ω* 8 omnium *Hieronymi ut Ciceronis codd.* omne *ς* uimque] usumque *W* 9 mea (*pro* me ea) adn. *Ω* ea me adn. *Ciceronis codd.* me adn. ea *ς* ann. *B*, *om. S* lector *Ω,Σa.c.* 10 oportere *om. W* app. *WBS* expendere *Σa.c.m2* que *om. ς* 11 orationis u oratio *S* sicut *ΩΣD et Ciceronis aliquot codd.* 12 utensiliorum u utensiliorum illorum *W* 13 ordinem *ΩD* 14 uerbo *Ω* pers.] *add.* si *s. l. m2Σ* aborreant (aboreant u aborreat *Σa.c.*) *codd. praet. Σp.c.S* 15 e] a *Ωa.c.Σp.c.m2D*, *om.* u conuersatio *D* 16 erant *W* runt *D* e(ae-u)-laborabimus u*D et Ciceronis codd.* 17 et cet. *addidi, ne apodosi omissa lector offenderetur* *alt.* et *s. l. Σ*, *om. S* horat. u orat. *cet.* 18 praecip. u*W,Σa.c.m2* praecep. *cet.*

nec uerbum uerbo curabis reddere fidus interpres.

Terentius Menandrum, Plautus et Caecilius ueteres comicos interpretati sunt: numquid haerent in uerbis ac non decorem magis et elegantiam in translatione conseruant? quam uos ueritatem interpretationis, hanc eruditi κακοζηλίαν nuncupant.
6 unde et ego doctus a talibus ante annos circiter uiginti et simili tunc quoque errore deceptus, certe hoc mihi a uobis obiciendum nesciens, cum Eusebii χρονικὸν in Latinum uerterem, tali inter cetera praefatione usus sum: difficile est alienas lineas insequentem non alicubi excidere, arduum, ut, quae in alia lingua bene dicta sunt, eundem
7 decorem in translatione conseruent. significatum est aliquid unius uerbi proprietate: non habeo meum, quo id efferam, et, dum quaero inplere sententiam, longo ambitu uix breuis uiae spatia consummo. accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, uarietates figurarum, ipsum postremo suum et, ut ita dicam, uernaculum linguae genus: si ad uerbum interpretor, absurde resonant;

1 Horat. a. p. 133 sq. 10 cf. Eusebii Chron. can. ed. Schoene II p. 1, 8

1 uerbum uerbo u*B*,*Σp.c.* uerbo uerbum *cet.* (*uterque uerborum ordo etiam in codd. Horatianis*) fedus *Wp.c.m2* 3 terrentius *ΩS*,*Σp.c.* platus u,*Σa.c.* plato *Ω* et *om. S* cecilius *Σp.c.* cicilius *Ω*,*Σa.c.* tetilius *S* comicus u 4 herrent *ex* herent *W* ac] hac *W* 5 uos *om. ΩΣB* 6 hac *Ω*,*Σa.c.* heruditi *W*,*Σa.r.* κακοζ. u, *plus minusue corruptum in cet.* 8 quoque *om. B* 9 eusebio *W; add.* caesariensis *ς* XPѠNIKON *Σ* XPѠNIP(*eras.*)XON *Ω* XPO *W* cronica *B* 10 us. sum praef. *ς* 11 excid. u exced. *cet.* arduumque *Σp.c.m2* et arduum *BS* 12 lingua *s. l. m2B* sunt dicta *B* 13 trasl. *W* 14 proprietatem *ΩD* 15 meam *B* quo id] quod u*a.c.W* quo *Ba.c.m2* deferram *W* feram *S* 16 uiae] ui *D* uitae *ς* consumo *ΩDBS* 17 yperbat. *S* eperbat. u hiperbatorum **orum (*alt.* orum *del. m2*) *B* hy(i*D*)perbeat. *ΣDa.c.* 18 uarietas *ΩΣDBS* 19 italicam *Wa.c.m2* 20 aduerbium *W* resonat *ΩB*,*Σa.c.*

si ob necessitatem aliquid in ordine, in sermone mutauero, ab interpretis uidebor officio recessisse. et post multa, quae nunc persequi otiosum est, etiam hoc 8 addidi: quodsi cui non uidetur linguae gratiam interpretatione mutari, Homerum ad uerbum exprimat in Latinum — plus aliquid dicam —, eundem sua in lingua prosae uerbis interpretetur: uidebit ordinem ridiculum et poetam eloquentissimum uix loquentem.

6. Uerum ne meorum parua sit auctoritas — quamquam hoc tantum probare uoluerim, me semper ab adulescentia non uerba, sed sententias transtulisse — qualis super hoc genere praefatiuncula sit, in libro, quo beati Antonii uita describitur, ipsius lectione cognosce: ex alia in aliam linguam ad uerbum expressa translatio sensus operit et ueluti laeto gramine sata strangulat. dum enim casibus et figuris seruit oratio, quod breui poterat indicare sermone, longo ambitu circumacta uix explicat. hoc 2 igitur ego uitans ita beatum Antonium te petente transposui, ut nihil desit ex sensu, cum aliquid desit ex uerbis. alii syllabas aucupentur et litteras, tu quaere sententias. dies me deficiet, si omnium, qui

4 cf. Euseb. Chron. can. II p. 2, 3 14 cf. prologum Euagrii in uitam S. Antonii ap. Migne, PG. XXVI 834 15 cf. Quintil. i. o. VIII prooem. 23

1 si] et si *B* ordinem *Ω,uΣa.c.; add.* uel *ΩΣDBS* sermonem *Ω,Σa.r.* 3 post] pura *W* nunc] non *W* prosequi *WB* hoc *om. Ω,Σa.c.m2* 4 gratia *ΩΣS* gratie *D* graecam *ex* graciam *m2W; add.* in *S* 5 mutare *ΩΣDS* 6 dic. al. *Σ* in sua *ΩΣDBS* 7 pro se *B* e uerbis *Ω* uidebis *ς* 10 ne *om. Ω* scriptorum meorum *ΩΣD,S in t.* scripturarum mearum *S in mg. sup. m2* eorum (meorum *ς*) scriptorum *Bς* parua sit] suasit *uel* sua sit *Ω* sit *Σa.c.* 11 adulesc. *Σ* adulisc. u,*Wa.c.m2* adolescentia *cet.* 13 praefatiuncule *D* discribitur u*W* 14 expr. ad uerb. *ς* 15 sensum *ς* aperit *S* 16 graminae u*W* sata *om. W* stranguilat u 17 iudicare *D* 19 antoninum *W* 21 aucupantur *Ba.c.m2* et] alii *Σp.c.* ac *Ω* 22 deficiat *Ω* quae *Σa.c.* qui me *W*

3 ad sensum interpretati sunt, testimonia replicauero. sufficit in praesenti nominasse Hilarium confessorem, qui homilias in Iob et in psalmos tractatus plurimos in Latinum uertit e Graeco nec adsedit litterae dormitanti et putida rusticornm interpretatione se torsit, sed quasi captiuos sensus in suam linguam uictoris iure transposuit.

7. Nec hoc mirum in ceteris saeculi uidelicet aut ecclesiae uiris, cum septuaginta interpretes et euangelistae atque apostoli idem in sacris uoluminibus fecerint. legimus in Marco dicentem dominum: talitha cumi statimque subiunctum: quod interpretatur: puella, tibi dico, surge. arguite euangelistam mendacii, quare addiderit tibi dico, cum in Hebraeo tantummodo sit puella, surge: sed ut ἐμφατικώτερον faceret et sensum uocantis et imperantis exprimeret, addidit tibi dico.
2 rursum in Matheo redditis a proditore Iuda triginta argenteis et empto ex eis agro figuli scribitur: tunc inpletum est, quod scriptum est per prophetam Hieremiam dicentem: et acceperunt triginta argenteos pretium adpretiati, quem adpretiauerunt a filiis Israhel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. hoc in Hieremia penitus non inuenitur, sed in Zacharia aliis multo uerbis ac toto ordine discrepante;

10 *Marc. 5, 41 16 *Matth. 27, 9—10

2 hylar. *WΣDBS* homelias *ΩDS,Wp.c.,Σ* (h *eras.*) omelias *B* iob (*non* hiob) *codd.* 3 ex *BS* 4 pudita *W* 7 saec.] eclesuis *D* 9 fecerunt *Ω* dicente domino *ΩΣDBS* 10 thalit(h *s. l.*)a u thabita *Σp.c.m2* tabita *cet.* cumi] cum *WD,Σa.c.m2* subiectum ς; *add.* est *S* 11 arguit *ΣD* arguitur *S* arguatur *W* arguant *Ω* euangelista *DS* 12 ebreo *W* tantum ς 13 ἐμφατ. *paululum deprauatum exhibent* u*a.c.ΩΣBS* facerit *W* et *s. l. Σ, om. D* 14 et] atque ς inperantis u*D* 15 ab ς 16 ex eis *s. l. Ω* 17 script.] dictum *B* proph(f u)etam hier. u*W* hie(ihe*BS*)r. proph. *cet.* 18 argenteis *D* 19 quod *ΩΣDBS* a fil.] filii *ΩDS,Ba.c.m2* 20 dedit *Σa.c.* dedi *Ω,Ba.c.m2* agro *Ω,Σa.c.* 21 iheremia *BS* ieremia ς paenitus u*ΩΣ* poenitus *D* 22 in Zach.] im atharia u

uulgata quippe editio ita se habet: et dicam ad eos: si bonum est coram uobis, date mercedem mihi aut rennuite. et adpenderunt mercedem meam triginta argenteos. dixitque dominus ad me: pone illos in conflatorio et considera, si probatum sit, sicut probatus sum ab eis. et tuli triginta argenteos et misi eos in domo domini in conflatorio. quantum 3
distet ab euangelistae testimonio Septuaginta translatio, perspicuum est. sed et in Hebraeo, cum sensus idem sit, uerba praepostera sunt et paene diuersa: et dixi, inquit, ad eos: si bonum est in oculis uestris, adferte mercedem meam; et si non, quiescite. et adpenderunt mercedem meam triginta argenteos. et dixit dominus ad me: proice illud ad statuarium, decorum pretium, quod adpretiatus sum ab eis. et tuli triginta argenteos et proieci eos in domo domini ad statuarium. accusent apostolum falsitatis, quod nec cum Hebraico nec 4
cum septuaginta congruat translatoribus et, quod his maius est, erret in nomine — pro Zacharia quippe Hieremiam posuit —; sed absit hoc de pedisequo Christi dicere, cui curae fuit non uerba et syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere. ueniamus ad aliud eiusdem Zachariae testimonium, quod Iohannes euangelista sumpsit iuxta Hebraicam ueritatem: uidebunt,

1 *Zach. 11, 12—13 (sec. LXX) 10 *Zach. 11, 12—13 (sec. Hebr.) 23 *Ioh. 19, 37

1 et *om.* u dic *S* 2 est *om.* *W* mihi—merc. *om.* *W* 3 renuite *B* trigente *W* 4 dixit quoque *S* eos *B* 5 conflatorium *ς* et cons.—7 confl. *om.* *W* 6 tulli u 7 domum *S* conflatorium *Σp.c.ς* 8 euangelistarum *B* 9 et *om.* *S* 10 dixit u 12 *pr.* et *om.* *B* 14 dequorum *W* 15 quo *Vulg.* tulli *W* 16 proici *W* illos *Σ cum Vulg.* ad stat. in d. dom. *DBS* domum *Vulg.* estatuarium *W* 17 accussent u accusant *ΩΣDS* he(hę-*D* breico *WD* hebreo *Ω,Σa.c.* 19 iherem. *BS* ierem. *ς* 20 pediss. *BS* pendiss. *Wp.c.m2* cura *Bp.c.m2* fuit *om.* *D* 21 sillabe *D* 22 aliud] illud *S* dauid *D* zachariam u, *om.* *Ω* 23 sumpsit u sumit *cet.* assumit *ς* ebraic. *S* he(hae-*W*)breic. *Wa.c.m2D* uiderunt *ΩΣDS*

in quem conpunxerunt, pro quo in Septuaginta legimus:
καὶ ἐπιβλέψονται πρός με, ἀνθ' ὧν ἐνωρχήσαντο, quod interpretati
sunt Latini: et aspicient ad me pro his, quae inluse-
5 runt siue insultauerunt. discrepat euangelista et Septua-
ginta nostraque translatio, et tamen sermonum uarietas spi-
ritus unitate concordat. in Matheo quoque legimus dominum
praedicantem apostolis fugam et hoc ipsum Zachariae testimonio
confirmantem: scriptum est, ait: percutiam pastorem
et oues dispergentur. at in Septuaginta et in Hebraeo
multo aliter est; non enim ex persona dei dicitur, ut euangelista
uult, sed ex prophetae deum patrem rogantis: percute pa-
storem, et dispergentur oues. in hoc, ut arbitror, loco
iuxta quorundam prudentiam euangelista piaculi reus est,
6 quod ausus sit prophetae uerba ad dei referre personam. scribit
supra dictus euangelista ad angeli monitum tulisse Ioseph
paruolum et matrem eius et intrasse Aegyptum ibique man-
sisse usque ad obitum Herodis, ut inpleretur, quod dictum
est a domino per prophetam: ex Aegypto uocaui filium
meum. hoc nostri codices non habent, sed in Osee propheta
iuxta Hebraicam scribitur ueritatem: quia puer Israhel,

3 *Zach. 12, 10 8 *Matth. 26, 31 11 Zach. 13, 7 14 cf. Matth. 2, 13—15 18 Matth. 2, 15 20 Os. 11, 1 (sec. Hebr.)

1 conpuncx. u*W* conpux. *D* 2 *graeca mendis tantum non carent in* u*W*, *deprauata uel manca in cet.* 3 aspiciunt *Σ* qui *B* 4 discrepant *Σp.c.B* euangelista u*W* -stae(e) *cet.* et u*S*, *s. l.* *Σ*, *om. cet.* sept. u interpretum *W* sept. (-te *S*) interpretum *cet.* 5 sermone *S* spiritu *D* 7 praedicentem *ΣDB* 9 disp. ou. *ς* at] aut *W* *alt.* in *om.* *Ω* ebreo *W* 10 multum *S* est *om.* *ς* 11 ex] et *D* propheta *ΣD* rogamus *D* 12 dispe(a*D*)rgantur *WDS* ut in hoc *Σ* 13 quarundam u 14 scripsit *S* 16 paruol. u*W* paruul. *cet.* intr.] *add.* in *D s. l. m2* *ς* egypt. *W* egipt. *BS* 17 erodis u ut *om.* *W* adimpleretur *Ω* 18 est *om.* *Ω* proph. dicentem *ΣS cum Vulg.* egipto *WBS* 19 oseae u*ΣD* prophetam *W*, *om.* *ς* 20 hebreic. *WD* ebraic. *Σ* uer. scr. *B* uer.] *add.* cum ait *Σ*

dilexi eum et ex Aegypto uocaui filium meum. pro quo in eodem loco Septuaginta transtulerunt: quia paruulus est Israhel, et dilexi eum et ex Aegypto uocaui filios eius. num omnino repudiandi sunt, qui istum locum, 7
quia ad Christi maxime pertinet sacramentum, aliter transtulerunt, an danda potius uenia ut hominibus iuxta sententiam Iacobi dicentis: multa peccamus omnes; et, si quis in uerbo non peccat, iste perfectus est uir, potens refrenare omne corpus? illud uero, quod in eodem euangelista scribitur: et ueniens habitauit in ciuitate, quae dicitur Nazaret, ut inpleretur, quod dictum est per prophetam, quia Nazareus uocabitur, respondeant logodaedali et fastidiosi aestimatores omnium tractatorum, ubi legerint, discantque in Isaia positum. nam in eo loco, ubi 8
nos legimus atque transtulimus: et exiet uirga de radice Iesse et flos de radice conscendet, in Hebraeo iuxta linguae illius ἰδίωμα ita scriptum est: exiet uirga de radice Iesse et Nazareus de radice eius crescet. cur hoc

2 *Os. 11, 1 (sec. LXX) 7 *Iac. 3, 2 10 *Matth. 2, 23 13 cf. Plato Phaedrus 266 E. Cicero orator 39 15 *Esai. 11, 1 (sec. LXX) 17 *Esai. 11, 1 (sec. Hebr.)

1 dil. u*W* et dil. (-xit *Ω*) *cet.* est et dil. *ς* egipto *WBS* meum] *seq. iterum 514, 19* hoc nostri—*515, 1* meum (*514, 19* prophetam, *20* ebreicam, *515, 1* egipto) *eadem manu deleta W* 2 quo] quo et *DS* 3 est (t *eras.*) *W* dilexit *Ω* egypto *S* egipto *WB* uocauit *Ω* 4 filium *W,Σp.c.m2* num] nunc *Wp.c.* numquid *B* qui] quia *ΩWΣD* 5 quia u qui *cet.* 6 Iac. sent. *ς* 8 peccat] offendit *ς* uir perf. est *Σ* potens—corp. *del. m2 B* potest *ΩΣD* et potest *S* 9 refrenari *D* 10 uen.] uenit et *ΩDS* ueniens et (et *exp.*) *Σ* ciuitatem u*S* quae dic. *om. W* 11 nazareth *Ω,D*(th *ex* ht)*B* natzareth *W* 12 prophetas *ς* quoniam *Σ* nazareus u*ΩS* natzareus *W* nazaraeus *cet.* respondent *W* 13 locodedali *DS* loco de tali *ΩΣ* ergo dedali *W* loco et mali *B* (l. maliuoli *p.c.m2*) λογοδαίδαλοι *ς* 14 legerunt *ΩD Σa.r.* isaia u*B* isaiam *W* ysaia *S* esaia *ΩΣ* esaiam *D* 15 atque transt. *om. Ω* et transt. *in mg. Σ* atque] et *ΣDS* et u, *om. cet.* 16 eius ascendet (conscendet *D*) *ΣDBS* in] et in *ΩΣDS* ebrae(e)o *W,Σa.c.* 17 illius ΙΔΙΩΜΑ u*W* eius idioma *cet.* ita—crescet] nazareus scribitur *ΩΣDS; uerba* naz. scr. *m2 deleta post 18* crescet *exhibet B* 18 gesse *W* nazareus u,*W* (z *ex* tz) nazaraeus *cet.*

omiserunt Septuaginta? si non licet uerbum transferre pro uerbo, sacrilegium est uel celasse uel ignorasse mysterium.

8. Transeamus ad cetera — neque enim epistulae breuitas
patitur diutius in singulis morari —: idem Matheus loquitur:
hoc autem totum factum est, ut conpleretur, a do-
mino quod dictum est per prophetam dicentem:
ecce uirgo in utero habebit et pariet filium et uo-
cabunt nomen eius Emmanuhel. quod Septuaginta trans-
tulerunt: ecce uirgo in utero accipiet et pariet
2 filium et uocabitis nomen eius Emmanuhel. si uerba
calumniantur, utique non est ipsud 'habebit' et 'accipiet' nec
'uocabunt' et 'uocabitis'. porro in Hebraeo ita scriptum legimus:
ecce uirgo concipiet et pariet filium et uocabit
nomen eius Emmanuhel. non Achaz, qui arguebatur
infidelitatis, non Iudaei, qui erant dominum negaturi, sed
uocabit, inquit, ipsa, quae concipiet, ipsa uirgo, quae pariet.
3 in eodem euangelista legimus Herodem aduentu magorum
fuisse turbatum scribisque et sacerdotibus congregatis sciscitatum ab eis, ubi Christus nasceretur, illosque respondisse: in Bethlem Iudae; sic enim scriptum est in propheta:

5 *Matth. 1, 22—23 9 *Esai. 7, 14 (sec. LXX) 13 *Esai. 7, 14 (sec. Hebr.) 17 cf. Matth. 2, 3—6 20 *Matth. 2, 5—6

1 omiserint *S* transf. uerb. *ς* pro] de *W* e *S* 2 sacrilegum *ΩΣD* mist. *WBS* 3 epistola *W* breu.] ueritas *S* 4 in *om. ς* morari u,*Σa.c.* immorari *cet.* Matthaeus *ς* 5 totum *s. l. Σ, om. Ω* impler. *Σ* adimpler. *S* a—est u quod dict. est a dom. *cet.* 7 uocabitur *Σ* 8 emanuhel u,*Σa.c.* emmanuel *ΩB* 10 uocabit *W* emanuhel *Σa.c.* emmanuel u*B* emmanel *Ω* 11 calumniantur u calu(o *W*)m(mp*BS*)niamur *cet.* ipsud u idem *W* ipsum *cet.* nec] et nec u neque *ς* 12 uocabunt] uocabitur *Σ* uocabitis] uocabis *W* ebreo *W* leg. ita scr. *ς* ita] iuxta quod *Σ, om. Ω* 13 uocabis *Ω* uocabitur *Σ* 14 emanuhel *Σa.c.S* emmanuel *ΩWB* acaz *W* 16 uocauit u*D* *pr.* ipsa] ipsa uirgo *B* concipiet et *W* 17 eodem inquid *D* aduentu u ad(*om.S*) aduentum *cet.* 18 scrib.—scisc. *om. W* 20 bethlem *Σa.c.* bethleem u*ΩD*,*Σp.c.* betleem *W* bethlehem *S* belleem *B* iudaee *W* iudeae *Ω* in] a *B*

et tu, Bethlem, terra Iuda, nequaquam minima es in
ducibus Iuda; de te enim egredietur dux, qui regat
populum meum Israhel. hoc exemplum in uulgata editione
sic fertur: et tu, Bethlem, domus Effratha, modicus es,
ut sis in milibus Iuda; de te mihi egredietur, ut sit
princeps in Israhel. quanta inter Matheum et Septuaginta 4
uerborum ordinisque discordia, magis hoc admiraberis, si
Hebraicum uideas, in quo scriptum est: et tu, Bethlem
Effratha, paruulus es in milibus Iuda; ex te mihi
egredietur, qui sit dominator in Israhel. considera
gradatim, quae ab euangelista sint posita: et tu, Bethlem,
terra Iuda: pro 'terra Iuda' in Hebraico habet 'Effratha',
in Septuaginta 'domus Effratha'; nequaquam minima es
in ducibus Iuda: in Septuaginta legitur 'modicus es, ut
sis in milibus Iuda', in Hebraeo 'paruulus es in milibus Iuda'
sensusque contrarius Septuaginta sibi in hoc dumtaxat loco et
Hebraico concordante. euangelista enim dixit, quod non sit 5
paruulus in ducibus Iuda, cum e regione sit positum: 'paruulus
quidem es et modicus; sed tamen de te mihi paruulo et modico

4 *Mich. 5, 2 (sec. LXX) 8 Mich. 5, 2 (sec. Hebr.) 11 Matth. 2, 6 13 *Matth. 2, 6

1 bethlem u,*Σa.c.* bethleem *ΩDB,Σp.c.* betleem *W* bethlehem *S* 2 duc.] iudic. *D* de] ex *ΩΣDS* ingredietur *W* 4 bethleem *ΩB,Σp.c.* betleem *W* bethlehem *S* effrata *ΣBS* efphrata *W* eufratha u (u *exp.*) *D* eufrata *Ω* 5 ut sis *ΩΣ,B s. l.* (*cf. lin. 14*), *om. cet.* de] ex *B* 6 in *s. l. W* quanta u*W*, *add.* sit (*Bm2*) *cet.* Matthaeum *ς* 7 discordiam u mag. hoc] mag. *uel* sic mag. *ς* 8 hebraicam *ΩΣa.c.* ebreicum *W* quo u*W* quo ita *cet.* bethlem *Σa.c.* behtlem *D* bethleem u*Ω,Σp.c.* betleem *W* bethlehem *S* belleem *B* 9 effratha u effrata *ΣBS* efphrata *W* eufratha *D* eufrata *Ω* paruulus *in ras. m2B* paruula *Ω* 11 gratim *W* euangelistis *Ω* sunt *ΩΣDS* bethlem *D* betlem *Σa.c.* bethleem u*ΩB* betleem *W,Σp.c.* bethlehem *S* 12 in hebr. pro terra iuda *D* pro terra iuda *om. B* ebreico *W* effrata *BS* efphrata *W* efrata u effratam *ΩΣ* eufratham *D* 13 effrata *ΩΣBS* efrata u ephrata *W* eufrata *D; add.* et pro *ς* 14 duc.] iudic. *D alt.* in] quod in *ΩΣDS* 15 ebreo *W* 16 contr.] *add.* est *ς* loco dumt. *B* 17 ebreico *W* in hebraico *Σ* 19 es quidem *S* paruulo u paruo *cet.*

egredietur dux Israhel secundum illud apostoli: elegit infirma mundi deus, ut confundat fortia'. porro, quod sequitur: qui regat — uel 'qui pascat' — populum meum Israhel, aliter in propheta esse perspicuum est.

9. Haec replico, non ut euangelistas arguam falsitatis — hoc
quippe impiorum est, Celsi, Porphyrii, Iuliani —, sed ut reprehensores meos arguam inperitiae et inpetrem ab eis ueniam,
ut concedant mihi in simplici epistula, quod in scripturis
2 sanctis, uelint nolint, apostolis concessuri sunt. Marcus, discipulus Petri, ita suum orditur euangelium: principium
euangelii Iesu Christi, sicut scriptum est in Isaia
propheta: ecce mitto angelum meum ante faciem
tuam, qui praeparabit uiam tuam. uox clamantis
in deserto: parate uiam domini, rectas facite semitas eius. hoc exemplum de duobus prophetis conpositum
3 est, de Malachia uidelicet et Isaia. nam primum, quod dicitur:
ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui
praeparabit uiam tuam, in Malachiae fine positum est;
sequens autem, quod infertur: uox clamantis in deserto
et cetera, in Isaia legimus. et quomodo Marcus statim in
principio uoluminis sui posuit: sicut scriptum est in
Isaia propheta: ecce mitto angelum meum, quod

1 *I Cor. 1, 27 3 Matth. 2, 6 10 *Marc. 1, 1—3 17 *Mal. 3, 1 19 Esai. 40, 3

2 huic prudentiae et eloquentiae si accederet uel studium uel intellegentia scripturarum, uiderem te breui arcem tenere nostrorum et ascendentem cum Ioab tecta Sion canere in domatibus, quod in cubiculis cognouisses. accingere, quaeso te, accingere. nil sine magno uita labore dedit mortalibus. nobilem te ecclesia habeat, ut prius senatus habuit. praepara tibi diuitias, quas cotidie eroges et numquam deficiant, dum uiget aetas, dum adhuc canis spargitur caput, antequam 'subeant morbi tristisque senectus et labor et
3 durae rapiat inclementia mortis.' nihil in te mediocre contentus sum: totum summum, totum perfectum desidero.

10 cf. I Par. 11, 6 12 Horat. sat. I 9, 59 sq. 15 cf. Sallust. Cat. 20, 10 16 cf. Verg. Georg. III 67 sq.

1 ipsum *P* inquam *N*, *om. cet.* CΥMMΥCTH(H *om.P*)N *PΦ* CΥNMΥCTEN *N* cymmiten (n *ex* m) *D* cinmisten *k* consecretalem *B* symmysten *ς* et am. meum meum inq. am. *Φ* et am. meum inq. am. *P* meum et am. meum inq. am. *N,Ba.c.* meum et am. meum am. inq. *Bp.c.* meum et am. inq. meum *D* meum et am. am. inq. meum *k* 3 necessitudinem *DΦ,Bp.c.m2* 4 errare] errore *ς* 5 ing.] *add.* et *DNkB* infinitum *Φ* suppell(*alt.* l *s.l.P*). *PΦB* 6 loquaris *Φ* 8 accideret *Pa.c.N* acciderit *Φ* 9 intelle(i*B*)gentiae(e *B*)*Φ,Ba.c.* scientia *k* uidere *D* uideres *N* te] et *Φ* breuem *D* in breui *kB* 10 nrm *Φ* nomen *D* iacob *DNkB* tectum *ς* syon *DB* 11 cubiculis *PΦ* cubilibus *cet.* accinge *Φ* 12 nil *P* nih(ch*NB*)il *cet.* lab. uita *ς* uita *s. l. m2N* uite *P* laborem *ΦB* mort. umquam *P* 13 te] te et *Φ* 14 cottidie *Φ* quotidie *ς* 15 uiguet (i *ex* r) *B* urgu(g*N*)et *DNk* aestas *Φ* adhuc] nondum *ς* (*sed* canis spargitur *initium canescendi significat*) capud *DB* 16 ant. sub.] quam sub. ante *Φ* labor et] labore *N* 17 rapit *D* et (*eras.*) r(*s.l.*)apiat *P* med.] *add.* esse *ς* contemptus *B*

sanctum Uigilantium presbyterum qua auiditate susceperim, melius est, ut ipsius uerbis quam meis discas litteris; qui cur tam cito profectus sit et nos reliquerit, non possum dicere, ne laedere quempiam uidear. tamen quasi praetereuntem et festinantem paululum tenui et gustum ei nostrae amicitiae dedi, ut per eum discas, quid in nobis non desideres. sanctam conseruam tuam et tecum in domino militantem per te salutari uolo.

LIX.

AD MARCELLAM DE QUINQUE NOUI TESTAMENTI QUAESTIONIBUS.

1. Magnis nos prouocas quaestionibus et torpens otio ingenium, dum interrogas, doces. prima tua sciscitatio fuit, quae sint illa, q u a e n e c o c u l u s u i d i t n e c a u r i s a u d i u i t n e c

14 *I Cor. 2, 9

3 cito] *add.* a nobis *Dk,Bs.l.m2* perfectus *Φ* nos *ex* non *B* 5 retinui *ς* 6 dicas *D* quod *Φ* non *om. ς* sancta *k* 7 cons. t.] conseruantiam *D* militantum *Φ* salutare *DΦN* 8 uolo] *add.* amen *Dk* explicit ad paulinum pšbt *Φ* explicit epła hieronimi pb̄ri *N*

G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII.*
𝔄 = *Veronensis rescriptus XV. 13 s. VIII.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*
𝔅 = *Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X.*
o = *Palatinus lat. 209 s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

10 ad marcellam (-a *G*) de quinque noui testamenti questionibus *G𝔄AoB* ad marcellam de quinque questionibus noui testamenti uel de his, qui domino occursuri sunt (*add.* et reliquis epistolis, quae sequntur *Π*) *ΠD* ad marcellam de V quaestionibus (questibus *Φ*) *𝔅Φ*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in Π𝔅DoB* 12 magnas *𝔅a.c.Φ* 14 nec aur. aud. *om. o* aures *Φ,Ba.c.*

in cor hominis ascenderunt, quae praeparauit deus
his, qui diligunt eum, et quomodo rursum idem apostolus
inferat: nobis autem reuelauit deus per spiritum
suum et, si reuelatum est apostolo, intellegere debeamus,
2 quomodo et ille aliis reuelarit. ad quae breuis responsio est: non
debere nos quaerere, quid sit illud, quod nec oculus uidit
nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. si enim igno-
ratur, quomodo sciri potest? quod promittitur in futuro, non
cernitur in praesenti. spes enim, quae uidetur, non est
spes, sed iam certa possessio, quomodo si uelit quispiam
dicere: 'ostende mihi, quod inuisibile est; loquere, quod audiri
non potest; expone, quod cogitatio non conprehendit humana.'
ergo hoc sensu apostolus dixisse credendus est, quod carnalibus
oculis et aure carnali et cogitatione mortali non possint spiri-
3 talia conprehendi. etsi enim noueramus quondam Iesum
secundum carnem, sed nunc iam non nouimus eum.
et in Iohannis epistula scribitur: carissimi, nunc filii
dei sumus et necdum manifestatum est, quid futuri
sumus, quoniam uidebimus eum, sicuti est. quodque
reuelatum sibi et sanctis per spiritum esse testatur, non statim

3 I Cor. 2, 10 9 Rom. 8, 24 15 *II Cor. 5, 16 17 *I Ioh. 3, 2

1 parauit *Aa.c.m2* 2 rursus *Π* 3 autem] hoc *Φ* deus reu. *Φ* 4 et *om. Φ* debemus 𝔅 5 quomodo 𝔄*A* quid 𝔅*Φ* quod *cet.* ille *om.* 𝔄*A* aliis] *add.* aliis (*exp.*) *s. l. A* reuelaret *B* reuelauerit 𝔅*o* ad quae] adque 𝔄 atque *A* (*ex* ad quē *m2*) *Φo* 6 nos *s. l. m2* 𝔅 non *Φ* requirere 𝔅 illut *G* que *D* 7 aures 𝔄*Φ* homines 𝔄 asc.] *add.* que praeparauit deus diligentibus se *B* 8 scire 𝔄*AΦ*,𝔅*a.c.* 10 uellit *Aa.r.Bp.c.m2* 11 audire *Aa.c.m2D* 12 non (*om. Φ*) conpr. hum. cog. 𝔅*Φ* adprehendit *Aa.c.* 13 hoc ergo 𝔄*A* 14 cogitatio 𝔅*a.c.Φ* possit *A* possunt *D* 15 nouerat *A* ihm xp̄m *B* 16 non *s. l. m2A* eum *om. B, add.* secundum carnem *o* 18 manifestatum 𝔄(?)*Ao,Ba.c.* -festum *cet.* quod 𝔄(?)*AD,Φa.c.* 19 simus *o* quoniam] scimus enim, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus, quia *ς; sed Hier. ipse locum non integrum attulit* sicut *Aa.c.m2Φo* quod *ΠD* 20 esse test.] dicit *B* esse] est *Φ*

sequitur, ut ipse aliis reuelarit. alioquin audiuit et in paradiso
uerba ineffabilia, quae aliis narrare non poterat; aut si narrauit,
nequaquam ineffabilia sunt.

2. Secunda quaestio fuit, in qua dicis legisse te per trans-
itum in opusculis meis, quod agni, qui stent a dextris, et
haedi, qui a sinistris, Christiani sint atque gentiles et non
potius boni et mali. non memini me hoc aliquando dixisse et,
si dixissem, non essem in errore pertinax. quantum autem 2
dictanti subito occurrit, in secundo uolumine contra Iouinianum
super hoc capitulo disputasse me noui et non solum super
hoc, sed et de eo, quod in eandem quaestionem cadit, ubi
pisces mali a bonis piscibus separantur. quod ergo ibi plene
dictum est, nunc omittendum uidetur.

3. Tertium interrogaueras, quod dicit apostolus in aduentu
domini saluatoris rapi quosdam uiuentes obuiam in nubibus,
ita ut non praeueniantur ab his, qui in Christo dormierunt,
uisque nosse, utrum sic occurrant in corporibus et non ante
moriantur, cum et dominus noster mortuus sit et Enoch atque
Helias secundum Apocalypsin Iohannis morituri esse dicantur,
ne scilicet ullus sit, qui non gustauerit mortem. hoc ex ipsius 2
continentia loci sciri potest, quod sancti, qui in aduentu
saluatoris in corpore fuerint deprehensi, in isdem corporibus

1 cf. II Cor. 12, 4 5 cf. Matth. 25, 33 9 cf. adu. Iou. II 18. 22
12 cf. Matth. 13, 48, cf. adu. Iou. II 22 14 cf. I Thess. 4, 14—16
18 cf. Apoc. 11, 3—7 20 cf. I Cor. 15, 50—54

1 reuelaret *AB* reuelauerit *o* se (*s. l.*, *del.*) reuelarit 𝔅 alioqui *ς*
paradyso *A*,*Πp.c.m2* 5 stant *ΠD*,*oBp.c.m2* a] ad *ADa.r.* 6 edi *B*
qui] *add.* stant *ς* sunt 𝔄(?),*A* 7 me *om.* *D* dix. al. *B* 8 di-
xisse *D* 9 dictandi *Π* distincti *D* 11 eadem *D* eam 𝔄 ea *A*
quae(e)stione *Ap.c.D* 12 piscis 𝔄,*Aa.c.m2* separabuntur *ς* pene *Do*
14 tertio *Π*𝔅*Φ* aduentum *D* 16 non *s. l.* *B* his] is *B* qui
ex quae *m2A* 17 in corp. *om.* *D* et] ut *B* 18 cum et] et cum *D*
enoc *B* 19 elias *ς* apocalipsin *B* apocalipsi 𝔅 apocalypsī *GD*
abocatlypsin *Φ* 20 scilicet et 𝔅*Φ* scilicet ut *Da.c.* 21 loci cont. *o*
sciri pot.] scriptum est *o* scire *AΦ*,𝔅*a.c.* 22 fuer. depr. in corp. *ς*
alt. in *om.* *Φ* isdem *Π*𝔅*B* hisdem *cet.* iisdem *ς*

occurrant ei, ita tamen, ut inglorium et corruptum et mortale gloria et incorruptione et inmortalitate mutetur, ut, qualia corpora surrectura sunt, in talem substantiam etiam uiuorum corpora transformentur. unde dicit alio loco apostolus: propter quod nolumus spoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur mortale hoc a uita, ne scilicet corpus ab anima deseratur, sed anima habitante in corpore fiat inclitum, quod
3 ante inglorium fuit. de Enoch autem et Helia, quos uenturos Apocalypsis refert et esse morituros, non est istius temporis disputatio, cum omnis ille liber aut spiritaliter intellegendus sit, ut nos aestimamus, aut, si carnalem interpretationem sequimur, Iudaicis fabulis adquiescendum sit, ut rursum aedificetur Hierusalem et hostiae offerantur in templo et spiritali cultu inminuto carnales obtineant caeremoniae.

4. Quartum est, quod quaesisti, quomodo in Iohannis euangelio post resurrectionem dicatur ad Mariam Magdalenen: noli me tangere; nondum enim ascendi ad patrem meum, et rursum in Matheo scriptum sit, quod ad uestigia saluatoris mulieres corruerint, cum utique non sit id ipsum

4 *II Cor. 5, 4 8 cf. Apoc. 11, 3—7 17 Ioh. 20, 17 18 cf. Matth. 28, 9

1 inglorium *in ras. m2B* corruptiuum *B* mortalem *𝔅Da.c.,Φ* 2 gloriae *A* inm. mutetur (*in mg.* al utantur *m1*) *Π* -tem (m *del.*) utetur (*ex* utentur *m2*) *D* 3 corp.] *add.* mortuorum *ς* sunt resurrectura *B* resurrectura *Φ* sint *ΠD* qualem *Φ* etiam subst. *B* uirorum *B* 4 unde et *Φ* alio *𝔄A* in alio *cet.* 5 expoliari *ΠDB* superuestire *𝔄A* adsorb. *A* obserueatur (a *eras.*) *D* 6 mort. hoc] quod mort. hoc est *B* 7 habitauit *Ba.c.* inclytum *G𝔄A* 8 elia *ς* uent.] futuros *𝔄A* 9 apocalipsis *𝔅B* ab(ap-*p.c.*)ocatlypsis *Φ* et esse] esse et *o* est istius] estius *𝔄* istius *A* 11 existimamus *ς* aut] ut *A* 12 iudaeicis *Gp.c.m2* acq. *ς* rursus *Π* 13 iher. *B* ier. *ς* 14 carnalis *Φ* obteneant *𝔄,𝔅a.c.* obteneat *Aa.c.m2* optineant *GDoB* caeremoniae *𝔄Π,Aa.c.m2* cae(ce*Gp.r.*)rimoniae (cerimonias *B*) *cet.* optineant cerimonias *s. l. B* 15 in *om. Φ* 16 maria *G* Magdalenen *scripsi* -nem *𝔄* -nae *GADo* -nam *cet.* 17 nolit ne *Φ* 18 matheum *Aa.c.m2* mattheo *G* ad *s. l. m2A*, *om. 𝔄* 19 corruerent *𝔄,Aa.c.m2* id] ad *A*

tangere post resurrectionem pedes eius et non tangere. Maria 2
Magdalene ipsa est, a qua septem daemonia expulerat, ut,
ubi abundauerat peccatum, superabundaret gratia; quae, quia
dominum hortulanum putabat et quasi cum homine loquebatur
et quaerebat uiuentem cum mortuis, recte audit: noli me
tangere, et est sensus: 'non mereris meis haerere uestigiis
nec adorare quasi dominum et eius tenere pedes, quem non
aestimas surrexisse. tibi enim necdum ascendi ad patrem meum.'
ceterae uero mulieres, quae pedes tangunt, dominum confitentur 3
et merentur eius haerere uestigiis, quem ad patrem ascendisse
confidunt. quamquam, etiamsi eadem mulier in diuersis euangeliis et tenuisse pedes et non tenuisse referatur, facilis solutio
sit, cum potuerit primum corripi quasi incredula et postea
non repelli quasi ea, quae errorem confessione mutauerat,
quod et de latronibus intellegi potest, cum alius euangelista
utrumque blasphemasse, alius narret alterum esse confessum.

5. Extrema schedula continebat, utrum post resurrectionem
quadraginta diebus cum discipulis dominus conuersatus sit et
numquam alibi fuerit an latenter ad caelum ascenderit atque
descenderit et nihilominus apostolis sui praesentiam non negarit.
si deum dei filium consideres, de quo sermo est, et illum 2
esse, qui loquitur: nonne caelum et terram ego repleo,

1 cf. Marc. 16, 9 3 cf. Rom. 5, 20 4 cf. Ioh. 20, 15 5 cf. Luc. 24, 5 Ioh. 20, 17 15 cf. Matth. 27, 38—40. 44. Marc. 15, 27—30. 32. Luc. 23, 39—43 17 cf. Act. 1, 3 22 *Hier. 23, 24

1 maria *s. l. Φ* 2 magdalene 𝔄,*Ba.c.m2* -nae *GADo* -na *cet.* est ipsa *Φ* expulerit *Bp.c.m2* 3 et gratia *B* 4 hortolanum 𝔄*A*𝔅*B,Πa.c.* hominibus 𝔄*A* 5 audiuit *Π*𝔅*DΦ* 7 deum *D* et] nec *ΠDB* quae *A* 8 existimas *ϛ* 11 diu. in *ϛ* 12 refertur *D* 13 prim. corrigi *D* corrigi prim. *ϛ* 14 reppelli *AΠo* errore *A* confusione *o* 15 et *om. ΠD* aliis *Φ* 17 extr.] quinta *Π* scedu(o𝔅)la *Ap.r.Π*𝔅*oB* scidula *G* (c *ex* ch) *D* scydola *Φ* resurrectione *Φ* 18 dom. (*s. l.*) cum disc. 𝔅 cum disc. *Φ* 19 fuerint *B* laetentur *Φ* ascendit *Π* 20 discend. 𝔄𝔅*Φ,Aa.c.m2* apostolus 𝔄,*Aa.c.m2* suam *Π*𝔅*DΦ* 21 dominum *Π* dei *s. l. A* consideras 𝔅 -ris *Φ* 22 qui] quid *Φ* terra *A* inpleo *G*

dicit dominus, et de quo alius propheta testatur: caelum
mihi thronus est, terra autem scabellum pedum
meorum, et rursum alibi: qui tenet caelum palmo et
terram pugillo, de quo Dauid canit: quo ibo ab spiritu
tuo et a facie tua quo fugiam? si ascendero in cae-
lum, tu ibi es; si descendero ad infernum et habi-
tauero in extremis maris, etenim ibi manus tua
deducet me et tenebit me dextera tua, profecto non
ambiges etiam ante resurrectionem sic in dominico corpore
habitasse deum uerbum, ut et in patre esset et caeli circulum
cluderet atque in omnibus infusus esset et circumfusus, id
3 est, ut cuncta penetraret interior et contineret exterior. stul-
tum est ergo illius potentiam unius corpusculi paruitate finire,
quem non capit caelum. et tamen, qui ubique erat, etiam in
filio hominis totus erat; diuina quippe natura et deus sermo
in partes secari non potest nec locis diuidi, sed, cum ubique
sit, totus ubique est. erat igitur uno eodemque tempore et
cum apostolis quadraginta diebus et cum angelis et in patre
4 et in extremis finibus maris erat. in omnibus locis uersabatur:
cum Thoma in India, cum Petro Romae, cum Paulo in Illyrico,
cum Tito in Creta, cum Andrea in Achaia, cum singulis apo-

1 *Esai. 66, 1 3 *Esai. 40, 12 4 *Ps. 138, 7—10 18 cf. Act. 1, 3

2 tronus *Ga.c.B* tronas *Φa.c.* scabillum 𝔄𝔅*Φ* 3 palmo (psalmo *Φ*) cael. *GΠ*𝔅*DΦ* 4 dauit *Φ* ab] a *ΠΦB*,𝔅*a.c.* 5 quo a facie tua 𝔄*A* 6 ibi] illic *B* ascendero *D* ad] in *Π*𝔅*Φ* infern.] *add.* ades *ΠD*, *add.* ades si sumsero pennas meas diluculo *in mg. m2B* et] et si *Π* 7 ibi *s. l.* 𝔅 mihi *D*, *om. Φ* 8 deducit 𝔅 *pr.* me *s. l. m2B* continebit *ΠD* *alt.* me *s. l. m2Π*, *om. B* tua *s. l. B* perfecto *Φ* 10 *pr.* et *om. B* 11 clauderet *ΠDoB* inf.] fusus 𝔄*A* esset] est *G* 12 ut in cuncta *Π* int. et] introiret 𝔄*A* ext. *om. o* 13 ergo] igitur *ς* corporis *ex* corporali *B* finiri *ΠD*,*Bp.c.m2* 15 dei *Π*𝔅*D*,*Bp.c.m2* sermo] uerbum *Φa.c.* 16 secare *A* secare ne (ne *exp.*) 𝔄 seccari (ri *s. l.*) *Φ* cum ub.] ubicumque *B* 17 igitur] ergo *B* et *om. B* 19 mar. fin. *ς* erat] *add.* et *Πo* 20 toma *B* illir. *Π*𝔅*B* hyllyr. *Φ* hilir. *D* 21 andreo *o*

stolis et apostolicis uiris in singulis cunctisque regionibus. quod autem dicitur deserere quosdam uel non deserere, non naturae illius terminus ponitur, sed eorum merita describuntur, apud quos esse dignatur.

1 et apost.] apost. et *B* 2 quosd. des. *ς* 3 discribuntur 𝔄*A* 4 esse] uel (*om. ς*) esse uel non esse *Bς* dedignatur *Π*𝔅*Φ*; *add.* amen. explicit ad marcellam de V noui testamenti questionibus *G* explicit de V questionibus *D*

LX.

AD HELIODORUM EPITAPHIUM NEPOTIANI.

1. Grandes materias ingenia parua non sufferunt et in ipso conatu ultra uires ausa succumbunt; quantoque maius fuerit,

Γ = *Lugdunensis 600 s. VI* (*continet p. 548, 3* grandes—*549, 2* expl.; *3* reliquit—*5* ten.; *16* en—*19* senes; *550, 9* o mors—*10* diss.; *19 pr.* illius—*551, 4* periret; *551, 16* ante—*17* parad.; *552, 4* flammea—*5* sanguine; *18* absque—*553, 11* est; *554, 1* scieb.—mortalem; *19* non—*555, 1* fuit; *556, 10* memor—*11* nimis; *12* nec—*13* habueris; *557, 9 pr.* nec—*10* renasc.; *558, 3* in pal.—*13* militare; *559, 9* adsid.—*10* fecerat; *15* iuu.—*16* sacerd.; *16* quanto—*18* indign.; *560, 3* igitur—*4* inuid.; *5* ut qui—*6* contin.; *10* ita in—*561, 11* uincere; *562, 4* pudore—*5* postul.; *14* quidquid—*15* pensabat; *18* alii—*563, 8* ornatum; *16* mens—*18* rationem; *565, 12* intell.—*13* relinq.; *566, 2* huiusce—*3* gratius; *10* omnem—mortis; *17* si nong.—*567, 5* profic.; *568, 4* conuers.—*7* delinq.; *11* desid.—*12* uidearis; *15* ut non—*17* euas.; *572, 4* olim—*573, 10* esset; *574, 1* sentisne—*10* sociamur).
G = *Neapolitanus VI. D 59 s. VII.*
𝔄 = *Veronensis rescriptus XV. 13 s. VIII.*
K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
𝔪 = *Cheltenhamensis 30449 s. VIII* (*continet p. 567, 5* onustus—*568, 13* ago).
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X.*
Ψ = *Augustodunensis 17 A s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad eliodorum de morte nepotiani *Γ* ep̄is sc̄i hieronimi ad heliodorum consolatoriam (*sic*) de morte nepotiani epitaphium *G* ad heliodorum (episcopum *add. ΦB*) epitaphium nepotiani (pb̄ri *add. B*) *𝔄 in indice praemisso* (*in textu titulus euanuit*) *ΦB* de (*s. l. K*) excessu nepot(c*Ψ*)iani p̄rbi (prb *K*) ad e(he*Ψ*)liodorum episcopum eiusdem auuncu(o*K*)lum *KΨ* ad heliodorum episcopum de ep(*ex* dep)ithaphium nepotiani episcopi *D*; *titulo caret fragmentum in* 𝔪; *Hieronymi nomen exhibent tituli in G,KΦΨ* (eiusdem) 3 grandis materia *Γa.c.m2* sustinent *ς* in *s. l. K* 4 ultra] contra *GΨ,Ka.c.m2* ausa] causa *Γ* subc. *Γ,Ba.c.* succumbuntur *Φ* quantumque *et* tantum *Γa.c.m2*

quod dicendum est, tanto magis obruitur, qui magnitudinem rerum uerbis non potest explicare. Nepotianus meus, tuus, noster, immo Christi et, quia Christi, idcirco plus noster reliquit senes et desiderii sui iaculo uulneratos intolerabili dolore
confecit. quem heredem putauimus, funus tenemus. cui iam meum 2
sudabit ingenium? cui litterulae placere gestient? ubi est ille ἐργοδιώκτης noster et cygneo canore uox dulcior? stupet animus, manus tremit, caligant oculi, lingua balbutit. quidquid dixero, quia ille non audiet, mutum uidetur. stilus ipse quasi sentiens et cera subtristior uel rubigine uel situ obducitur. quotienscumque nitor in uerba prorumpere et super tumulum eius epitaphii huius flores spargere, totiens inplentur oculi et
renouato dolore totus in funere sum. moris quondam fuit, ut 3
super cadauera defunctorum in contione pro rostris laudes liberi dicerent et instar lugubrium carminum ad fletus et gemitus audientium pectora concitarent: en rerum in nobis ordo mutatus est et in calamitatem nostram perdidit sua iura natura: quod exhibere senibus iuuenis debuit, hoc iuueni exhibemus senes.

7 cf. Ex. 3, 7 etc.

1 maius *D* qui] si *Γ* 2 rerum *s. l. m2Ψ* rei *ς* neputianus *Kp.c.m2* 3 relinquid *G* 4 senes] nos caros noster *Γ* et *exp. K, om. ΨB* desid.] amoris *Γ* uulneratus *Γ,Ψa.c.m2; add.* et *ς* intolerabile *KΨ* 5 conficit *Da.c.m2B* confectos *ς* iam] tam *Kp.c.m2Φ* 6 sudauit *GΦ* litterae *G* gestiunt *GΨ,Ka.c.m2* 7 eprΛIOuIKTHC *KΨ* ecpsodi ..... 𝔄 epidioctes *G, om. D* cycneo *KΦ* cigneo *DB* cingeo *Ψ* corgneo (g *eras.*) *G*, ? 𝔄 8 calligant *G* b(u*G*)albuttit *GDΨ,Ka.r.*, ? 𝔄 9 audit *D* 10 cera] idcirco *B* 12 epitafii *G* aepithapii *D* ephitapii *Φ* ephitafii *KΨ* toties *B* totius *Φ; add.* lacrimis *ς* 13 mores 𝔄,*Kp.c.m2,Φ* (*ex* ores) mos *D* ut] *s. l. m2 K, in l. m2 B, om. Ψ* et *Φ* ait *D* 14 conditionem *Φ* rostris] stratis *D* (*corr. in mg. m2*) 15 liberis *Dp.c.m2* lugubrum *Φ* carnium *GKa.c.* 16 gemitum *D* audientum (?) 𝔄 audiendum (au *ex* a) *Φ* en—nobis] ipse in nobis rerum *Γ* 17 imutatus (*sic*) *Γ* est *om. B* calamitate nostra *Kp.c.B* 18 quod enim *Γ* iouenis sen. *Γ* iouene *Γ* exhi(xi*B*)bui(bue*K*)mus *Kp.c.m2DΦB* exhibent (h *s. l. m2G*) *G*, ? 𝔄

2. Quid igitur faciam? iungam tecum lacrimas? sed apostolus
prohibet Christianorum mortuos dormientes uocans et dominus
in euangelio: non est, inquit, mortua puella, sed dor-
mit. Lazarus quoque, quia dormierat, suscitatus est. laeter et
gaudeam, quod raptus sit, ne malitia inmutaret men-
2 tem eius, quia placuerit deo anima illius? sed inuito
et repugnanti per genas lacrimae fluunt et inter praecepta
uirtutum resurrectionisque spem credulam mentem desiderii
frangit affectus. o mors, quae fratres diuidis et amore sociatos
crudelis ac dura dissocias! adduxit urentem uentum dominus
de deserto ascendentem, qui siccauit uenas tuas et desolauit
fontem tuum. deuorasti quidem Ionam, sed et in utero tuo
uiuus fuit. portasti quasi mortuum, ut tempestas mundi con-
3 quiesceret et Nineue nostra illius praeconio saluaretur. ille,
ille te uicit, ille iugulauit fugitiuus propheta, qui reliquit
domum suam, dimisit hereditatem suam, dedit dilectam animam
suam in manus quaerentium eam. qui per Osee quondam tibi
rigidus minabatur: ero mors tua, o mors; ero morsus
tuus, inferne, illius morte tu mortua es, illius morte nos
uiuimus. deuorasti et deuorata es, dumque adsumpti corporis
sollicitaris inlecebra et auidis faucibus praedam putas, interiora
tua adunco dente confossa sunt.

1 cf. I Thess. 4, 12 3 Matth. 9, 24 etc. 4 cf. Ioh. 11, 1—44 5 *Sap. 4, 11 6 cf. Sap. 4, 14 9. 10 cf. Os. 13, 15 12 cf. Ion. c. 1—3 15 cf. Hier. 12, 7 18 *Os. 13, 14

1 quod *Φ* 2 prohibent 𝔄 3 inquit *om. DB* 5 quod 𝔄*ΦB* quia *cet.* sit] est *D*, *om. Φ* in(m𝔄)mutaret 𝔄*B* inmundaret *Φ* mutaret *cet.* 6 placuerat *Ga.c.D* domino *B* 7 repugnati 𝔄 repungnant *Φ* 8 uirt. *om. Φ* desiderit 𝔄 desidero *G* 9 o amara mors *Γ* fratres] sc̃s *Φ* diuidis 𝔄*ΨB,Dp.c.m2* -dit *Φ* -des *cet.* sociatus *ΓKΦ* 10 ac] et *B* 11 ascendentes 𝔄 12 et *om. GΦB* 13 conquiescerent 𝔄 -rat *Φ* 14 et *s. l. m2K*, *om. Ψ* niniue 𝔄*ΨB,Dp.c.m2* 15 *pr.* ille *s. l. m2K*, *om. GΨ* de euicit *Φ* *alt.* ille] *add.* te *GKB* relinquit *G* 16 demisit *KΦ* 17 manibus *ς* eum *G* 19 *pr.* illius—*alt.* morte] de morte xp̃i mors mortua est o mors xp̃i morte *Γ* *alt.* illius] an (*sic*) illius 𝔄 20 deuorasti—es] mors enim, dum deuorat, deuorata est *Γ* adsumpsisti *Ka.r.Ψ* absumpti *Γ* 21 solicitiris 𝔄 sollicita *Φ* sollicitatur *Γ* abidus *G* 22 tua] eius *Γ*

3. Gratias tibi, Christe saluator, tua agimus creatura, quod tam potentem aduersarium nostrum, dum occideris, occidisti. quis ante te miserior homine, qui aeterno mortis terrore prostratus uiuendi sensum ad hoc tantum acceperat, ut periret? regnauit enim mors ab Adam usque ad Moysen etiam super eos, qui non peccauerunt in similitudinem praeuaricationis Adam. si Abraham, Isaac et 2
Iacob in inferno, quis in caelorum regno? si amici tui sub poena offendentis Adam et, qui non peccauerant, alienis peccatis tenebantur obnoxii, quid de his credendum est, qui dixerunt in cordibus suis: non est deus, qui corrupti et abominabiles facti sunt in uoluntatibus suis, qui declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum? quodsi Lazarus uidetur in sinu Abraham locoque refrigerii, quid simile infernus et regna caelorum? ante Christum Abraham 3
apud inferos; post Christum latro in paradiso. et idcirco in resurrectione eius multa dormientium corpora surrexerunt et uisa sunt in caelesti Hierusalem. tuncque conpletum est illud eloquium: surge, qui dormis, et eleuare et inluminabit te Christus. Iohannes Baptista in heremo personat:

5 *Rom. 5, 14 11 Ps. 13, 1 *Ps. 13, 1 13 Ps. 13, 3 15 cf. Luc. 16, 22—31 17 cf. Luc. 23, 43 18 cf. Matth. 27, 52—53 20 *Eph. 5, 14

1 salu. *om.* Γ de tua *D* 2 tam—occidisti *in mg. inf. m2* 𝔄 3 quis—homine *om.* Γ te *in mg. K, om.* Ψ quia *Ka.r.*Ψ aeternae Ψ -ne Γ 4 accepit Γ 5 enim *om. K*Ψ mosen *Gp.r.*𝔄 6 super] in *D* 7 adae *DB* isac *K* et isaac *D* et *s. l. K* 8 regno cael. Ψ sub] in *G*Ψ,*K* (*exp.*), *om. B* 9 poenam *K*Ψ peccauerunt *G* (-be-) *D*Ψ,*Ka.c.m2* pecc. al. *K*Ψ 11 corde suo *D*Ψ corr. sunt *B* 12 abhominabiles *D*Φ in uol. suis *om. D* uolupt. *G*Ψ*B* 13 sunt] *add.* in uolun(p*G*)tatibus suis *GD* 14 qui] quid Φ 15 eleazarus *G*,*Ka.r.* abrahae ς 16 caelorum] *add.* est *s. l.* Φ etiam abr. Γ 17 aput *G*,*Ka.c.* ad Φ post] aput post Φ etiam latro Γ paradyso Γ paradi(yΨ)s(ss*G*)um *GK*Ψ 19 ierusalem *B* tumque 𝔄 tunc *G*Ψ in(m)pletum *K*Ψ 20 elogium *D*Ψ inluminauit *GKD*Φ 21 iohannis *Ka.c.*Φ heremum Φ

paenitentiam agite; adpropinquauit enim regnum
4 caelorum. a diebus enim Iohannis Baptistae regnum caelorum uim passum est et uiolenti diripuerunt illud. flammea illa rumphea, custos paradisi, et praesidentia foribus cherubin Christi restincta et reserata sunt sanguine. nec mirum hoc nobis in resurrectione promitti, cum omnes, qui in carne non secundum carnem uiuimus, municipatum habeamus in caelo et hic adhuc positis dicatur in terra: regnum dei intra uos est.

4. Adde quod ante resurrectionem Christi notus tantum erat in Iudaea deus, in Israhel magnum nomen eius, et ipsi, qui nouerant eum, tamen ad inferos trahebantur. ubi tunc totius orbis homines ab India usque ad Britanniam, a rigida septentrionis plaga usque ad feruores Atlantici oceani, tam innumerabiles populi et tantarum gentium multitudines quam uariae linguis, habitu tam uestis et armis? piscium ritu ac lucustarum et uelut muscae et culices conterebantur; absque notitia enim creatoris sui omnis

1 Matth. 3, 2 2 cf. Matth. 11, 12 4 cf. Gen. 3, 24 7 cf. Rom. 8, 12. II Cor. 10, 3 cf. Phil. 3, 20 8 Luc. 17, 21 10 Ps. 75, 2 16 Verg. Aen. VIII 723

2 enim *s. l. m2K, om. DΨ* 3 passus est *Φp.c.Ψ* patitur *G* diripiunt *GΨB*, ? 𝔄 4 rumph(f*Γ*)ea *Γ* (o *pro* u *m2*) *D,B* (o *pro* u *m2*) (*cf. p. 404, 13*) romf(ph*Φ*)ea *GKΦΨ*, ? 𝔄 paradysi *Ψ* paradissi *Ga.r.* foris *Bp.c.m2* 5 cherubim 𝔄 (*ex* cher.) *Ψ,Bp.c.m2* cerubin *GKΦ* chyrupin *Γa.c.m2* restincta et *eras. Ψ* 6 resurrectionem *ΦB* cum] qui *GΨ,Ka.c.m2* qui *om. GΨ* 7 carne non sec. *om.* 𝔄 carnem] carne *G* habemus 𝔄*a.c.Kp.r.Φ* 8 et *s. l. m2K, om. GΨ* 11 in iud. erat *ς* erat *om. B* *alt.* in] et in *B* 12 nouerunt *Ka.c.m2DΨ* eos *Ψ* tradebantur *GΨ* 13 urbis *Φ* ad *om.* 𝔄*DB* (*fort. recte*) bretaniam (e *ex* i *m2*) *Φ* brittan(nn*B*)iam (ia *K*) *cet.* a rigida 𝔄*D* a regida *Kp.c.m2* a frigida *B* arida *Φ* a meridie et *GΨ, Ka.c.m2* 14 atl. *G* athl. (athanti** *Φ*) *cet.* 15 tam *s. l. m2 K, om. GΨ* 16 linguae *G*𝔄*,Ka.c.m2* uestibus *Bp.c.m2* uentis *Φ* 17 hac *Φ* et *D* locust. *Kp.c.m2ΨB* uelut] uermium 𝔄 muscas *G* culicis *Ψ* pulices *Dp.c m2* 18 notitiam *KΨa.c.,Φ* etenim *D, om. Γ* omnes 𝔄*, om. Γ*

homo pecus est. nunc uero passionem Christi et resurrectionem
eius cunctarum gentium uoces et litterae sonant. taceo de 2
Hebraeis, Graecis et Latinis, quas nationes fidei suae in crucis
titulo dominus dedicauit. inmortalem animam et post dissolutionem corporis subsistentem, quod Pythagoras somniauit, Democritus non credidit, in consolationem damnationis suae Socrates disputauit in carcere, Indus, Persa, Gothus, Aegyptius philosophantur. Bessorum feritas et pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam inferiis homines immolabant, stridorem suum in dulce crucis fregerunt melos et totius mundi una uox Christus est.

5. Quid agimus, anima? quo nos uertimus? quid primum adsumimus? quid tacemus? exciderunt tibi praecepta rhetorum et occupata luctu, oppressa lacrimis, praepedita singultibus dicendi ordinem non tenes! ubi illud ab infantia studium litterarum et Anaxagorae ac Telamonis semper laudata sen-

16 cf. Cicero Tusc. disp. III 28. 30. 58. Ennius Telamo fr. II Vahl.[2]

1 homo] enim *Φ* nunc—sonant] in tantum xp̄i gratia per omnes gentes deffusa est, ut non solum uideamus inminutum, sed paene iam sublatum gentilitatis errorem, diffusa ita, ut passionem domini et resurrectionem eius cunctae nationum uocis et littere inferis sonant et qui mortuorum quondam mortuis idolis hominis immolabat, stridorem suum in dulce crucis frigerent melus et totius mundi una uox xp̄i laudatio est *Γ* passione *Kp.c.* post passionem *D* resurrectione *Kp.c.* 2 uoces] et uoces *B* 3 hebrehis *B* 4 pos *𝔄* 5 pytag. *D* pitag̊. *G* phytag. *KΨB* phitagoris *Φ*, ? *𝔄* 6 in consol.—disp. *in mg. inf. m2K, om. GΨ* in *om. Φ* consolatione *D* 7 gotus *G* aegiptius *K* egyptius *DB* aegyptus *G* 8 phylopantus *GΨ* phylosophantur (so *m2*) *K* besorum *B* uessorum *G* pop.] multorum *Φ* 9 qui] quo *Φ* inferis *Ka.c.m2DΨ* inferias *Φ*, *om. G* 10 dulces *G* duce *Ka.c.m2Ψ* frigerent *Γ* mellos *Ga.r.* melus *ΓK* melius *Ψ* 11 xp̄i laudatio *Γ* 12 nos uertimur *Φ* *alt.* quid] quod *Φ* 13 exced. *𝔄KΨ* exciderimne *D* excideruntne *ς* reth. *GDΦΨB* 14 obpressa *G* lacr.] nimiis *ex* animis *G* 15 ubi est *GKΨ* illum *Φ* inf. et (*eras.*) *G* 16 et *s. l. K, om. GΨ* anexagorae *G* ac] et *D* sententiam *𝔄*

2 tentia: 'sciebam me genuisse mortalem'? legimus Crantorem,
cuius uolumen ad confouendum dolorem suum secutus est
Cicero, Platonis, Diogenis, Clitomachi, Carneadis, Posidonii ad
sedandos luctus opuscula percucurrimus, qui diuersis aetatibus
diuersorum lamenta uel libris uel epistulis minuere sunt conati,
ut, etiamsi nostrum areret ingenium, de illorum posset fonti-
bus inrigari: proponunt innumerabiles uiros et maxime Periclen
et Xenophontem Socraticum, quorum alter amissis duobus
filiis coronatus in contione disseruit, alter, cum sacrificans
filium in bello audisset occisum, deposuisse coronam dicitur
et eandem capiti reposuisse, postquam fortiter in acie dimi-
3 cantem repperit concidisse. quid memorem Romanos duces,
quorum uirtutibus quasi quibusdam stellis Latinae micant
historiae? Puluillus Capitolium dedicans mortuum, ut nuntia-
batur, subito filium se iussit absente sepeliri; Lucius Paulus
septem diebus inter duorum exequias filiorum triumphans
urbem ingressus est. praetermitto Maximos, Catones, Gallos,
Pisones, Brutos, Scaeuolas, Metellos, Scauros, Marios, Crassos,
Marcellos atque Aufidios, quorum non minor in luctu quam

7 cf. Val. Max. V 10, ext. 1. 2 14 cf. Val. Max. V 10, 1. 2

1 scieb.—mort.] quidam pater consolantibus eum (*del. m2 et in mg. scr.* se) super filiae morte (e *ex* em *m2*) respondit: sciebam me genuisse mortalem *Γ* scieb. enim *G* cratorem *D* scrantorem *G* driantorem (dr *ex* d) *Φ* 2 confodendum *Ψ* fouendum 𝔄 3 clithom. *K* clithomaci *Ψ* clitomamachi *Φ* scitom. 𝔄 et lythom. *G* carmineadis 𝔄 possidonii *D* pondi *GΨ* 4 sedendo luctos 𝔄 percurrimus *Ka.c.DΨ* 5 laméntis *D* luctum *ς* 6 etiam] tum *Φ* nostrorum *Ψp.c.m2* careret *Φ* haereret *D* horreret *G* possit *KDΨ* possum *G* 7 periclin *Φ* periclem *ς* 8 et *om. GΨ* xenoph. *Ψ* exenof. *D* senof. *B* xenof. *cet.* omissis *GKΨ* 10 depos.] *add. s. l.* hic incipit *Ψ* 11 et *om. G* capiti *s. l. K*, *om. GΨ* aciem *GΦΨ,Ka.c.* 14 mortae 𝔄 15 sepelliri *GK* se(ae*Φ*)pelire *ΦΨ* 16 exequia 𝔄 17 orbem ingresus 𝔄 gaios *GΨ,Ka.c.m2* 18 phisones *DB* bruttos *G* scebolas *G* scepholas *D* scaetuolas 𝔄 Scauros] caros *Ka.c.Ψ* matrios *Ka.r.Ψ* crassios *G* 19 aufidos *DB* non minor—fuit] non minus laudandus est uir fortis in luctu quam qui in bello (o *in ras. m2*) *Γ*

in bellis uirtus fuit et quorum orbitates in Consolationis libro Tullius explicauit, ne uidear aliena potius quam nostra quaesisse; quamquam et haec in suggillationem nostri breuiter dicta sint, si non praestet fides, quod exhibuit infidelitas.

6. Igitur ad nostra ueniamus. non plangam cum Iacob et Dauid filios in lege morientes, sed cum Christo in euangelio suscipiam resurgentes. Iudaeorum luctus Christianorum gaudium est. ad uesperum demorabitur fletus et ad matutinum laetitia. nox praecessit, dies autem adpropinquauit. unde et Moyses moriens plangitur, Iesus absque 2
funere et lacrimis in monte sepelitur. quidquid de scripturis super lamentatione dici potest, in eo libro, quo Paulam Romae consolati sumus, breuiter explicauimus. nunc nobis per aliam semitam ad eundem locum perueniendum est, ne uideamur praeterita et obsoleta quondam calcare uestigia.

7. Scimus quidem Nepotianum nostrum esse cum Christo et sanctorum mixtum choris, quod hic nobiscum eminus rimabatur in terris et aestimatione quaerebat, ibi uidentem comminus dicere: sicut audiuimus, ita et uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei nostri, sed desiderium absentiae eius ferre non possumus, non illius, sed nostram uicem dolentes. quanto ille felicior, tanto nos 2
amplius in dolore, quod tali caremus bono. flebant et sorores

5 cf. Gen. 37, 33—35 6 cf. II Reg. 18, 33 8 Ps. 29, 6 9 Rom. 13, 12 10 cf. Deut. 34, 8 cf. Ios. 24, 30 12 sc. epist. XXXIX 19 *Ps. 47, 9 23 cf. Ioh. 11, 33

1 uirtus] luctus *G* orbit. in] orbitate sint (t *eras.* *K*) *KΨ* 2 tullius *s. l. K*, *om. Ψ* explicabit *K* adplicauit *D* pot. al. *D* 3 sugill. *ΦΨB* 7 recipiam *ς* 8 est *om. Φ* uesperam *ς* 9 autem *om. 𝔄D* adpropinquaƀ *D* 10 moses *Gp.r.* mosis 𝔄 plang.] *add.* et *GΨ*,*K* (*eras.*) hiesus *𝔄D* hierus *Φ* iħu *G* 11 sepellitur *GK* 12 lamentationem *codd. praet.* 𝔄 14 est *om. Φ* 15 praetrita *ς* obolita *ex* oblita *m2 D* abolita *Ψ* 17 et *s. l. K*, *om. G* 18 extimatione *GB* aestimationem *Ψ* quaerebant 𝔄 ubi *D* 19 ita et uid. *om. Φ* ita et] sic 𝔄 sic et *ς* 20 uirtutem *D* 22 nostro uicem *G* nostra inuicem *Φ* ampl. nos *D* 23 ampl. *om. G* in *s. l. K*

Lazarum, quem resurrecturum nouerant, et, ut ueros hominis exprimeret affectus, ipse saluator plorauit, quem suscitaturus erat: apostolus quoque eius, qui dixerat: cupio dissolui et esse cum Christo et alibi: mihi uiuere Christus est et mori lucrum, gratias agit, quod Epaphras de mortis sibi uicinia redditus sit, ne haberet tristitiam super tristitiam,
3 non incredulitatis metu, sed desiderio caritatis. quanto magis tu, et auunculus et episcopus, hoc est et in carne et in spiritu pater, aues uiscera tua et quasi a te diuulsa suspiras! sed obsecro, ut modum adhibeas in dolore memor illius sententiae: ne quid nimis' obligatoque parumper uulnere audias laudes eius, cuius semper uirtute laetatus es, nec doleas, quod talem amiseris, sed gaudeas, quod talem habueris, et sicut hi, qui in breui tabella terrarum situs pingunt, ita in paruo isto uolumine cernas adumbrata, non expressa signa uirtutum suscipiasque a nobis non uires, sed uoluntatem.

8. Praecepta sunt rhetorum, ut maiores eius, qui laudandus est, et eorum altius gesta repetantur sicque ad ipsum per gradus sermo perueniat, quo uidelicet auitis paternisque uir-

2 cf. Ioh. 11, 35 3 *Phil. 1, 23 4 Phil. 1, 21 5 cf. Phil. 2, 27

1 quam *Φ* uerus *GD* homines *KΦ* hominibus *G* 2 exprimeretur *GD* quem] qui *Dp.c.m2* resusc. *Dp.c.m2B* 3 dixerit *Φ* dixit *ς* 5 epafras *ΦB* epafra *G* ephafras *Kp.r.Ψ* dephafras *Ka.r.*, ? 𝔄 6 uicina *ΦΨ*,*Ba.c.m2* redditur *G* sit *om.* *GKΨ* 7 credulitatis *G* metuis ed (ed *in ras. m2*) *K* metum sed 𝔄 8 *tert.* et *s. l.* *K*, *om.* *Ψ* *pr.* in *om.* *Φ* *alt.* in *om.* *G* 9 pater et abunculus *G* aues *Φ* (habes *m2*) *B* habes *KΨ* doles *GD* doles abesse *ς*, ? 𝔄 deuulsa *KΦΨ* diuisa *D*, ? 𝔄 10 memor] omnis homo in dolore positus memor sit *Γ* sent.] *add.* qua dicitur *B* 11 quod *Φ* 12 ne *G* nec dol.—hab.] uir sapiens, quando filium bonae indolis amittit, non doleat, quod talem perdiderit, sed doleat (*exp. s. l. m2* gaudeat), quod talem habuerit *Γ* 13 amis.—talem *s. l. m2K*, *om.* *Ψ* 14 sit. terr. *G* ita et in *Ψ* 15 adornata *GΨ*,*Ka.c.m2* expressi signum *Φ* 17 haec praec. *D* s (*del.*) praec. 𝔄 rhet. 𝔄 reth. *cet.* ut *om.* *G* 18 gesta alt. *ς* alt.] amplius *ΦB* sitque *G* per grad. *om.* *G* 19 quod 𝔄*ΓΨ* habitis *G* uirtutum *Φ*

tutibus inlustrior fiat et aut non degenerasse a bonis aut mediocres ipse ornasse uideatur. ego carnis bona, quae semper et ipse contempsit, in animae laudibus non requiram nec me iactabo de genere, id est de alienis bonis, cum et Abraham et Isaac, sancti uiri, Ismahelem et Esau peccatores genuerint et e regione Iephte in catalogo iustorum apostoli uoce numeratus de meretrice sit natus. *anima*, inquit, *quae peccauerit*, 2
ipsa morietur; ergo et, quae non peccauerit, ipsa uiuet. nec uirtutes nec uitia parentum liberis inputantur; ab eo tempore censemur, ex quo in Christo renascimur. Paulus, persecutor ecclesiae et mane lupus rapax Beniamin, ad uesperam dedit escam Ananiae oui submittens caput. igitur et Nepotianus noster quasi infantulus uagiens et rudis puer subito nobis de Iordane nascatur.

9. Alius forsitan scriberet, quod ob salutem illius orientem heremumque dimiseris et me, carissimum sodalem tuum, redeundi spe lactaueris, ut primum, si fieri posset, sororem cum paruulo uiduam, dein, si consilium illa respueret, saltim

4 cf. Gen. 16, 11. 12 5 cf. Gen. 27, 41 6 cf. Hebr. 11, 32 cf. Iudd. 11, 1 7 Ezech. 18, 4 11 cf. Gen. 49, 27 12 cf. Act. 9, 17—18

1 denegasse *Ψ* a bonis] ab omnibus *G* 2 mediocris *ΦΨ* ergo *Bp.c.m2* 3 contempsit] neg(c*K*)lexit *GKΨ* 4 de genere iactabo *GKΨ* habraham *Φ* 5 isac *K* isaac et *B* isaac et iacob *G* Ism. et Esau] ismaelites aut *G* ismahelem *KΨ* ismalem *𝔄* ismahel *D* hismah(h *s.l.B*)elem *ΦB* 6 et *om. KΨ* e reg.] religione *G* iepthe *G* (th *ex* t) *Φ* iept(a)e *KB*, *om. Ψ* cathalogo *GB* 7 inquit *in mg. B*, *om. Φ* 8 ipse *Φ* et] haec *GKΨ*, *om. ς* qui *Ψ* peccauit *G* 9 *pr.* nec] non *Γa.c.m2* neque *Γ* par. *om. GK* quia ab *Γ* 10 cens.] xp̄i cens. nomine et (et *del. m2*) *Γ* renascetur *Γ* nascimur *GΦΨ,Ka.c.m2; add.* unusquisque pro se ratione reddeturus est *Γ* 11 et *om. Φ* male *Ψ* Beni. *om. GKΨ* uesperum *G* 12 esca *G* annaniae *GΨ* oui *om. G* 13 noster] nunc *G,Ka.c.m2* non *Ψ* uagiens *om. D* nob.] *add.* quasi *ς* 14 iordanne *G,Kp.c.m2* nascitur *D* 15 quod *s. l. m2Φ* 16 demiseris *KΦ* 17 redeunte *Ka.c.* laetaueris *Kp.c.m2Φ* letaueris (*exp.*, *s. l. m2* letificaberis) *B* si *s. l. m2 KΨ*, *om. G* posset *𝔄DB* possit *cet.* 18 paruolo *𝔄* deinde *Ka.r.Dp.c.m2Ψ* respueres *Φ* respuerit *GKΨ* saltem *𝔄D*

nepotem dulcissimum conseruares. hic est enim ille, de quo
tibi quondam uaticinatus sum: licet paruulus ex collo
2 pendeat nepos. referret, inquam, alius, quod in palatii
militia sub chlamyde et candenti lino corpus eius cilicio tritum
sit, quod stans ante saeculi potestates lurida ieiuniis ora
portauerit, quod adhuc sub alterius indumentis alteri militarit
et ad hoc habuerit cingulum, ut uiduis, pupillis, oppressis,
miseris subueniret: mihi non placent dilationes istae inperfectae
seruitutis dei et centurionem Cornelium, ut lego iustum, statim
audio baptizatum.

10. Uerumtamen uelut incunabula quaedam nascentis fidei
conprobemus, ut, qui sub alienis signis deuotus miles fuit,
donandus laurea sit, postquam suo regi coeperit militare.
balteo posito habituque mutato, quidquid castrensis peculii
fuit, in pauperes erogauit. legerat enim: qui uult perfectus
esse, uendat omnia, quae habet, et det pauperibus
et sequatur me et iterum: non potestis duobus domi-
2 nis seruire, deo et mamonae. excepta uili tunica et
operimento pari, quod tecto tantum corpore frigus excluderet,

2 epist. XIV 2, 3 (p. 46, 17) 9 cf. Act. 10, 2. 22. 48 13 cf. Horat. c. IV 2, 9 15 *Matth. 19, 21 17 *Matth. 6, 24 etc.

1 conseruaret *Φ* conseruarit *Kp.c.m2* conuersaris *G* 2 quond. *om.* *G* 3 in pal.—chlam.] quidam fidelis uir in palatio militans sub *Γ* 4 militiam *Φ* clamide (-dem *Φ*) *codd. praet.* 𝔄 candente *Γ* eius] suum *Γ* trit. sit quod] terebat et *Γ* trit.] tributum *G* 5 stans ante] stante (st *eras.*) *G* ieiunis 𝔄 6 portabat *Γ* quod adh.] ac *Γ* alt.] alteris *Ka.c.m2* altaris *Ψ* indumenti *G* alteris *Φ* militauerit *D* militabat *Γ* militat *Ka.c.m2Φ* 7 ad hoc] adhuc tantum *Γ* haberet *GKΨ* habebat *Γ* ut in *G* obpr. pup. *B* obpr. *GB* 8 miserisque *D* mihi—12 ut *om.* *Γ* iste *Ga.c.*𝔄*D* 9 cornil. *Φ* cornill. 𝔄 istum *KΨ* 11 quaedam *om.* *GKΨ* 12 ut *s. l.* *G* qui ergo *Γ* milis xp̄i *Γ* 13 don.—milit.] dubium non est, quod, postquam suo regi militare coepit, donatus sit laurea *Γ* donatus *ΓGΨ*,*Ka.c.m2* aurea *KΨa.c.m2* 14 baltheo *Φ* quicquid *DΨB* qd̄qd̄ (= quodquod) *Φ*; *add.* in illo *G* castrensi *Gp.r.* castrinsiis *Φ* peculi *Ga.c.K* saeculi *Ψ* 15 perf. esse *om.* *Ψ* 18 mammonae(e) *ΨB* excepto *Ψ* tunica *om.* *Ψ* 19 quo *DB*

nihil sibi amplius reseruauit. cultus ipse prouinciae morem sequens nec munditiis nec sordibus notabilis erat. cumque arderet cotidie aut ad Aegypti monasteria pergere aut Mesopotamiae inuisere choros uel certe insularum Dalmatiae, quae Altino tantum freto distant, solitudines occupare, auunculum pontificem deserere non audebat tota in illo cernens exempla uirtutum domique habens, unde disceret. in uno atque eodem 3
et imitabatur monachum et episcopum uenerabatur. non, ut in plerisque accidere solet, adsiduitas familiaritatem, familiaritas contemptum illius fecerat, sed ita eum colebat, quasi parentem, ita admirabatur, quasi cotidie nouum cerneret. quid multa? fit clericus et per solitos gradus presbyter ordinatur. Iesu bone, qui gemitus, qui heiulatus, quae cibi interdictio, quae fuga oculorum omnium! tum primum et solum auunculo iratus est. querebatur se ferre non posse et iuuenalem aetatem incongruam 4
sacerdotio causabatur. sed quanto plus repugnabat, tanto magis omnium in se studia concitabat et merebatur negando, quod esse nolebat, eoque dignior erat, quod se clamabat indignum.

1 nil *Φa.c.* mor. prou. *GKΨ* 2 munditius *GΦ* mundi istius *Ψ* 3 cott. *GΦ* quot. *ς* aegipti *K* egypti *GΨB* 4 qui *K* 5 distantis *Φ* solitudinis *GKΦ* occuparet *Φ* 6 tanta *GΨ,Ka.c.m2* tot *ς* in *s. l. B, om. Φ* illa *Φ* 7 domique] denique *B* in] et in *Ψ* unde—imit. *bis Ka.c., sed* et *altero loco om.* 8 *pr.* et *om. K, altero loco Ψ* mon.—uen. *s. l. m2K, om. Ψ* 9 in] im *Φ, om. GKΨ* accedere *KD* solet et *Φ* adsid.—fec.] saepe (*ex* sicut *m2*) assiduitas familiaritatem, ita familiaritas contemptum parit (*ex* parat *m2*) *Γ* fam. fam.] familiaritate rite *G* 10 illi *G* feceret *Φ* facere *D* quasi—adm. *om. D* 11 cott. *GΦΨ* quot. *ς* quod *Φ* 12 solitus *Φ,Ψa.c.* grados *𝔄,Ψ* (*ex* grandos) gadus *Φa.c.* 13 heiul. *𝔄KΨ* eiul. *cet. pr.* quae] qui *D* 14 tunc *ΦB* thunc *G* primo *G* abunculū (auunculo *Φ*) m (*eras. G*) iratus *GΦ* auuncolo *Ψ* auucolo *𝔄* 15 quer. *B* quaer. *cet.* se] sed *𝔄* iuuen.—sacerd.] iuuenilis aetas sacerdotio incongrua est *Γ* iubenalem *G* iuuenilem *Ψp.c.m2DB* (*cf. supra Γ*) 16 quanto—18 ind.] plaerique ad sacerdotium electi quantum plus pro animae humilitate repugnant, tantum magis in se omnium studia concitant eoque digniores fiunt, qui se fatentur indignus *Γ* plus *s. l. m2 K, om. GΨ* 17 in se omn. stud. *ΓK,Φ* (studium), in se stud. omn. *GD* 18 eo quo *Ψ* eo quod *Φ* quod] quo *ς* dicebat *GKΨ*

uidimus Timotheum nostri temporis et canos in Sapientia electumque a Moysi presbyterum, quem ipse sciret esse pres-
5 byterum. igitur clericatum non honorem intellegens sed onus primam curam habuit, ut humilitate superaret inuidiam, deinde, ut nullam obsceni in se rumoris fabulam daret, ut, qui mordebantur ad aetatem eius, stuperent ad continentiam. subuenire pauperibus, uisitare languentes, prouocare hospitio, lenire blanditiis, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus; caecorum baculus, esurientium cibus, spes miserorum, solamen lugentium fuit. ita in singulis uirtutibus eminebat, quasi ceteras
6 non haberet. inter presbyteros et coaequales primus in opere, extremus in ordine. quidquid boni fecerat, ad auunculum referebat; si quid forte aliter euenerat, quam putarat, illum nescire, se errasse dicebat. in publico episcopum, domi patrem nouerat. grauitatem morum hilaritate frontis temperabat. gaudium risu,

1 cf. I Tim. 4, 12 cf. Sap. 4, 8 2 cf. Num. 11, 16 8 Rom. 12, 15

1 thimotheum *GK* nostris *D* temporibus 𝔄*D* 2 a moysi *GK* a mosi 𝔄 a moyse *ΨB* amos *Φ* moysen *D* quem—*alt.* presb. *s. l. m2 K*, *om. GΨ* 3 igitur—inuid.] uir sapiens officium clericatus non honorem putat (*ex* potet *m2*) esse, sed onus. magnanimis uir est, qui non inuidiam humilitate superat *Γ* 4 primum *Φ* curam *om.* 𝔄 humilitatem *G,Ψa.r.* sup.] *add.* et *K,Ψ* (*eras.*) 5 nullam nobis *D* in se obsce(ae*K*)ni *GKΨ* fabulũ *K,Ψa.c.* ut qui—contin.] aduliscens, ita te exhibe, ut senioris, inter quos uiuis, dum admirantur uitam tuam, decipi non signantur aetatem *Γ* *alt.* ut] et *GKΨ* mouebantur *B* 6 stuperet *Φ* 9 baculum *ς* esurientibus *Ψ* cibis *Φ* 10 lugentibus *GΨ* ita—12 ordine] aduliscens, si uis esse perfectus inter fratres et quoaequalis tuos, esto primus in opere, extremus in ordine. et ita in singulis uirtutibus emine, quasi ceteras non habeas *Γ* in *om. D* 11 quoaeq. (-lis *Γ*) *ΓK* 12 quidquid—14 nouerat *om. Γ* quidquid 𝔄 quodquod *Φ* quicquid *cet.* ad *s. l. m2K*, *om. Ψ* auunculo *KΨ* ferebat *Φ* 13 quod *Φ* alter *Φ* aliquid *G*, *om. D* putarat 𝔄 -uerat *cet.* 15 grau.—temp.] uir sapiens grau. morum hilaritate (*ex* helaritatem *m2*) frontis temperat *Γ* grauitate *Ψ* hylaritate *B* hi(he*Γ*)laritatem *Γa.c.m2KΦΨ* frontis *om. Ψ* gaudium—cont. et *om. Γ* risum *Ψ* in risum *D* ritum 𝔄 rictu *Φ* in risu *ς*

non cachinno, intellegeres. uiduas et uirgines Christi honorare 7
ut matres, hortari ut sorores cum omni castitate. iam uero,
postquam domum se contulerat et relicto foris clerico duritiae
se tradiderat monachorum, creber in orationibus, uigilans in
precando lacrimas deo, non hominibus, offerebat; ieiunia in
aurigae modum pro lassitudine et uiribus corporis moderabatur.
mensae auunculi intererat et sic adposita quaeque libabat, ut
et superstitionem fugeret et continentiam reseruaret. sermo 8
eius et omne conuiuium de scripturis aliquid proponere, libenter
audire, respondere uerecunde, recta suscipere, praua non acriter
confutare, disputantem contra se magis docere quam uincere
et ingenuo pudore, qui ornabat aetatem, quid cuius esset,
simpliciter confiteri; atque in hunc modum eruditionis gloriam
declinando eruditissimus habebatur. 'illud', aiebat, 'Tertulliani, 9
istud Cypriani, hoc Lactantii, illud Hilarii est. sic Minucius
Felix, ita Uictorinus, in hunc modum est locutus Arnobius'.
me quoque, quia pro sodalitate auunculi diligebat, interdum
proferebat in medium. lectione quoque adsidua et meditatione
diuturna pectus suum bibliothecam fecerat Christi.

1 cachinno *ΦB* cac(cc*Ψ*)inno *𝔄KΨ* caccinu *G* cacinnū *D* cachinnum *ς* intellegebat *G* uirg. et uid. *ς* honerare *𝔄* 2 hortare *Φp.c.* 3 domi se *D* se domum *K* se domi *GΨ* et *om. D* rel. foris cler.] si quis relicto clericato *Γ* 4 se *om. ΦB* tradederit *Γ* sit creber *Γ* 5 offerat *Γ* in—corp.] in eo (eo *eras. K*) *KΨ;* in aurigae—corp. *in mg. inf. m2K* 6 modo *Γ* uiribus] ueribi *𝔄* moderetur *Γ* 7 mensae—reseru.] si monachus ad conuiuium fuerit a saeculare rogatus, ita adposita quaeque degustet, ut superstitionem fugiat et continentiam non relinquat *Γ* 8 *pr.* et *om. ΓD* fugiret *𝔄* fugiat *Γ* seruaret *D* sermo—prop.] cum aliqua nobis de scripturis proferuntur, debemus *Γ* 9 et] erat *G* per *ς* prop.] deponeret *Φ* 10 resp. uer. *om. Γ* uerecundae (*ex* -diae *G*) *GK* recte *ΦΨ* praua] superflua *Γ* 11 et dispo(u *s.l.m2*)tantem *I* se] nos *Γ* 12 ingenito *ΦB* quid] quia *ex* qua *G* esse *Φ* 14 tert. aiebat *G* tertuliani *KDΦΨ* 15 hoc] illud *B* lactanti *G*,*Ka.c.* illud] hoc *B* hilari *GK* hylarii *B* minutius (*ex* -os *Φ*) *DΦΨ* 16 uicturinus *KΨ*.*Φa.c.* 17 quia *ex* qui *m2K* solitate *GΦa.c.* 18 lectione (-nem *G*) quoque *GKΨ* lectionemque *Φ* lectioneque *ς* lectione *B*, ? *𝔄* ad(d *s.l.K*)siduae (e *exp. K*) *GK* assudue *Φ* 19 diuturnus *Φ* bibliotecam *Ψ* bybliotecam *K*

11. Quotiens ille transmarinis epistulis deprecatus est, ut aliquid ad se scriberem! quotiens nocturnum de euangelio petitorem et interpellatricem duri iudicis mihi uiduam exhibuit! cumque ego silentio magis quam litteris denegarem et pudore reticentis pudorem suffunderem postulantis, auunculum mihi opposuit precatorem, qui et liberius pro alio peteret et pro
2 reuerentia sacerdotii facilius inpetraret. feci ergo, quod uoluit, et breui libello amicitias nostras aeternae memoriae consecraui; quo suscepto Croesi opes et Darii diuitias se uicisse iactabat. illum oculis, illum sinu, illum manibus, illum ore retinebat; cumque in strato frequenter euolueret, super pectus soporati dulcis pagina decidebat. si uero peregrinorum, si amicorum quispiam uenerat, laetabatur super se nostro testimonio et, quidquid minus in opusculo erat, distinctione moderata et pronuntiationis uarietate pensabat, ut in recitando illo ipso
3 uel placere uel displicere cotidie uideretur. unde hic feruor, nisi ex amore dei? unde legis Christi indefessa meditatio, nisi ex desiderio eius, qui legem dedit? alii nummum addant

2 cf. Luc. 11, 5—8 3 cf. Luc. 18, 2—5 8 sc. epist. LII

B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad tranquillinum, quomodo origenem (originem *K*) legere debeamus (debemus *N* debeat *D*) *KDNQB* ad tranquillinum *F*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in DNQ* 4 maiore *N* uinclę *N* 5 ambigebamus *Kp.c.m2FDB* probamus *N* mihi] meo *N* sanct. *om. F* tua haeret] traheret *F* 7 scidula *N* sc(c *s.l.D*)e(ę *B*)dula *KDQB* schedula (e *ex* i) *F* 8 inspirant *D* nos tuae] nostrae *F* 10 mult. orig. *B* 11 insania *FD* 12 simpl. *om. Q* 13 prauitatis (paru. *in mg.*) *D* 14 sent. queris *B* 15 hac *KQ, om. cet.* 16 ego] enim *D* origenen *N* legendum *om. N* 17 tertulianum *F* *pr.* et *om.* ς arbobium *F* *alt.* et *om.* ς 18 app. *KF* apollinarium ς 19 ut] et *Q* legamus *F* uitemus *F*

traria iuxta apostolum Paulum dicentem: omnia probate.
2 quae bona sunt, retinete. ceterum, qui uel in amorem
eius nimium uel in odium stomachi sui prauitate ducuntur,
uidentur mihi illi maledicto prophetico subiacere: uae eis,
qui dicunt bonum malum et malum bonum, qui
faciunt amarum dulce et dulce amarum. nec enim
propter doctrinam eius praua suscipienda sunt dogmata nec
propter dogmatum prauitatem, si quos commentarios in scrip-
3 turas sanctas utiles edidit, penitus respuendi sunt. quod si
contentiosum inter se amatores eius et obtrectatores funem
trahunt, ut nihil medium adpetant nec seruent modum, sed
totum aut probent aut inprobent, libentius piam rusticitatem
quam doctam blasphemiam eligam. sanctus frater Tatianus
te inpendio resalutat.

1 *I Thess. 5, 21 4 *Esai. 5, 20

1 Paulum *om.* *D* 2 quae (*cf. p. 576, 9*)] quod *KFB* bonum *FQB* sunt] est *FB* tenete *FB* ceterum] certe *F* qui uel] uel qui *KQ* quia uel *D* qui *F* 3 in od.] modicum *ex* modium *F* sui *om.* *F* 4 uidetur *F* illi *s. l. m2B*, *om.* *F* eis] his ς 8 dogm. *om.* *F* prauitates *N* si *om.* *Q* scripturis sanctis *D* 11 trahunt *K in t.* *Q* duxerint *cet.* (*K in mg. m2*) 13 Tat.] *add.* diaconus *DN*,*B s. l. m2* 14 inp. te *DN* te *s. l. m2 K* in(m*Q*)pedio *FQa.c.* salutat *F*; *add.* explicit ad tranquillinum *K*

LXIII.

AD THEOPHILUM.

BEATISSIMO PAPAE THEOPHILO HIERONYMUS.

1. Nouit beatitudo tua, quod et eo tempore, quo tacebas, numquam officiis meus sermo cessauerit nec considerauerim, quid tu pro dispensatione non feceris, sed, quid me facere conueniret. et nunc sumptis dignationis tuae epistulis fructum aliquem cepisse me uideo euangelicae lectionis. si enim duri iudicis sententiam crebra mulieris flexit petitio, quanto magis paterna uiscera interpellatione sedula molliuntur!

2. Quod de canonibus ecclesiasticis mones, gratias agimus: quem enim diligit dominus, corripit; castigat autem

8 cf. Luc. 18, 1—5 12 Prou. 3, 12. *Hebr. 12, 6

F = *Veronensis XVI. 14 s. IX.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
Φ = *Gulferbytanus 4156 s. IX—X.*
O = *Oxoniensis Balliolensis 229 s. XII.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*
a = *Parisinus bibl. armamentarii 293 s. XII.*
z = *Vaticanus lat. 360 s. XII—XIII.*
u = *Ambrosianus H. 59 sup. s. XIII.*

2 ad th(t *F*)eoph(f *Σ*)ilum(o *Φ*) *FJΣΦu* ad th. papam *B* ad th. episcopum *az* ad th. episcopum de studio scripturarum et quibusdam familiaribus causis *O*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in ΦOBazu* 3 Theoph.] *add.* episcopo *Φ,Ba.c.m2* hi(i a)eronimus *codd.* 4 nouit *FJΣ* meminit *cet.* et *FΣ,J s. l., om. cet.* quod tac. *Φ* quibus monebas *FJ* quo (*ex* quibus *m2*) manebas *Σ* quo nobiscum tac. *ς* 5 nunquam *a* nun(nexm)quid *F*; *add.* ab *Σ s. l. m2 ΦOBazu* ne *Fa.c.J* consideraui *ΦOBazu* 6 quod *FJΣ* pro disp.] per dispensare *Φ* non fec. *FJΣ* tunc faceres *cet.* quod *Φ* faceret *F* (t *exp.*) *J* 7 et nunc] tunc *FJΣ* 8 aliquid *Φ* coepisse *FJΣ* 9 inflexit *ς* 10 moliuntur *FJΦ,Ba.c.m2* 11 cannonibus (*pr.* n *eras.*) *Σ* canonicis *ΦBazu,O* (*add.* et) ęcclęsiasticis (*ult.* s *eras.*) *F* mones *JΣu* sermonis (is *ex* es *m2*) *F* monitis *cet.* 12 cast. aut. *FJΣ* et flagellat *B* et cast. *cet.*

omnem filium, quem recipit. sed tamen scito nobis esse nihil antiquius quam Christiani iura seruare nec patrum transferre terminos semperque meminisse Romanam fidem apostolico ore laudatam, cuius se esse participem Alexandrina ecclesia gloriatur.

3. Super nefaria heresi quod multam patientiam geris et putas ecclesiae uisceribus incubantes tua posse corrigi lenitate, multis sanctis displicet, ne, dum paucorum paenitentiam praestolaris, nutriatur audacia perditorum et factio robustior fiat.

LXIV.

AD FABIOLAM.

1. Usque hodie in lectione ueteris testamenti super faciem Moysi uelamen positum est. loquitur glorificato uultu et

3 cf. Rom. 1, 8 13 cf. II Cor. 13—15 et Ex. 34, 33—35

1 esse nihil *FJΣ* nih(ch)il esse *cet.* 2 antiquus *FJΣza.c.* xp̃iani *F* (xp̃ianitatis *m2*) *JΣ* xp̃m *Φ* xp̃i *cet.* transire *ς* 4 se] et (*eras.*) se *J* alexandrine ecclesie *Φ* 6 nefaria haeresin *Φ* nefariam heresim *Oaz* quam *Σp.c.m2* quam in *ς* multum patientiam *u* multa patientia *FΣς* 7 uisc. *FJΣ* uiribus *cet.* tua posse] tuas esse *Φ* leuitate *B* 9 nutriatur audac(t *FΣ*)ia *FJΣ* nutrias audac(t)iam *cet.* fauctio *u* facti *Φaz* 10 fiat] *add.* uale in xp̃o *ς*

K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
H = *Monacensis lat. 6299 s. VIII—IX.*
R = *Vindobonensis lat. 865 s. VIII—IX.*
Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355+356 s. IX—X.*
Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

12 ad fab. de ueste sacerdotali *ΠDB* ad fab. de (te *H*) uestibus (uestis *R*) sacerdotalibus (*add.* AꞶ *R*) *HRΦ* ad fab. de cibis sacerdotalibus ac ueste pontifica (*sic*) *K*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in ΠDB* 13 testamenti (tes *s. l. m2*) *K* instrumenti *Π* faciem (em *ex* ae *m2*) *K* 14 mosi *HR* glorificatu (u *s. l.*) *K*

populus loquentis gloriam ferre non sustinet. cum autem
conuersi fuerimus ad dominum, auferetur uelamen: occidens
littera moritur, uiuificans spiritus suscitatur. dominus enim
spiritus est et lex spiritalis. unde et Dauid orabat in psalmo: 2
reuela oculos meos et considerabo mirabilia de
lege tua. numquid de bubus cura est deo? utique
non. multo magis de iecore bouis, arietis, hircorum et armo
dextri pedis et uentre, quo stercora digeruntur, quorum duo
in esum accipiunt sacerdotes, tertium Finees meretur in
praemio. de uictimis salutaribus adipes, quibus pectus obuol-
uitur, et pinnula iecoris offeruntur super altare; ipsum uero
pectus et brachium dextrum dantur Aaron et filiis eius legiti-
mum sempiternum a filiis Israhel. sensus in corde est, habi- 3
taculum cordis in pectore. quaeritur, ubi sit animae princi-
pale. Plato in cerebro, Christus monstrat in corde: beati
mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, et: de
corde procedunt cogitationes malae, et: quid cogi-
tatis nequam in cordibus uestris? uoluptas et concu-
piscentia iuxta eos, qui de physicis disputant, consistit in
iecore. huius pinnulam in diuersa uolitantem et per oculorum 4
fenestras erumpentem foras sacerdotes offerunt deo, ut, post-

1 cf. II Cor. 3, 16 2 cf. II Cor. 3, 6 4 cf. Rom. 7, 14 5 Ps. 118, 18 6 I Cor. 9, 9 8 cf. Leu. 7, 31—34 9 cf. Num. 25, 8 et p. 589, 5 12 cf. Leu. 7, 24 15 cf. Plato Tim. p. 69 D sqq. Matth. 5, 8 16 *Matth. 15, 19 17 *Matth. 9, 4 20 cf. Leu. 7, 20

2 fuerint *B* auferitur (i *ex* a) *Π* aufertur *KD* 3 deus *B* 4 spiritualis *B* 6 numquid] non *HRΦ* bobus *ς* 7 arietis et *ΠD* hyrc. *KRΠD* yrc. *B* 8 dextro *ΠDB* dextero *ς* pedis] pectus *ΠD,B* (-oris *p. c.*) pectore *ς* a quo *B* degeruntur *KΦ; add.* et (*exp.*) *Φ* 9 esu *K* usu *HR* finches *Bp.c.* phinees *ς* 10 praemium *DB* adipes quo *D* adeps quo *Π,Bp.c.m2* 11 pennula *ΠD* pi(e*B*)nnulae *HRB* altari *ΠD,Bp.c.m2* 12 aron *Kp.c.* filius *H* 13 a filiis] filii *Φ* 15 celebro *K* 16 et de—malae *Π* (malae *s. l.*) *DB*, *om. cet.* 18 nequam] mala *Π* 20 iecure *K* pinnula *K* pennulam *ΠDB* in *om.* *K* aduersa *K* uoluitante *K* 21 erumpente *K* sacerdotem off. *Φ* off. sacerdotes *ς* offerant sacerdotes *ΠDB* (*inter* off. *et* sac. *ras.* *28 fere litt. in Π*)

quam opere dixerint: holocaustum tuum pingue fiat et concupiscentiam, libidinis seminarium, igne spiritus concremarint, mereantur accipere praemium pectus et brachium: in pectore mundas cogitationes, legis notitiam, dogmatum ueritatem, in brachio opera bona et pugnam contra diabolum et armatam manum, ut, quod mente conceperint, exemplo probent.
5 Iesus enim coepit facere et docere. ipsum quoque pectusculum appellatur ἐπιθέματος, id est additamenti, siue praecipuum et egregium — thenufa quippe hoc magis sonat — iuxta illud Malachiae: labia sacerdotis custodient scientiam et legem requirent ex ore eius, ex quo intellegimus praecipuam debere esse in sacerdotibus legis doctrinaeque notitiam et additamento gratiae spiritalis talem uirum institui. qui possit contradicentibus resistere et nihil in se sinistri habere operis, quod ducat ad tartarum, sed dextrum brachium et separatum, ut opera sacerdotis conparatione uirtutum eius a cunctis hominibus separata sint. haec de uictimis et de his, quae offeruntur in altari, sacerdotibus dantur a domino.

2. Ceterum et alia tria exceptis primitiis hostiarum de pri-

1 Ps. 19, 4 7 Act. 1, 1 8 cf. Leu. 7, 24 10 *Mal. 2, 7 14 cf. Tit. 1, 9

1 in (*eras.*) opere *R* dixerunt *Πa.r.; add.* deo *ΠDB* et] et cum *B* 2 concupiscentia *K* ignis (s *eras.*) *K* concremarent *K* -m**auerint *Π* -mauerint *DB* 3 bracchium *HR* 4 notitia *K* ueritate *KR* 5 bona op. *D* pugna *KΦB* pu** *Π* zabulum *K* 6 armata *K* armatum *H* manu *K* ut] et *K* praebent *Π* 8 ΕΠΙΘΜΓΟϹ *K* ΕΗΙΘΕΜΑΤΟϹ *H* et uehematoc *Π* ΕΝΟΕΛΛΑΤΟϹ *Φ* ΕΤΙΕΘΕΜΑΤΟϹ *B*, *recte scriptum in RD* ἐπίθεμα *ς* additamentum *ΠDB* principium *ΠD* 9 thenafa *K* tenufa *ΠDB* thenupha *ς* sonat] *add.* ex quo intellegimus *KΠDB* (*cf. lin. 11*) 10 malachiel (*alt.* l *eras.*) *K* custodiunt *KΠDB* 11 requirunt *ΠD* exquirent *K* exquirunt *B* *pr.* ex] de *B* ex quo int. *s. l. m1 K*, *del. m2 B*, *om. Π* (*inter* ex *et* quo *ras. 3 litt. in Φ*) 12 praecipuum *HR* que] quae *Ka.r.HR* 13 et *om. Φ* additamentum *D* spiritualis *B* 15 op. hab. *Π* habens *B* 16 ut] ad *K* et *Φ* opere *Φ* eius] ei *D* 17 sunt *ΠD* 18 alteri *Πa.c.; add.* et *Π* et quae *D,B* (quae *m2*) 19 de] et de *ΠDB*

uato et de macello publico, ubi non religio, sed uictus necessitas est, sacerdotibus membra tribuuntur: brachium, maxilla et uenter. de brachio iam diximus; maxilla eloquentem eruditumque significat, ut, quod pectore concepimus, ore promamus; uenter, receptaculum ciborum, in scorto Madianitide sacerdotali pugione perfossus uniuersos hominum labores et momentanea blandimenta gulae stercoris fine condemnat et ostendit mentibus consecratis deo totum, quod ligurrimus, quod uoramus, in secessum proici. unde et apostolus: esca, inquit, 2
uentri et uenter escis; deus autem et hunc et illa destruet, et e contrario de luxuriosis: quorum deus uenter est et gloria in confusione eorum. uituli puluerem, quem adorauerat Israhel, in contemptu superstitionis in potu accipit populus, ut discat contemnere, quod in secessu proici uiderat. praecipitur sacerdotibus, ne ministraturi in templo uinum et siceram bibant, ne ebrietate et crapula et curis huius uitae praegrauentur corda eorum; ne partem habeant in terra nisi solum deum; ut nulla debilitate insignes sint, ne truncis auribus, laeso oculo, simis naribus, claudo pede, cutis colore mutato, quae omnia referuntur ad animae

2 cf. Deut. 18, 3 (sec. LXX) 5 cf. Num. 25, 8 9 *I Cor. 6, 13 11 *Phil. 3, 19 12 cf. Ex. 32, 20 14 cf. Leu. 10, 9 16 cf. Luc. 21, 34 17 cf. Ps. 72, 26 19 cf. Leu. 21, 17—23

1 sed—est *om.* *Φ* necessitatis *Kp.c.m2* necessarius (ssarius *in ras. m2*) *B* 2 distribuuntur *Ka.r.* brach. et *R* 4 ut] et *Φ* concipimus *IIDB* 5 madianitidae *KII* 6 perfusos *Φa.c.* confossus (os *ex* u) *II* confossum (m *ex* s) *B* confixus *D* lab. hom. *II* 7 bland. (b *eras.*) *K* guile (i *exp.*) *B* sterc.—ost. *om.* *Φ* et (*s. l.*) sterc. *B* fine] fimũ (ũ *s. l.*) *B* 8 ligurr. *scripsi* currimus *codd.* curamus *ς* gluttimus *Vallarsius; add.* quod satagimus *in mg. m2 B* 9 secesse *Φa.c.* secessu *K* 10 escis *ex* escae *K* illã *IIa.r.* illas *B* 13 contemptum *B* 14 potum *KB* puto *H,Ra.c.* accipit *IIR* accepit *cet.* quod] quem *K* 15 secesse *Φa.c.* secessum *DB* ministrator *Φ* 16 templum *K* sicera *K* bibit *Φ* 17 ne] nec *IIp.c.m2DB* 18 dominum *Φ* insigne *IIa.c.m2Φ* 19 sunt *R* nec *D* semis *IIDΦB* clodo *K* 20 colere *Φ* mutata *Kp.c.m2HRΦ* referunt *K*

3 uitia. uoluntas enim in homine, non natura damnatur. si quis
e sacerdotibus semine fluxerit, ad sacerdotalem mensam prohi-
betur accedere; et e contrario uidua, cuius cum Sarra defece-
runt muliebria, propter continentiam et castitatem et recipitur
in domum patris et de templi aerario alitur. quodsi filios
habuerit, redditur suboli suae, ut iuxta apostolum his mini-
stretur, quae uere uiduae sunt, et ut, quae sacerdotalibus
4 sustentatur cibis, nullius alterius amore teneatur. uicinus et
mercennarius excluduntur a conuiuio sacerdotum, seruis cibo-
rum reliquiae conceduntur; iam tunc proiciebatur Phygelus et
Hermogenes et recipiebatur Onesimus. primitiae ciborum et
omnium frugum atque pomorum offeruntur antestiti, ut habens
uictum atque uestitum absque ullo inpedimento securus et
liber seruiat domino. primogenita mundorum animalium acci-
piunt sacerdotes, inmundorum pretia. hominum quoque primi
partus redimuntur et, quia condicio una nascendi est, omnes
pretium aequaliter offerunt sic moderatum et leue, ut nec
5 diues intumescat nec tenuis praegrauetur. aeditui et ianitores
accipiunt decimas et rursum decimas decimarum offerunt
sacerdotibus tanto illis minores, quanto ipsi maiores populo.
quadraginta et octo ciuitates ad habitandum Leuitis et sacer-
dotibus separantur, sex urbes fugitiuorum trans Iordanen et

1 cf. Leu. 22, 4 3 cf. I Tim. 5, 3—16 7 I Tim. 5, 16 8 cf. Leu. 22, 10—11 10 cf. II Tim. 1, 15—18 11 cf. Num. 18, 8—32 21 cf. Num. c. 35

1 uitium *Π* uoluptas *DB* nature *Φ* 2 e] he *B* a sacerdotale mensa *Hp.r.* 3 sarrae *D* sara *Πp.r.ς* 4 *alt.* et *s. l. m1 K, om. ΠDB* 5 filius *HR* 6 subuli *H* subulis *R* soboli *ΠDB* ut] et *ΠD.Ba.c.m2* iis *ς* 7 uerae *K* ut *om. Φ* que *Πa.c.Φ; add.* de *D, s. l. m2B* sacerdotibus *Π* 8 sustentantur (ten *s. l. m2D*) *Πp.c.m2DB* cibus *D* nullis *Π* teneantur *DB* 9 mercenarius (*ex* -ios *Π*) *Πς* 10 proi(hi*B*)ciebantur *DB* phig. *Π* fyg. *K* fig. *D* philetus *B* 11 hermogenis *K* ermogenis *DΦ,B*(-es) honesimus *HR,Φa.r.* honessimus *Πa.r.* onesi' horus *ς* 12 antistiti *Πp.r.DB* 13 uictu *D* uestitu *D* 14 deo *Π* accipiant *ΠDB* 15 et inm. *D* 16 qua *Π* una] humana *Kp c m2Πp c.DΦ* omnem *D, om. ς* 17 offertur *ς* 19 rursus *B* 20 tanto—ciuitates *om. Π* illi *K* minore *D* ipsi] illi *K* 21 *pr.* et *om. HR* 22 fug.] *add.* et *Φ* iordanem *KΠ* et *in ras. 4 litt. m2B*

intra Iordanen eliguntur, et finis exilii mors pontificis est. uniuersa, quae festinus sermo perstrinxit et quorum pulsaui tantum nec aperui sacramenta, ad cunctos pertinent sacerdotes; pontifex autem quantis polleat priuilegiis, dicam breuiter.

3. Caput, inquit, suum non discoperiet. habet cidarim et nomen dei portat in fronte, diademate ornatus est regio, ad perfectam Christi uenit aetatem, semper eius gloria protegendus est et uestimenta sua non scindet, quia candida sunt, quia inpolluta, quia agnum sequentia et de adtonsae ouis confecta uelleribus. Thamar amissa pudicitia scidit tunicam; Caiafas perdito sacerdotio rupit publice uestimenta. super omnem animam, quae mortua est, non ingredietur.
ubicumque peccatum est et in peccato mors, illuc pontifex 2
non accedet. anima, quae peccauerit, ipsa morietur. quamuis ille sit diues, quamuis potens et multitudinem offerat uictimarum, si mortuus est, non tangitur a pontifice, non uidetur. quodsi reuiuiscit et ad uocem saluatoris egreditur de sepulchro suo et fasceis peccatorum solutus incedit, intrabit

6 Leu. 21, 10 cf. Ex. 28, 4 etc. 7 cf. Ex. 28, 36—38 etc. 8 cf. Num. 4, 3 etc. 9 cf. Leu. 21, 10 10 cf. Apoc. 14, 4 11 cf. Gen. 38, 19 12 cf. Matth. 26, 65 *Leu. 21, 11 15 Ezech. 18, 4 18 cf. Ioh. 11, 43—44

1 citra *B* iordanem *KΠB* exilii] *add.* et *D,B* (*exp.*) pont. est *s. l. B* est] et *D,Ba.c.* 2 uniuersaque *Φ* • praestrinxit *ΠB* pulsauit *Π* 3 aperuit *Π* pertinet *KΦ; add.* in (*eras.*) *Φ* 4 priuilegis *H* 6 inquit] autem *K* discooperiet (-pae-*B*) *ΠBp.c.Φa.c.* cedarim *K* cytharim *Φ* 7 frontem *K* 8 uen. aet.] unitatem *ex* peruenit aet. *B* peruenit *KD,Ba.c.* 9 sunt *s. l. m2B* 10 atonsae *ΠΦ,Da r.* tonsae *Dp.r.* 11 perfecta *Φ* tamar *ΠB* am. pud. *in mg. K* scindit *ΠBa.c.* 12 caiafas *HRa.r.* caiphas *DB* caifas *cet.* 13 omne *D* esset *ς* ingreditur *ΠDΦB* 14 ibicumque *R* peccato | peccatum *DB* 15 accedit *KΦ* *uerba* anima—morietur *parenthetice post* mors (*l. 14*) *transponi mauult Engelbrecht* 16 quamuis] ille *D* potest *Φ* et] si *K* multitudine *K* offeratur *Φ* 17 uictimorum *K* 18 reuiuiscet *K* resurgit *ΠDB* uocem *ex* luce *m2K* 19 sepulcro *ΠDB* suo *in mg. R. om. D* fasceis (e *eras.*) *Π* fascaeis *K* fasceris (r *exp.*) *H* faciis *B* fasciis *ς* solutis *Πp.r.D*

ad eum pontifex et ibi faciet mansionem et cum resurgente prandebit.

4. Super patre suo et super matre sua non inquinabitur. multa nos facere cogit affectus et, dum propinquitates respicimus corporum, et corporis et animae offendimus creatorem. qui amat patrem et matrem super Christum, non est eo dignus. discipulus ad sepulturam patris ire desiderans saluatoris prohibetur imperio. quanti monachorum, dum patris matrisque miserentur, suas animas perdiderunt! super patre et matre pollui nobis non licet, quanto magis super fratre,
2 sororibus, consobrinis, familia, seruulis! genus regale et sacerdotale sumus. illum adtendamus patrem, qui numquam moritur aut qui pro nobis moritur et qui ideo uiuens mortuus est, ut nos mortuos uiuificaret. si quid habemus de Aegypto, quod princeps mundi suum possit agnoscere, tenenti Aegyptiae cum pallio relinquamus. sindone opertus adulescens uinctum dominum sequebatur: incurrisset laqueos, nisi expeditus et nudus persequentium impetus declinasset. reddamus parentibus, quae parentum sunt; si tamen uiuunt, si seruientes deo filios suos praeferri sibi gloriantur.

5. Et de sanctis non egredietur et non polluet sanctificationem dei sui. pro otioso quoque uerbo ratio-

3 *Leu. 21, 11 6 cf. Matth. 10, 37 7 cf. Matth. 8, 21—22 etc. 11 cf. I Petr. 2, 9 14 cf. Rom. 4, 17 15 cf. Gen. 39, 12 16 cf. Marc. 14, 51—52 21 *Leu. 21, 12 22 cf. Matth. 12, 36

3 patrem suum *Ka.c.* *alt.* super *om. D* matrem-suam *Ka.c.* 4 cog. fac. *B* et *om. K* propinquitatem *ΠD* 5 *pr.* et] ex *HR* 6 et] aut *ΠDΦ; add.* suam *s. l. H* 7 eo] deo *D* 8 probetur *B* patres matresque *K* patri matrisquae *H* patri matrique *Πa c.m2* 9 animas suas *B* si super *B* patrem *Ka c.H* 10 matrem *Ka.c.* fratrem *KBa.c.* fs (= fratribus) *Π* 11 sororibus *ex* sorore *Φ; add.* et *s. l. m2B* consubrinis *KB,Φa.c.; seq. ras. 5 litt. Π* familiae *Π* famiiiis *B* et *s. l. K* 12 adtendimus *K* 13 aut—moritur *del. m2B* moritur *om. H* et] aut *Φ* 14 ut *ex* et *Π* si] sed *D* quod *om. H* 15 tenendi *D* ae(e *Φ*)gyptia (*ex* -io *Φ*) *ΠΦ* 16 uinctus *K* domino *R* deum *Ka.c.* 17 in laque(ae *H*)os *HRD,Kp.c.m2Πp.c.* 18 decl. impetum *D* impetum *DB* 19 *alt* si *om. DB* seruiunt *Φ* domino *ΠD* et filios *B* 21 polluit *HRΦ*

nem reddituri sumus et omne, quod non aedificat audientes, in periculum loquentium uertitur. ego, si fecero, si dixero quippiam, quod reprehensione dignum est, de sanctis egredior et polluo uocabulum Christi, in quo mihi blandior: quanto magis pontifex et episcopus, quem oportet esse sine crimine tantarumque uirtutum, ut semper moretur in sanctis et paratus sit uictimas offerre pro populo, sequester hominum et dei et carnes agni sacro ore conficiens, quia sanctum oleum christi dei sui super eum est! non egreditur e sancto, 2
ne uestimentum, quod indutus est, polluat; quotquot enim in Christo baptizati sumus, Christum induimus. seruemus tunicam, quam accepimus, sanctum custodiamus in sancto. ille montanus habitator, qui de Hierusalem descendebat Hiericho, non prius uulneratus est, quam nudatus. infunditur ei oleum, medicamentum lene et misericordia temperatum, et, quia debuit neglegentia sentire cruciatum, uini austeritate mordetur, ut per oleum ad paenitentiam prouocetur, per uinum seueritatem sentiat iudicantis.

6. Uxorem uirginem accipiet, uiduam autem et eiectam et meretricem non accipiet, sed uirginem de genere suo, et non contaminabit semen suum in populo. ego dominus, qui sanctifico eum. scio pontificem, cui praecepta nunc dantur, a plerisque Christum intel-

5 cf. Tit. 1, 6 7 cf. Deut. 5, 5 8 *Leu. 21, 12 10 cf. Gal. 3, 27 13 cf. Luc. 10, 30—34 19 *Leu. 21, 13—15

2 uert. loq. *ς* *alt.* si *s. l. B* 5 episcopos *D* episcopum *Φ* 6 que quoque *K* 7 *alt.* et *om. D* 8 carnis *Φ* 9 dei *om. Φ* egredietur *D* e] a *Π* de *ς* 10 quo *K,Πp.r.* quotquot] quod *Ka.c.Φ* 11 *alt.* xp̄o *HR* induimur *KHR* 12 accipimus *ΦB* *pr.* san *Φ* sanctam *ΠD* 13 habitatur *DΦ* qui *om. Φ* de *s. l. m2 B* herus. *R* iherus. *B* ierus. *Πp.r.* discendebat *Φ; add.* in *ΠD* hierico *K* herico *Πa.c.* hierocho *H* iericho *ς* iherico *B* 14 oleum et *K* 15 temporatum *D* quia *ex* qui *m2Π* debet *HRΦ,Bp.c.m2* negligentiae *ς* 17 sentiat (iat *in ras.*) *Π* audiat aut sentiat *Φ* 19 accipiat *Π* accipiet (*s. l.*) de genere suo et non contaminabit (*haec omnia deleta*) accipiet *Φ* 20 iectam *H* eiecta *D* 22 ego enim *K* sanctificabo *Ha.r.* sanctico *Πa.c.m2* 23 nunc praec. *Φ* nunc *s. l. Π*, *add. s. l.* hec *B* xp̄m *s. l.* (*in l. ras. 3 litt.*) *Π* xp̄i *Φ*

legi et id, quod dictum est: super patre et matre non
2 inquinabitur, de uirginalis Mariae partu edisseri. multoque
facilior est super domino interpretatio, qui audit in psalmo:
tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem
Melchisedech, et in Zacharia: audi, Iesu, sacerdos
magne, et cui sordida peccatorum nostrorum uestimenta tolluntur, ut recipiat gloriam, quam habuit apud patrem, priusquam mundus esset.

7. Sed ne quis me uim facere scripturae putet et sic amare
Christum, ut historiae auferam ueritatem, interpretabor in
membris, quod referatur ad corpus, intellegam de seruis, ut
inpleatur in domino — quamquam gloria domini gloria famulorum sit — et, ubicumque oportunitas se loci tulerit, sic de
uero lumine disputabo, ut deriuetur ad eos, quibus Christus
2 donauit, ut lumen sint. pontifex iste, quem Mosaicus sermo
describit, uiduam, eiectam et meretricem non ducet uxorem —
uidua est, cuius maritus est mortuus; eiecta, quae marito
uiuente proicitur; meretrix, quae multorum libidini patet —, sed
accipiet, inquit, uxorem uirginem de genere suo, non
alienigenam, ne in mala terra nobilium seminum frumenta
degenerent, non meretricem, quae multis exposita est amato-

1 *Leu. 21, 11 4 Ps. 109, 4 5 Zach. 3, 8 7 cf. Ioh. 17, 5 19 *Leu. 21, 14

1 patrem et (aut *K*) matrem *KHR* patre (-em*D*) et super matre (-em *D* et super matre *s. l. B*) *ΠDB* 2 uirginali *ΠDB* materiae *H* et (t *eras.*) disseri *Φ* intelle(i*B*)gi *DB* 3 facilius *Φ* 5 melchissedech *H* -sedehc *Φ* -sedec *ς* zaccharia *K* iħu *DΦ* iħs *KΠB* hiesus *HR* 7 gloria *D* 9 sed ne] se *D* et] ut *Φ* 10 ut] et *Πa.c.D* 11 corpus] caput (-d*Πa.c.m2D*) *ΠDB* ut] quod *ΠDB* 12 inpl.] referatur *K pr.* gloriam *HR* 13 se *om. ς* 14 lumine *bis K* diriuetur *KDΦB* 15 ut] quod *D* sunt *Πa.r.* sit *Φ* quaē *H* quae *B* moysaicus *Φ* moyseicus *K* 16 descripsit *Π* eiect.—mort. *om. HR* ducet *Φ,Bp.c m2* ducit *ex* dicit *K* duxit *ΠD,Ba.c.m2* 17 est mort.] *add.* est *s. l. m2* (*priore* est *non deleto*) *B* quae] *add.* a *KΠDB* uiu. mar. *Φ* 18 uiuo *K* quem *D* libidine *KΦ* 19 uirg.] *add.* et *ΠDB* 20 in *om. K* malū terrā *B* 21 non] non priori coniugio indigna fuit (*haec omnia expuncta*) non *Φ* am. exp. est *Π*

ribus, non eiectam, quae etiam priori coniugio indigna fuit, non uiduam, ne pristinarum meminerit uoluptatum, sed illam animam, quae non habet maculam neque rugam, quae cum Christo renata innouatur de die in diem, de qua apostolus loquitur: d e s p o n d i e n i m u o s u n i u i r o, u i r g i n e m
s a n c t a m e x h i b e r e C h r i s t o. nolo discipulam coniugemque 3
pontificis quicquam habere de ueteri homine. si consurreximus Christo, ea, quae sursum sunt, sapiamus praeteritorum obliti, futurorum auidi. infelix Simon, quia post baptismum de antiquo matrimonio cogitabat nec ad uirginalem uenerat puritatem, Petri consortio indignus fuit.

8. Conpulisti me, Fabiola, litteris tuis, ut de Aaron tibi scriberem uestimentis. ego plus obtuli, ut de cibis et praemiis sacerdotum et de obseruatione pontificis praefatiunculam struerem. egressa de Sodomis et ad montana festinans non uis habitare in parua urbe Segor. transcendens proselytos, praeteriens Israhelitas, dimittens Leuiticum gradum, praepete pinna transuolans sacerdotes ad pontificem uenis et, dum uestes eius et rationale pectoris diligenter inquiris, nostra tibi displicuere consortia. et tu quidem optato frueris otio et 2
iuxta Babylonem Bethlemitica forsitan rura suspiras; nos in

3 cf. Eph. 5, 27 4 cf. II Cor. 4, 16 5 *II Cor. 11, 2 7 cf. Col. 3, 1—2 9 cf. Act. 8, 13—24 15 cf. Gen. 19, 20—30

1 iectam *H* priore *HR* proprio (*in mg. m2* al priori) *Π* 2 ne] quae *B* 3 *alt.* qui *Φ* 4 renata *om. D* renouata *Π* renouatur *D* 5 dispondi *KΠDΦ,HBa.c.* 6 castam (-sta *D*) *ΠDB* que *om. ΠD, Ba.c.m2* 7 uetere *D* consurrexeri(i *ex* e)mus *Φ; add.* cum *DB* 8 sunt] *add.* ut *s. l. K* sapimus *B* 9 qui *Ka.c.Π* 12 fabiolam *HR* tibi] *add.* sacerdotio *ς* 13 scribere *Φ; add.* et *ς* ut *s. l. m2K* et] *add.* de *K* primit(c *B*)iis *ΠDB* 15 extruerem *K* instruerem *B* 16 transcendes *HΦB* transcendis *Π* proselitos *HΠB* prosilitos *DΦ* 17 praeteriens *K* prae ceteris *Rp.c.m2* praeteris *cet.* istrahel. *K* israel. *RB* israelites *H* dimittis *HRΦ* dimitis (is *ex* as) *B* gradum et *ΠD* praep. pinna *in mg. m2K* prepeti *Π* praepite *Φ* 18 penna *ΠB,Φa.c.* transuolas *KΦ* pontifices *K* et] sed *DΦ* set *Bp.c.m2* 20 optata *D* 21 babilonem (em *s. l. B*) *ΠB* babylone *D* betlem. *Φ* bethleem. *HΠDB* susciperas *K* nos *s. l. Φ* non *H*

Effrata tandem pace reddita uagientem de praesepe audiuimus infantem et querimonias eius ac uoculam ad tuas aures cupimus peruenire.

9. Legimus in Exodo tabernaculum, mensam, candelabrum, altare, columnas, tentoria, coccum, byssum, hyacinthum, purpuram, ex auro, argento et aere uasa diuersa, tabernaculum diuisum in tria, duodecim panes per singulas ebdomadas mensae inpositos, in candelabro septem lucernas, altare hostiis et holocaustis expositum, crateras, scyphos, turibula, fialas, mortariola, paxillos, pelles rubras, pilos caprarum et ligna inputribilia. tanta offeruntur in tabernaculo dei, ut nullus desperet salutem, alius aurum sensuum, alius argentum elo-
2 quii, alius uocem aeris exhibeat. totus mundus in tabernaculi describitur sacramento. primum et secundum uestibulum omnibus patet — aqua enim et terra cunctis mortalibus data sunt —, in sanctis uero sanctorum quasi ad aethera et in caelum paucorum introitus et uolatus est; duodecim panes duodecim mensuum significant circulum; septem lucernae septem errantia astra demonstrant. et ne longum faciam — neque enim propositum mihi est nunc de tabernaculo scribere —, ueniam ad

1 cf. Mich. 5, 2 17 cf. Leu. 24, 5—9 18 cf. Ex. 37, 23

1 efrata *K* ephratha *HR* eufrata *B* pacem *K* bagiantem *D* praesepi *Πp.c.m2ς* audimus *KD* 2 uocula *Π* uocabula *K,Ba.c.* uoculas *ς* 4 exodio *Ka.r.* 5 altare (e *ex* ia) *Φ* bissum *ΠDB* hiacinthum *D* hyacinctum (-cthum *H*) *KHR* iacinctum *ΠB* iacintum *Φ* 6 et *s. l. m2 K*, *om. ς* 7 in tria (in t *in ras.*) *K* in atria *Ba.c.* ebdomades *D* hebd. *ς* 8 inpositas *B* 9 et holocaustisque *K* ho(o*B*)-loc(*add.* h *s.l.m2Π*)austisque *ΠDB* cathedras *ΠDB* scyfos *K* schypos *D* scifos *Π* cyphos *B* turabula *Ka.c.D*; *add.* ligna *Φ* phialas *B* phiolas *Φ* 10 philos (h *exp.*) *Φ* ligna *om. Φ* (*cf. not. ad l. 9*) 11 tanta] *add.* et talia *ΠDB* tabernaculo (o *in ras. m2*) *B* -lum *Πa.c.* -la *H* tauernaculum *D* 12 dispiceret *Φ* sensum *ΠD,Ba.c.* eloquium *ΠD* 13 exhibebat *Kp.c m2* 15 datae *Π* 16 sanctorum] *add.* est *H,R s. l. m2* quasi uero *K* et *s. l. m2 K* caelo *K* 18 mensum *D* mensium *ΠB* significat *Φ* 19 demonstrat *Ha.c.m2ΦB* ne] in ē *H* 20 est mihi *Φ*

sacerdotalia uestimenta et, antequam mysticam scruter intellegentiam, more Iudaico, quae scripta sunt, simpliciter exponam, ut, postquam uestitum uideris sacerdotem et oculis tuis omnis eius patuerit ornatus, tunc singulorum causas pariter requiramus.

10. Discamus primum communes sacerdotum uestes atque pontificum. lineis feminalibus, quae usque ad genu et poplites ueniunt, uerecunda celantur et superior pars sub umbilico uehementer adstringitur, ut, si quando expediti mactant uictimas, tauros et arietes trahunt, portant onera et in officio ministrandi sunt, etiamsi lapsi ruerint et femora reuelarint, non pateat, quod opertum est — inde et gradus altaris prohibentur fieri, ne inferior populus ascendentium uerecunda conspiciat —, uocaturque lingua Hebraea hoc genus uestimenti 'machnase', Graece περισκελῆ, a nostris feminalia uel bracae usque ad genua pertingentes. refert Iosephus — nam aetate eius adhuc 2
templum stabat et necdum Uespasianus et Titus Hierosolymam subuerterant et erat ipse de genere sacerdotali, multoque plus intellegitur, quod oculis uidetur, quam, quod aure

7 cf. Ex. 28, 38 12 cf. Ex. 20, 26 16 cf. Iosephus Ant. Iud. III 7, 1

1 scrutem *ΠD* scrutar *Φp.c.* 2 amore *Π* 3 sacerdotum *Ha.c.m2* 4 omne *D* omnes *Bp.c.m2* eis *D* patuerint *Bp.c.m2* ornamentum *D* singularum *D* pacienter *B* 5 exquiramus *ς* 7 quae] quo *Φ* genum *Ka.c.Φ* genua *ex* cenua *m2Π* et *ex* uel *m2K* poplicē *ex* puplice *Φ* 8 uerecundia *ΠBa.c.* uerenda *ς* et] ex *Φ* superiora *Π* umbilicum *Φ* 10 portanti *Φ* pontent *H* portantque *Πp.c.DB* onerant (nt *exp.*) *K* *alt.* et] ut *Φ* 11 lapsis *ex* lapis *K* ruerint (n *s. l. K*) *KHR* fuerint *cet.* reuelauerint *Kp.c.m2* 12 pateret *Πa.c.m2* pateet (*sic*) *Kp.c.m2* unde *B* 13 ne infe *s. l. m2K* uercunda *K* uerenda *ς* conspiciant *Φ* conspiciret *Kp.c.m2* 14 que] quae *HR* haebreicam *K* maschnase *HRD* marchnase *B* maschanase *Π* maschanse *K* mascanase *Φ* 15 ΠΕΡΙϹΚΕΛΕ *HR* ΠΕΡΙϹΕΛΕ *D* ΠΡΙϹΕΛΕ *B* ΝΕΡΙϹΕΛΕ *Π* periscele *Φ* perisceni *K* bracce *B* 16 reffert *Π* ioseppus *KD,Πa.c.* 17 hierosolim. *R,Πp.c.* hierusoli(y*D*)m. *HDΦ,Πa.c.* iherosolim. *B* 18 ipsi *Φp.c.* generes *H* generi *Φ* 19 quam] qua *D*

percipitur — haec feminalia de bysso retorta ob fortitudinem solere contexi et, postquam incisa fuerint, acu consui; non enim posse in tela huiusce modi fieri.

11. Secunda ex lino tunica est poderes, id est talaris, duplici sindone, quam et ipsam Iosephus byssinam uocat, appellaturque 'cotonat', id est χιτών, quod Hebraeo sermone in lineam uertitur. haec adhaeret corpori et ita arta est et strictis manicis, ut nulla omnino in ueste sit ruga et usque ad crura
2 descendat. uolo pro legentis facilitate abuti sermone uulgato: solent militantes habere lineas, quas camisas uocant, sic aptas membris et adstrictas corporibus, ut expediti sint uel ad cursum uel ad proelia, dirigendo iaculo, tenendo clipeo, ense librando et quocumque necessitas traxerit. ergo et sacerdotes parati in ministerium dei utuntur hac tunica, ut habentes pulchritudinem uestitorum nudorum celeritate discurrant.

12. Tertium genus est uestimenti, quod illi appellant 'abaneth', nos cingulum uel balteum et zonam possumus dicere, Babylonii nouo uocabulo 'hemian' uocant. diuersa uocabula ponimus, ne quis erret in nomine. hoc cingulum in similitu-

4 cf. Ex. 28, 36 5 cf. Iosephus Ant. Iud. III 7, 2 16 cf. Ex. 28, 35. 36

1 byso *Ka.c.* bisso *ΠB* retorto *KD,Ba.c.m2* 4 poderis *KΦB,Πp.r.* foderes *D* ποδήρης *ς* 5 iosepph. (h *eras.*) *Φ* iosepp. *D* iosep. *Π* bisinam *B* 6 cothonat *HR* chutonat *Φ* cotonaph *ΠDB* id est *om. R* hebraeico *K* 7 haec *om. Φ* ita] tam *ς* et str.] extrictis *D* 8 nullo *D* 9 facultate *B* 10 solant *H* solent enim *B* luctantes *ex* uitantes *B* camisias *Ka.r.Bp.c.m2* camissas *H* 11 astricus *D* strictas *HRΦ* corpori *HRΦ* cursu *K* 12 praelia *KΦB* iacula *Π* clippeo *Π* clypeo *KD* ensi *ex* ensem *m2B* 13 uibrando *ς* ergo *in ras. m2Π* *alt.* et *s.l.Π,s.l.m2B* sacerdotales *D* 14 ministerio *Φ* hanc (n *eras.*) *K* ac *DΦ* ut *ex* et *m2Π* 15 pulcr. *ΠDB* uestit. *KΦ* uestiment. *cet.* nud(d *ex* t)orum cel. disc. *in mg. inf. K* 16 quo *Π* abanet *HRΦ* aboneth *Ka.c.m2* 17 uel] et *D*, *om. Φ* baldeum *Πa.c.Φ* et] uel *D* zona *D* 18 babilonii (-ni *B*) *HΠB* nouo uocabulo *s. l. m2K* hemiam *D* heminian (ni *eras.*) *K* hemien *B* heremiã *Π* 19 posuimus *Πa.c.* esset *Φ*

dinem pellis colubri, qua exuit senectutem, sic in rotundo textum est, ut marsuppium longius putes. textum est autem 2 subtemine cocci, purpurae, hyacinthi et stamine byssino ob decorem et fortitudinem atque ita polymita arte distinctum, ut diuersos flores et gemmas artifici manu non textas sed additas arbitreris. lineam tunicam, de qua supra diximus, inter umbilicum et pectus hoc stringunt balteo, qui quattuor digitorum habens latitudinem et ex magna parte ad crura dependens, cum ad sacrificia cursu et expeditione opus est, in laeuum umerum retorquetur.

13. Quartum genus est uestimenti rotundum pilleolum, quale pictum in Ulixe conspicimus, quasi sphaera media sit diuisa et pars una ponatur in capite; hoc Graeci et nostri tiaram, nonnulli galerum uocant. non habet acumen in summo nec totum usque ad comas caput tegit, sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit atque ita in occipitio uittae con-

11 cf. Ex. 28, 35. 36. Iosephus Ant. Iud. III 7, 3

1 pelles *HR* quā *K* que *Φ* exsuet *K* senectute *Π* rutundo *HR* ro(*ex* u)tunđ *Φ* ru(o *m2*)tundum *B* 2 texum *Ka.c.Φ* extensum *HR* *pr.* est *om.* *Φ* marsupium *ΦB* suppium *Πa.c.* *alt.* est *s. l.* *K*, *om.* *Π* 3 subtegmine *Kp.c.Πa.r.DB* hyacincti *K* iacinthi *DΦ* iacincti *ΠB* byssyno *K* biss(*ex* bis *Π*)ino *ΠB* ob] hoc *D* nb *H* 4 et] atque *Π* atque ita] itaque (a *s. l.*) *Φ* ita *s. l. m2Π* polimita *DB* polimeta *Π* polemita *HR* polemitia *Φ* arte *om.* *K* 5 diuersas *Π* et] ac *D* artifici *HR* -ce *Φ* -cis *cet.* manuum *D* non *om.* *D* 6 suppra *H*, *om.* *Φ* 7 extringunt *Φ* baltheo *Φ* 8 ex *om.* *Φ* magna] una *ΠD* ad *ex* de *H* 9 descendens *Ka.c.m2* dum *Φ* 10 humerum *ΠDB* 11 est *s. l. m2Π* rutundum *HR* pelleolum *K* pilliolum *D* pileolum *B* 12 pictus *Ka.c.* ulixe *H,R* (l *s. l.*) olixe (i *ex* e) *K* olexe *Φ* u(*ex* o *Π*)lixeo *ΠD* olioxeo *B* sphera (*ex* -rā *K*) *KΦ* spera *RΠD* 14 thiaram *Φ* tyaram *ΠD* aram *Ka.c.m2* τιάραν *ς* uocant] *add.* hebraei misnepheth *ς*, *Hebraeum uocabulum post* hoc *addere malim* habent *ΠΦ* 15 cumas *Φ* comam *ς* contegit *Πp.c.m2* tetigit *D* tertiam] tegit *B* 16 relinquat *Ka.c.m2* reliquit (d *D*) *Πa.c.D* hoccipitio *B* hocceptio *Φ* hoc epssio *K* uitae(e) *K,HRΠBa.c.* uita *Φa.c.* uitta *ΠΦBp.c.* uicta *D* constringitur *Φ* constrictum *ς*; *gen. masc. ad* pilleus *uel* galerus *refertur*

strictus est taenia, ut non facile labatur ex capite. est autem byssinum et sic fabre opertum linteolo, ut nulla acus uestigia forinsecus pareant.

14. His quattuor uestimentis, id est feminalibus, tunica linea, cingulo, quod purpura, cocco, bysso hyacinthoque contexitur, et pilleo, de quo nunc diximus, tam sacerdotes quam pontifices utuntur. reliqua quattuor proprie pontificum sunt, quorum primum est 'mail', id est tunica talaris, tota hyacinthina, ex lateribus eiusdem coloris adsutas habens manicas et in superiori parte, qua collo induitur, aperta, quod uulgo capitium uocant, oris firmissimis et ex se textis, ne facile rum-
2 pantur. in extrema uero parte, id est ad pedes, septuaginta duo sunt tintinabula et totidem mala Punica isdem contexta coloribus, quibus supra cingulum. inter duo tintinabula unum malum est et inter duo mala unum tintinabulum, ut alterutrum inuicem sibi media sint, causaque redditur: idcirco tintinabula uesti adposita sunt, ut, cum ingreditur pontifex in sancta sanctorum, totus uocalis incedat, statim moriturus, si hoc non fecerit.

15. Sextum est uestimentum, quod Hebraica lingua dicitur

4 cf. Ex. 28, 27—31. Iosephus Ant. Iud. III 7, 4 17 cf. Ex. 28, 31 20 cf. Ex. 28, 6—12. Iosephus ibid. III 7, 5

1 taenia *R* tenia *H* tenia (*eras.*) tenia (*utrumque in mg. m2*) *K* tenue *Φ*, *om.* *ΠDB* 2 bissinum *ΠB* ut *ex* et *Π* 3 appareant *ΠB* 4 tunica *ex* tuna *HRΠ* 5 hyacinctoque *K* hiacinthoquae *HR* yacynthoque *D* iacinthoque *Φ* iacinctoque *ΠB* 6 de quo *s. l.* *Φ* quod *ex* qua *Π* nunc *om.* *Φ* 7 propriae *KRΠD*, *om.* *Φ* 8 tunica *om.* *Φ* torta *Kp.c.HR* hyacinct. *K* hiacinth. *H* hiachint. (*alt.* h *exp.*) *R* yacynth. *D* iacinth. *Φ* iacinct. *ΠB* 10 superiore *KΠ* 11 et *om.* *D* retextis *ex* testis *m2D* rumpatur *B* 12 uero *om.* *ς* 13 tintinnabula (bula *in ras. m2B*) *ΠDB* isdem *ex* idem *KΦ*, *ex* his *Π* hisdem *HRDB* iisdem *ς* col. cont. *Π* 14 quibus *s. l. m2B*, *om.* *ΠD* ut *ς* super *Π* cingulos *D* tintinn. *Πp.c.DB* 15 et *om.* *ΠDB* inter] in *Φ* tintinn. *ΠDB* 16 inuicem *scripsi* in *KHRΦ*, *ras. 4 litt. Π*, *om.* *DB* sibi *s. l.* *B* idcirco] *add.* in *s. l.* *K* tintinn. *ΠDp.c.,B* 17 uestibus *D* sunt *eras.* *B*, *om.* *HRΦ* ut *eras.* *B*, *in mg. m2K* cum *in mg.* *Km2* dum *Φ* 18 incedit *Ka.c.m2R* 20 hebraica (ca *s. l.*) *B* ebraica *Π* hebrae(e*Φ*)ica *KΦ*

ephod, Septuaginta ἐπωμίδα, id est superumerale, appellant,
Aquila ἐπένδυμα, hoc est desuperuestimentum, nos ephod suo
ponemus nomine. et ubicumque in Exodo uel in Leuitico
superumerale legitur, sciamus apud Hebraeos ephod appellari.
hoc autem esse pontificis uestimentum et in quadam epistula 2
scripsisse me memini et omnis scriptura testatur sacrum quid
esse et solis conueniens pontificibus. nec statim illud occurrat,
quod Samuhel, qui Leuita fuit, scribitur in Regnorum libro
primo habuisse aetatis adhuc paruulae ephod bad, id est su-
perumerale lineum, cum Dauid quoque ante arcam domini
idem portasse referatur. aliud est enim ex quattuor supra 3
dictis coloribus, id est hyacintho, bysso, cocco, purpura et ex
auro habere contextum, aliud in similitudinem sacerdotum
simplex et lineum. auri laminae, id est bratteae, mira tenui-
tate tunduntur, ex quibus secta fila torquentur cum sub-
temine trium colorum, hyacinthi, cocci, purpurae, et cum sta-
mine byssino, et efficitur palleolum uermiculatae pulchritudinis

5 cf. epist. XXIX 8 cf. I Reg. 2, 18—19 10 cf. II Reg. 6, 14. I Par. 15, 27

1 epod *Φ* ephot *D* ephoth *B* efod *KΠ* ΕΠΩΝΙΔΑ *D* ΕΠΩΜΙΑ *Π* ΕΙΤΩΜΙΑ *B* ΠΩΛΑΑ *Φ* eponnaω *K* id est *om. H* superhum. *ΠDB* superumeralem *K* perumerale *H* 2 ΕΠΙΕΝΑΥΜΑ *K* ΕΠΕΝΔΙΝΑ *ΠD* ΕΠΕΝΑΙΜΩ *Φ* etenayma *B* hoc est des. *om. ς* hoc] id *K* epod *Φ* ephoth (h *exp. D*) *DB* efod *K* effod *Π* 3 ponimus *KΠ,Φp.c.* et *in mg. m2K* ut *Φ* uel] siue *ς* *alt.* in *om. ΠDB* 4 superhum. *RΠDB* epod *Φ* ephot *D* ephoth *B* efod *KΠ* 5 est *Π* 6 quid] quiddam (dam *eras.*) *K* quidem (em *in ras. m2B*) *ΠB* 8 samuel *KΦB; seq. ras. 3 litt. Π* in *om. ς* regum *ς* pr. libro *ς* 9 epod *Φ* ephot *D* ephoth *B* efod *KΠ* bat (t *in ras. m2*) *B* bab *HR* superhum. *ΠDB* umerale *Φ* 11 est *s. l. KΦ* 12 hyacincto *K* iacintho *Φ* iacyntho *D* iacincto *ΠB* ex *eras. K, om. HRΦ* 13 similitudine *KB* 14 lamminae(-e) *HRD* bracteae *Φ* bracte *B* brattae *HR* bratte (te *eras.*) *Π* ten. mira *HRΦ* 15 tonduntur (*pr.* u *in ras.*) *B* tenduntur *Φ* conduntur *K* sexta *Φ* septem (*s. l. m2* alii secta) *K* fylae *ex* fyla *K* cum] con *Φ* subte(g *s.l.*)mini *Φ* subtegmine *Πa.r.B* septimine *HR* 16 hyacincti *K* iacinthi *D* iacincti *ΠB* hy(hi *H* i *Φ*)acintho *ΠRΦ* conci *D* cocco *HRΦ* purpura *HRΦ* 17 byssino *ex* bysso *m2K* bissino *ΠB* palliolum *ΠB,Φp.c.* uerm.] mirae(e) *HRDΦ,Π in ras. 11 litt.*

perstringens fulgore oculos in modum caracallarum, sed absque cucullis. contra pectus nihil textum est et locus futuro
4 rationali derelictus. in utroque umero habet singulos lapides clusos et adstrictos auro, qui Hebraice uocantur 'soom', ab Aquila et Symmacho et Theodotione onychini, a Septuaginta zmaragdi; Iosephus sardonychas uocat cum Hebraeo Aquilaque consentiens, ut uel colorem lapidum uel patriam demonstraret. in singulis lapidibus sena patriarcharum nomina sunt, quibus Israheliticus populus diuiditur: in dextro umero maiores filii Iacob, in laeuo minores scripti sunt, ut pontifex ingrediens sancta sanctorum populum, pro quo rogaturus est dominum, portet in umeris.

16. Septimum uestimentum est mensura paruulum, sed cunctis supra dictis sacratius. intende, quaeso, animum, ut, quae dicuntur, intellegas. Hebraice uocatur 'hosen', Graece λόγιον, nos rationale possumus appellare, ut ex ipso statim nomine scias mysticum esse, quod dicitur. pannus est breuis,

10 cf. Ex. 28, 12 13 cf. Ex. 28, 15—26. Iosephus Ant. Iud. III 7, 5

1 praestringens *Π* im *HRΦ* 2 contextum *ΠDB* et] sed *in ras. B* locus—der. *om. HRΦ* 3 rationabili *K* in] et in *D* utrosque *Ka.r.* habet humero *Π* humero *ΠDΦB* 4 clausos *ς* hebraeicae *K* ebrayce *B* dicuntur *ς* 5 *pr.* et *eras. Φ* simmacho *D* simmaco *B* simmachos *Φ* simachos (*alt.* s *eras.*) *Π* theodosione *Π* teudocione *B* ONYKINI *D* ONVchINI *B* onicini *ex* ocini *Φ* a] et *Π* 6 zmaraddi *B* smaragdi *KΠΦ; add.* transferuntur *KΠDB* ioseρphus *Φ* ioseppus *Π* sardonichas *R* sardonicas *ΠDB* sardonicinas *Φ* sardinius (iu *ex* u) *K* 7 patria *K* patriam de patria (-ã, de patriã *del. m2B*) *ΠDB* 8 in] et (*eras. K*) in *KΠDB* sena] seu *Φp.c.* patriarcarum *ΦB* sunt nom. *B* 9 istrahel. *K* israel. *ΦB* dextra *Φ* humero *ΠDB* uero *Φ* 11 in sancta *K* populum *K* nomina (omina *ex* omnia *Π*) populi *cet.* đo *K* 12 hum. *ΠD* 14 animo *Πp.c.D,B* (o *in ras. m2*) anima *Φ* ut *in ras. m2B, om. Φ* 15 hebreice *Φ* hebraeicae *K* uocantur *HR* osen *DB* liosin *K* grecae *R, om. B; add.* autem *ς* 16 logion *KΦ* ut *ex* et *Π* statim *ex* tam *Π* (*seq. ras. 3 litt.*) 17 sciamus *Φ* braeuis *H; add.* ex *ΠD,Bs.l.m2*

auro et quattuor textus coloribus, hoc est isdem, quibus et
superumerale, habens magnitudinem palmi per quadrum et
duplex, ne facile rumpatur. intexti ei duodecim lapides mirae 2
magnitudinis et pretii per quattuor ordines, ita ut in singulis
uersiculis terni lapides conlocentur: in primo ordine sardius,
topazius, zmaragdus ponitur — Symmachus dissentit in zmaragdo ceraunium pro eo transferens —, in secundo carbunculus, sapphirus, iaspis, in tertio ligurius, achates, amethystus,
in quarto chrysolithus, onychinus, berillus. satisque miror, 3
cur hyacinthus, pretiosissimus lapis, in horum numero non ponatur; nisi forte ipse est alio nomine ligurius. scrutans eos, qui de lapidum atque gemmarum scripsere naturis, ligurium inuenire non potui. in singulis lapidibus secundum aetates duodecim tribuum sculpta sunt nomina — hos lapides et in diademate principis Tyri et in Apocalypsi Iohannis legimus, de quibus extruitur caelestis Hierusalem — et sub horum nominibus et specie uirtutum uel ordo uel diuersitas indicatur.

14 cf. Ezech. 28, 13 15 cf. Apoc. 21, 19—20

1 textis *B* isdem] id ēst (st *eras.*) *Φ* hisdem (h *eras.*, dem *s. l. Π*) *cet.* quibus *om. Φ* et] ē (= est) *K* 2 superhum. *ΠDB* 3 intexti *K* int. sunt enim (enim *s. l. ΠB*) *cet.* 4 et] atque *ς* 5 uesculis *HR* sardinus *Φ* 6 topat. *HD,Πa.c.m2* thopac. *B* topid. *K; add.* et *s. l. m2B* smarag(gg *Kp.c.*)dus *KΠΦ* simmachus *K,Π* (mm *ex* m) simmacus *B* disentit *RΠ* desentit *Φ* distentit *H* zmargdo *H* s(*s.l.*)maracdo *B* semaragdo (e *eras.*) *Π* smaragdo *KΦ* 7 ceraunio *Kp.c.m2Φ* ceraonium (*post* o *ras. 1 litt. Π*) *ΠD* 8 sapphyr. *Φ* sappyr. *K* saphir. *Π* safir. *B* iaspys *K* lapis *HR* lygur. *K* lycur. *HR* lygir. *Π* ligir. *ex* lugur. *B* acates *B* acatis *K* ametyst. *Ra.c.* amethist. *ΠΦ,Da.c.* ametist. *K,B* (*ex* amatist. *m2*) 9 chrysolith. *H* chrisolit.(th *R*) *RDΦ* crysolit. *K* cr(crh *Πp.c.m2*)isolit. *ΠB* onichyn. *Φ* onychius *HR* onicinus *K* (in *ex* i) *D,ΠB* (onichinus *p.c.*) berillis *Πa.c.* birillus *Φa.c.* berillius *HR* 10 hyacinct. *K* hyacinch. *R* hiacinth. *H* iacinct. *ΠB* iacinth. *DΦ* 11 ni *D* lygur. *KR* ligir. *Π,Bp.r.* 12 lapide *HR* lygur. *K* lygyr. *HR* ligir. *Π* (*ex* ligi*g.) *Bp.r.* 14 sculta *ΠDa.c.m2ΦB* scripta *Dp.c.m2* hoc *D* et *om. ΠD,Ba.c.m2* 15 apocalipsim *K* apocalipsin *ΠB* (n *eras.*) ioannis (an *in ras. m2*) *B* 16 struitur *K* cael. *om. D* iherusalem *Πa.c.B* quorum *HRΦ*

4 per quattuor rationalis angulos quattuor anuli sunt aurei
habentes contra se in superumerali alios quattuor, ut, cum
adpositum fuerit λόγιον in loco, quem in ephod diximus dere-
lictum, anulus ueniat contra anulum et mutuo sibi uittis
copulentur hyacinthinis. porro, ne magnitudo et pondus lapi-
dum contexta stamina rumperet, auro ligati sunt atque con-
5 clusi. nec sufficit hoc ad firmitatem, nisi et catenae ex auro
fierent, quae ob pulchritudinem fistulis aureis tegerentur ha-
berentque et in rationali supra duos maiores anulos, qui un-
cinis superumeralis aureis necterentur, et deorsum alios duos.
nam post tergum in superumerali contra pectus et stomachum
ex utroque latere erant anuli aurei, qui catenis cum rationalis
inferioribus anulis iungebantur, atque ita fiebat, ut adstringeretur
et rationale superumerali et superumerale rationali et una tex-
tura contra uidentibus putaretur.

17. Octaua est lamina aurea, id est 'sis zaab', in qua scriptum est nomen dei Hebraicis quattuor litteris ioth, he, uau, he, quod apud illos ineffabile nuncupatur. haec super pilleolum lineum et commune omnium sacerdotum in pontifice plus additur, ut in fronte uitta hyacinthina constringatur totamque pontificis pulchritudinem dei uocabulum coronet et protegat.

1 cf. Ex. 28, 24—25. 13—14 16 cf. Ex. 28, 32—34

1 rationabilis *HR,KΦ*(-es) 2 superhum. *ΠD* superhumerale *B* 3 *alt.* in *in mg. B, om. ΠD* ephot *D,B in mg.* efod *KΠ* epod *Φ* 4 ueniet *Φ* 5 hyacinct. *K* iacinth. *D* iacinct. *ΠB* iacind. *Φ* 6 rumperent *ΠDB* ligata *Φ* 7 suffecit *ς* ad infirmitatem *R* et *om. Φ* 9 rationabili (-le*Φ*) *KΦ* duos (s *exp.*) *K* 10 superhum. *DB* suprahum. *Π* 11 pos *ΠDΦ* superhum. *ΠDB* 13 inferioris anuli *K* figebat *H* adstringerentur *Φ* 14 rationabile (bi *eras.*) *K* superhumerali *ΠDB* et superhumerale *Π* (*s. l. m2*) *DΦB* rationabili *Ka.r.Φ* et] ut *D,B in ras. m2* 16 lammina *HD* zaib *Ka.c.m2* za*hab *Π* zaabin *B* in qua] que *Ba.c.* in qua es (es *eras.*) *K* 17 ebraicis *Πa.c.* hebraeicis *K* hebracis *H* haebraeis *R* iod *D* he] *seq. ras. 4 litt. Π* 18 he] het (t *eras.*) *Π* ineffabiles *Φ* ineffabili *K* hic *Ka.c.m2* hoc *B* pileolum *ς* palleolum *Ba.c.m2* palliolum *Πp.c.m2* 20 uita *B* hiacinth. *R* iacinth. *Φ* iacynth. *D* hyacinct. *K* iacinct. *ΠB* contringitur *Πa.c.m2* 21 deo *Φ*

18. Didicimus, quae communia cum sacerdotibus, quae
specialia pontificis uestimenta sint, et, si tanta difficultas fuit
in uasis fictilibus, quanta maiestas erit in thesauro, qui in-
trinsecus latet! dicamus prius, quod ab Hebraeis accepimus,
et iuxta morem nostrum spiritali postea intellegentiae uela
pandamus. quattuor colores ad quattuor elementa referunt, ex 2
quibus uniuersa subsistunt — byssus terrae deputatur, quia ex
terra gignitur, purpura mari, quia ex eius cocleolis tinguitur,
hyacinthus aeri propter coloris similitudinem, coccus igni et
aetheri, qui Hebraice 'sani' appellatur, quod Aquila διάφορον,
Symmachus δίβαφον interpretatus est, pro cocco iuxta Latinum
eloquium apud Hebraeos 'tolath', id est uermiculus —, et iustum
esse commemorant, ut pontifex creatoris non solum pro Isra-
heli, sed pro uniuerso mundo roget, si quidem ex terra et
aqua et aere et igne mundus iste consistat et haec elementa
sint omnium. unde primum lineum uestimentum est terram 3
significans, secundum hyacinthinum aerem in colore demon-
strans, quia de terrenis paulatim ad excelsa sustollimur, et

3 cf. II Cor. 4, 7

1 diximus (ixim *in ras. m2*) *B* *pr.* quae *in ras. m2B; add.* uel *D* ũe *Π* *alt.* quae] uel (*s. l. et eras. B*) quae *Bς* 2 spec(t *B*)iali (*add.* a *s. l. B*) *RB* spiciali (ia *ex* i) *H* 4 discamus *Ra.r.; add.* igitur *ΠDB* ab] apud *Φ*, *om. R* 5 morem] moysen *Φ* spiritalis *Π* spiritualis *Ba.c.m2* 6 ad] at *Φ* aut *B* et *ς* referuntur *ΠB* 7 quia] qui *Πa.c.Φ* 8 quia] qui *ΠD* cocliolis *K* c(g *H*)ochl(l *s.l.H*)eolis *HR* cochleis *Φ* 9 hiacinth(t *Φ*). *HΦ* hyacinct(cth *R*).*KR* iacinth. *D* iacinct. *ΠB* et *s. l. m2B*, *om. Φ* 10 aeri *B* hebraeicae *K* ΔΙΑΦΟΡΑШΝ *B* diaforon *KDΦ* 11 symach. *Φ* simmach. *K* simach. *Π* simac. *B* ΔΙΦΑΦΟΝ *ΠD* ΔΙΑΦΟΒΟΝ *HR* diafob(b *ex* r *K*)on *KΦ* 12 tolath *K* tholath *HRΦ* tolach *ΠD* tholach *B* uerm. scribitur *KΠDB* 13 commemorent *Ka.c.m2* pont.] *add.* creaturis omnibus et ornatus *s. l. m2B* creatorem *Bp.c.m1* israhe(-e *H*)li *KHR* ihl *D* isrł *ΠΦB* 14 sed et *ΠD,B* (et *s. l.*) mundo *om. R* quidem] *add.* et *s. l. m2K* 15 aerem *K* ignem *K* consistit *Π,Bp.r.* 16 sunt *Bp.c.m2* uestim. lin. *ς* est] est et (*utrumque exp.*) *B*, *om. ς* 17 significat *D* hiacinth. *H* hyacinct(cth*R*). *KR* iacinth. *D* iacinct. *ΠB* iacinthum (n *s. l.*) *Φ* demonstrant (nt *ex* t) *D* 18 qui *K,Πa.c.* celsa *K* sustulimur *Πa.c.* sostellimur *Φ*

ipsa uestis hyacinthina a capite usque ad talos ueniens indicat aerem de caelis usque ad terram fusum. mala autem Punica et tintinabula in inferioribus posita fulgura tonitruaque demonstrant siue terram et aquam et omnium elementorum inter se consonantiam et sic sibi uniuersa perplexa, ut in singulis
4 omnia repperiantur. quod autem supra dicti colores auro intexti sunt, id significari uolunt, quod uitalis calor et diuini sensus prouidentia uniuersa penetret. superumerale et duos lapides uel zmaragdinos uel onychinos, qui desuper sint et utrumque umerum tegant, duo hemisphaeria interpretantur, quorum aliud super terram, aliud sub terra sit, siue solem et lunam, quae desuper rutilant. zonam illam, qua sacerdotis pectus artatur et linea tunica, id est terra, constringitur, interpretantur oceanum. rationale in medio positum terram edisserunt, quae instar puncti, licet omnia in se habeat, tamen
5 a cunctis uallatur elementis. duodecim lapides uel zodiacum interpretantur circulum uel duodecim menses et singulis uersiculis singula adsignant tempora et his ternos deputant

1 hiacinth. *H* hyacinct(cth *R*). *KR* iacinth. *DΦ* iacinct. *ΠB* iudicat *H* 3 tintinn. *RD,Πp.c.* thintin. *H* fulgora *RΦ,Πa.c.* demonstrat *K* 4 terre *Bp.c.m2* aque *Bp.c.m2* *alt.* et *om.* *Φ* 5 consonantia *K* perplexa] *add.* sunt *s. l. B* 6 reper. *Πa.c.m2B* autem] hoc *Φ* coloris *Bp.c.m2* auri *Φ* 7 sunt *s. l. B* sunt aes *K* significare *Π* uitales *Φ* colores *Φ* 8 penitret *K*, *add.* et (*eras.*) *Π* superhum. *ΠDB* superumerali *Φ* duo *R,Πa.c.m2* 9 zmaracd. *B* smaragd. *KΠΦ* uny(i*H*)ch. *HR* onich. *ΠBp.c.* onic. *KD,ΠBa.c.* onicynos *Φ* sunt *B* 10 humerum *ΠDB* tegunt *B* duo hemisperia (o h *ex* m *m2*) *K* hemispheria *H,B* (*pr.* h *p.c.*) emispheria *Π* *in ras.* emisferia *D* gemispheria *R* gemisperia *Φ* 11 alius—alius *Ka.c.* sub] super *Ra.c.Φ* terram *HRΦ* sit *om.* *HRΦ* siue *om.* *Φ* solam *Ra.c.Φ* 12 quae des. *om.* *D* super *Πa.c.* rut.] sint rutinā *Φ* qua *inter rasuras 4 et 2 litt.* *Π* quae *R* que *Ba.c.* 13 est] *add.* qua (*del. m2*) *B* 14 interpre(ae*K*)tatur *KΠa.c.* rationabile *Φ* rationabilem (bi *eras.*) *K* 15 ad instar *ΠDB* 16 uelatur *KΦ* uolatur *Ba.c.* zoziacum *D* zosiacum *B* socia cum *Hp.c.* 17 cingulum *Ka.c.Φ* uel XII menses et *in mg. inf.* *Π* duod.—uers. *om.* *Φ* et] *add.* in (*exp.*) *K* 18 adsignet *D* ad(*del.*)assignant (gnant *in ras. m2*) *B* adstringunt (u *ex* a) *Π* tempora *ex* tempus *K* et] ut *Ba.c.m2* his *ex* bis *m2B* is *Πa.c.* es *D* deputent *Ba.c.m2*

menses. nec alicui gentilis uideatur expositio. non enim, si
caelestia et deï dispositionem idolorum nominibus infamaue-
runt, idcirco dei neganda est prouidentia, quae certa lege
currit et fertur et regit omnia. nam et in Iob arcturum et 6
Oriona et mazuroth, hoc est zodiacum circulum, et cetera
astrorum nomina legimus, non quo eadem apud Hebraeos uo-
cabula sint, sed quo nos non possumus, quae dicuntur, nisi
consuetis uocibus intellegere. pulchre autem hoc ipsum, quod
in medio est, appellatur rationale; ratione enim cuncta sunt
plena et terrena haerent caelestibus, immo ratio terrenorum
et temporum, caloris et frigoris, et duplex inter utrumque
temperies de caeli cursu et ratione descendit; unde et rationale
cum ephod fortius stringitur. porro, quod dicitur in ipso ra- 7
tionali δήλωσις esse et ἀλήθεια, id est manifestatio atque
doctrina uel ueritas, hoc ipsum significat, quod numquam in
dei ratione mendacium sit, sed et ipsa ueritas multis signis et
argumentis monstretur hominibus et usque ad mortales ueniat.
unde factum est, ut rationem solis ac lunae et anni et men-
suum et temporum et horarum, tempestatum quoque, sereni-
tatis atque uentorum et rerum omnium nosceremus accipientes
insitam a deo sapientiam et ipso habitatore atque doctore
domicilii sui nobis et fabricae scientiam demonstrante. super 8

4 cf. Hiob 9, 9. 38, 31—33 14 cf. Ex. 28, 26

1 ne *Πp.r.* exp.] dispositio *K* 2 dispositione *KΦB* infamarunt *ΠDB* 3 est neg. *ς*, *add.* dei (*del.*) *B* 4 reget *KΦ* nam *om. D* in *om. HRD* iob (*non* hiob) *codd.* araturum *Hp.c.m2* 5 orionem *ΠDB* maiuroth *K* mozuroth *Φ* zoziacum *D* zodaicum *Ra.c.* 6 castrorum *Hp.c.m2* qua *H* quod *K* 7 quo] quia *ς* possimus *HRΦ* 8 uocabulis *K*, *om. H* 9 ratione] rat(c *B*)ionale *HR,Ba.c.* 11 inter] in *Ka.c.Π* utroque *Ka.c.ΠD* utraque *ς* 12 temp.] *add.* et (*exp.*) *B* rationabile *Φ* 13 efod *KΠ* epod *Φ* ephoth *B* instringitur *ΠB* 14 et *om. Φ* 16 *pr.* et *s. l. B* 17 omnibus *Φ* ueniant *Πp.c.D* 18 unde (u *in ras.*) *K* ratione *K* hac (h *eras.*) *Π* et *M* mensium *Kp.c.m2Πp.r.B* mensum *HR* 19 quoque] quod quod *K* quoque et *Φ* 21 doctore *post* scient. *tr. HRΦ* 22 scientiae(e) *KBa.c.,Φ* scientia *Kp.c.* demonstrantem *Π* demonstrans te *Φ*

omnia cidaris et uitta hyacinthina caelum monstrat et auri
lamina, quae in fronte pontificis est, inscriptumque nomen dei
uniuersa, quae subter sunt, dei arbitrio gubernari. id ipsum ego
puto sub aliis nominibus et in cherubin quattuor animalibus
figuratum, quae ita sibi permixta sunt et haerent, ut in uno
inueniantur et reliqua, et quod instanter ante se uadant et
non reuertantur; labuntur enim tempora et praeterita relin-
9 quentia ad futura festinant. quod autem semper in motu sunt,
illud significat, quod et philosophi suspicantur, currere mun-
dum suo ordine et incessabiliter uelut rota in suo axe tor-
queri. unde et rota in rota est, id est tempus in tempore,
et annus in semet ipsum reuoluitur et ipsae rotae eleuantur
ad caelum et super crystallum thronus ex sapphiro est et
super thronum similitudo sedentis, cuius inferiora ignea sunt,
superiora electrina, ut demonstret, quae inferiora sunt, igne
et purgatione indigere, quae sursum, in condicionis suae pu-
10 ritate persistere. et quomodo hic in habitu sacerdotis auri
lamina desuper est, ita in Ezechiele electrum in pectore et
in uertice conlocatur. iustum ergo erat — sicut supra ex parte

4 cf. Ezech. c. 1

1 cydaris *Π* caedaris *K* citaris *Ba.c.* chitaris *Φ* uita *Πa.c.B* hiacinth. *H* hyacinct. *K* hiacincth. *R* iacinth. *D* iacinct. *ΠB* iachynthyna *Φ* monstrant *B* 2 lammina *HRD* scriptumque *Πa.c.Φ,Ba.c.m2* dei nomen (*ex* nominum) *B* dei] d̄i (*s. l. m2*) dum (*eras.*) *K* 3 uniuersae *H* subter] *seq. ras. 3 litt. Π* supter *ex* super terra *K* dei *om. D* 4 cherubim *H* caerubin *Φ* cerubym *Π*; *add.* et *D,Πs.l.Bs.l.m2* anim.] hiezechielis *in ras. m2B* 5 permixte *Φp.c.m2* commixta *K* haerent] erunt *Φ* in *om. Φ* 6 cetera *ς* inst. et *ς* 8 autem] enim *Π* immotu *Π,B*(u *ex* i) immotum *Φ* sint *Φ* 9 significant *Π,Dp.c.Ba.c.* 10 et *s. l. m2B* incessabili *HR* -le *Φ* rotam *B* axa *HR* ac se *B* 11 et *om. K* *pr.* est *s. l. m2K* tempora *Φ,Ba.c.m2* 12 ipsum] ipso *Π* heleua(*ex* e)ntur *B* 13 crystal. *Ka.c.* cristall. *Πa c.ΦB* christall. *RD,Πp.c.* ex (x *del. m2*) *K* et *Φ* sapphyro *K* saphiro *ΦB* saffiro *Π* s(*s.l.*)aphyro *D* 14 tronum *RΠa.c.,B* (um *ex* o) 15 ele(c *s.l.*)trina *B* 16 inpuritate *Φ* 17 in *s. l. Π* 18 lammina *HRD* est des. *ς* ita] *add.* et *K* (*exp.*) *Φ* *pr.* in *s. l. m2K* hiezechiele *H* ezechiel *KΠ* ezechihel *DΦ* 19 conculcatur *K*

diximus —, ut pontifex dei creaturarum omnium typum portans in uestibus suis indicaret cuncta indigere misericordia dei et consacrificaret ei uniuersa conditio, ut non pro liberis ac parentibus et propinquis, sed pro cuncta creatura et uoce et habitu precaretur.

19. Tetigimus expositionem Hebraicam et infinitam sensuum siluam alteri tempori reseruantes quaedam futurae domus strauimus fundamenta. de feminalibus lineis hoc solent dicere: ratio seminum et generationis ad carnem pertinens terrae per eam deputatur — unde ad Adam loquitur deus: t e r r a e s e t i n t e r r a m i b i s — causasque huius rei, quomodo de paruulo semine et foedissimis initiis tanta uel hominum uel diuersarum rerum pulchritudo nascatur, esse obuolutas et humanis oculis non patere. legimus in Leuitico iuxta praeceptum dei Moysen 2
lauisse Aaron et filios eius: iam tunc purgationem mundi et rerum omnium sanctitatem baptismi sacramenta signabant. non accipiunt uestes nisi lotis prius sordibus nec ornantur ad sacra nisi in Christo noui homines renascantur; uinum enim nouum in nouis utribus mittitur. quod autem Moyses lauat, legis indicium est: h a b e n t M o y s e n e t p r o p h e t a s, i p s o s a u d i a n t, et ab Adam usque ad Moysen omnes pecca-

10 *Gen. 3, 19 14 cf. Leu. 8, 6 18 cf. Matth. 9, 17 etc. 20 *Luc. 16, 29 21 cf. Rom. 5, 12—14

1 creaturae *B* 2 indicare *B* indegeret *K* in die *Φ* misericordiā *K* 3 consacr.] cum sacrificaret *KΠD* ei] *add.* expiaretur *ΠD,Bs.l.m2* uniuersalis *ΠD* non] *add.* tantum *B* 4 ac] et *Φ* prop. et par. *Π* *pr.* et] ac *Φ* 5 deprecaretur *Π* 6 hebreicam *Πa.c.m2Φ* infinita *K* 7 temporis *B* domos *ΠBa.c.* domui *Φ* struamus *B* 9 seminuum *Φ* pertinent *Kp.c.* pertinet *HRΦ* pertinentis *B* 10 unde] *add.* et *Π s. l. D* ad *om. Φ* 11 terram] terra *Φ* 12 et] et de *K* tanta *om. Φ* diuersa *KHR* 14 leuiticum *K* domini *K* moisen *B* mosen *HR* 15 aron *Kp.c.* 16 omnium rer. *Π* significabant *HR* 17 ornatur *Φ* 18 nouo homine *HR* renascamur *Φ* 19 nouos utres *HR* nouis] nobis *DΦ* moses *HR* moysen *K* 20 iudic(t *B*)ium *ΦB* mosen *Π* moyses *Φ* 21 ab *om. Φ* mosen *HR* pecc.] *add.* ergo *m2B*

3 uerunt. praeceptis dei lauandi sumus et, cum parati ad indumentum Christi tunicas pellicias deposuerimus, tunc induemur ueste linea nihil in se mortis habente, sed tota candida, ut de baptismo consurgentes cingamus lumbos in ueritate et tota pristinorum peccatorum turpitudo celetur. unde et Dauid: b e a t i, q u o r u m r e m i s s a e s u n t i n i q u i t a t e s e t q u o r u m t e c t a s u n t p e c c a t a.

20. Post feminalia et lineam tunicam induimur hyacinthino uestimento et incipimus de terrenis ad alta conscendere. haec ipsa hyacinthina tunica — a Septuaginta ὑποδύτης, id est subucula, nominatur — est proprie pontificis, significans rationem sublimium non patere omnibus, sed maioribus atque perfectis. hanc habuerunt prophetae, hanc Moyses et Aaron et omnes, quibus dicitur: i n m o n t e m e x c e l s u m a s c e n d e, q u i
2 e u a n g e l i z a s S i o n. nec sufficit nobis priorum ablutio peccatorum, baptismi gratia, doctrina secretior, nisi habuerimus et opera. unde iungitur et ephod, id est superumerale, quod rationali copulatur, ut non sit laxum nec dissolutum, sed haereant sibi inuicem et auxilio sint. et ratio enim operibus et opera ratione indigent, ut, quod mente concipimus, opere

2 cf. Gen. 3, 21 4 cf. Eph. 6, 14 6 Ps. 31, 1 14 *Esai. 40, 9

1 ad *ex* dum *B*, *om.* *H* 2 tunica speluncias *R* pelliceas *ς* induimur *HRΦ* 3 uestem lineam *K* sese *ς* habentem *KΠ* 4 ut] et *HRΦ* 8 linea tunica *D* hyacinct. *K* iacinth. *Φ* iacynth. *D* iacinct. *ΠB* hiacinthinum *H* hiachinctinum *R* 9 alta (alt *in ras.*) *K* 10 hiacinth. *HR* hyacinct. *K* iacinth. *DΦ* iacinct. *ΠB* ΥΠΟΛΥΤΟC *Π* ΥΠΟΛΙΤΟC *D* ΥΦΤΟΔΥΤΗΟC *K* VITOAVTωN *B* subuelucula (elu *eras.*) *K* 11 est *scripsi* et *codd.* propriae *KRΦ* ponti *Ha.c.m2R*; *add.* est *ΠDB* significat *K* significatque *ΠDB* 13 proph.— Aaron] moyses et aaron et prophetae *D* moses *HR* *alt.* et *om.* *D* 14 ascende] *add.* tu *D,Bs.l.m2* 15 nob. suff. *ς* prior *Ka.c m2* abolitio *B* 16 nisi *ex* si non *m2K* 17 unde *om.* *Φ* et *om.* *B* epod *Φ* efod *KΠ* ephoth *B* ephoc *Ha.c m2* superhum. *RΠDB* 18 rationale *D* rationabili *Ka.c.* con(m *Π*)putatur *ΠD* coaptatur *B* ut] et *Φ* fluxum *B* neque *ς* 19 *alt.* et *eras.* *KB*, *om.* *D* rat. enim] rationem *HR* rat. etenim *D* enim *s. l. m2B* 20 concepimus *K* percipimus *D*

perpetremus. duoque lapides in superumerali uel Christum significant et ecclesiam duodecim apostolorum, qui ad praedicationem missi sunt, nomina continentes uel litteram et spiritum, in quibus tenentur legis uniuersa mysteria: in dextris spiritus, in laeuis littera est; per litteras ad uerba descendimus,
per uerba uenimus ad sensum. quam pulcher ordo et ex ipso 3
habitu sacramenta demonstrans! in umeris opera sunt, in pectore ratio; unde et pectusculum comedunt sacerdotes. hoc autem rationale duplex, apertum et absconditum, simplex et mysticum, duodecim in se lapides habens et quattuor ordines. quas quattuor puto esse uirtutes: prudentiam, fortitudinem, iustitiam, temperantiam, quae sibi haerent inuicem et, dum mutuo miscentur, duodenarium numerum efficiunt, uel quattuor euangelia, quae in Apocalypsi describuntur plena oculis et domini luce radiantia mundum inluminant, in uno quattuor et in quattuor singula; unde et δήλωσις et ἀλήθεια, id est doctrina
et ueritas. in pectore sacerdotis est. cum enim indutus quis fuerit 4
ueste multiplici, consequens est ueritatem, quam corde retinet, sermone proferre. et ob id in rationali ueritas est, id est scientia, ut nouerit, quae docenda sint, et manifestatio atque doctrina,

8 cf. Leu. 7, 31—34 14 cf. Apoc. 4, 6 16 cf. Ex. 28, 26

1 duo quoque *B* superh. (-le *B*) *ΠDB* uel *om.* *B* 2 et *s. l.* *m2K* ecclesia *HR; add.* in quibus *B* quia *H* 3 continentur *Bp.c.* littera *K* 4 spiritu *K* continentur *ς* dextra *ΠD* dextera *B* 5 lae(e *Π*)ua *ΠDB* littera] litteris *Φ* discendimus *KΦ* 6 uerbum *KΦB* ordo] odor *Φ* et *s. l.* *K* 7 hum. *ΠDB* sunt] *add.* et (*eras.*) *K* 8 comdunt (= comendunt) *B* cocomident (*pr.* co *eras.*) *K* 9 rationabile *Φ* duplex est *KΠDB* 10 misticos *K* 11 quos *KΠD,Bp.c.* 12 iust. et *ς* hererent *D* 13 dodenarium *ΠR* eff. num. *ς* 14 quae] *add.* et (*exp.*) *K* apocalypsin *D* et] et deum laudantia et *B* 15 luce rad.] lucernae ardentes *Ka.c.m2* 16 in] in uno *Φ* singulae *H* *alt.* et *om.* *ς* ΔΗΛWICIC *D* ΔΗΛΟCIC *Π* ΔΕΛWCIE *B* WΗΛWCIΕC *K* *tert.* et *om.* *K* ἀληθ. *plus minus corrupt. in codd.* 18 quamquam *R* 19 prof. serm. *B* id] *add.* et (*exp.*) *K* rationabile *Φ* rationali et (*eras.*) *K* ueritatis *Φ* 20 dicenda *Da.c.m2* sunt *K*

ut possit instruere alios, quod mente concepit. ubi sunt, qui innocentiam sacerdotis dicunt posse sufficere? uetus lex nouae congruit: id ipsum Moyses, quod apostolus. ille sacerdotis scientiam ornat in uestibus, iste Timotheum et Titum instruit
5 disciplinis. sed et ipse uestimentorum ordo praecipuus. legamus Leuiticum: non prius rationale et sic superumerale, sed ante superumerale et deinceps rationale. *a mandatis*, inquit, *tuis intellexi*: prius facimus, sic docemus, ne doctrinae auctoritas cassis operibus destruatur. hoc est, quod in propheta legimus: *seminate uobis in iustitia et metite fruc-*
6 *tum uitae; inluminate uobis lumen scientiae*. primum seminate in iustitia et fructus uitae aeternae metite, et postea uobis scientiam uindicate. nec statim absoluta perfectio est, si quis superumerale et rationale habeat, nisi haec ipsa inter se forti conpage solidentur et sibi inuicem nexa sint, ut et opera rationi et ratio operibus haereat et his praecedentibus doctrina sequatur et ueritas.

21. Quattuor elementa, de quibus supra diximus, et duos lapides uel onychinos uel zmaragdinos et gemmas duodecim, quae ponuntur in rationali, si esset tempus, [ut] discuterem singulorumque naturas et causas tibi exponerem et, quid unus-

6 cf. Leu. 8, 7—8 7 Ps. 118, 104 10 *Os. 10, 12

1 aliud *Φ* quos *Ka.c.* que *B* *alt.* quod *Φ* 2 nocentiam *D* dic. sac. *Π* sacerdoti *ς* 3 moses *HR* 4 thimoth. *H* timot. *B* 5 legimus *Φ* 6 primus *K* prius a *B* superhum. *ΠDB* 7 superhum. *ΠDB* deinceps] sic *D* inq. tuis *KΦ* tuis inq. *cet.* 8 faciamus et *ΠDB* doceamus *ΠDB* nec *KΦ* 9 auctoris *Φ* casis *H* 11 lucem *K* 12 fructum *ΠDB* *alt.* et *om.* *ΠD* 13 scientiae *Φ* 14 superhum. *RΠDB* umerale *Φ* et *om.* *K* 15 conpagi *Φ* compagine *ΠDB* conexa *KΦ,Dp.c.m2* 16 operationi et rationi *ΠD* operationi *H* operatio rationi *ς* et ratio *om.* *ΠD* his et *Φ* 18 et supra *K* 19 onychynos *Φ* onichinos *ΠD*(h *m2*) *B* unicinos *K* *alt.* uel *om.* *Φ* zmargd. *H* maracd. *B* smaragd. *KΠ* 20 ut *seclusi* 21 singularumque *K* que *eras.* *B* quae *HR*, *om.* *ς* quod *Φ*

quisque ualeat, et, quomodo uirtutibus singulis conparetur — et sanctus papa Epiphanius egregium super hoc uolumen edidit, quod si legere uolueris, plenissimam scientiam consequeris —: ego iam mensuram epistulae excedere me intellego et excipientis ceras uideo esse conpletas; unde ad reliqua transeo, ut tandem finiatur oratio. lamina aurea rutilat in fronte; 2 nihil enim nobis prode est omnium rerum eruditio, nisi dei scientia coronemur. lineis induimur, ornamur hyacinthinis, sacrato balteo cingimur, dantur nobis opera, rationale in pectore ponitur: accipimus ueritatem, profert sermo doctrinam; inperfecta sunt uniuersa, nisi tam decoro currui dignus quaeratur auriga et super creaturas creator insistens regat ipse, quae condidit. quod olim in lamina monstrabatur, nunc in 3 signo ostenditur crucis. auro legis sanguis euangelii pretiosior est. tunc signum iuxta Ezechiel gementibus figebatur in fronte, nunc portantes crucem dicimus: s i g n a t u m e s t s u p e r n o s l u m e n u u l t u s t u i, d o m i n e. bis in Exodo legimus praecipiente domino et Moyse iussa faciente octo uestium

2 cf. Epiphanii opera ed. G. Dindorf IV 1, p. 141 sqq. 15 cf. Ezech. 9, 4 16 Ps. 4, 7 17 cf. Ex. c. 28 et 39

1 comparentur *B; add.* longi temporis erit alioquin (-qui *HR*) *KHRΦ, add.* plenius quaesita demonstrare (demostrare *ex* demorare *m2D* demonstrarem *ς*) sufficiat (-iet *Π*) quod *ΠDς, add.* longi temporis erit plenius quaesita demonstrare (*haec del. m2, pro quibus in mg. scr.* plenius demonstrarem *m2*) sed suffitiat (*ex* -tiet) quod *B* *alt.* et *s. l. m2K, om. B* 2 papas *HR* epyph. *D* epif. *ΠΦ* ephiph. *HR* ephyf. *K* 4 excipientes *K* 6 lammina *HRD* rutillat *K* rutilant *R* 7 uobis *Φ* prode est *K,Ba.r.* prodest *cet.* 8 coronetur *Ka.c.m2* induimur et *B* ornemur *Π; add.* fulgoribus *s. l. m2B* hyacinc(c *exp.K*)th(t *K*). *KR* iaci(y *D*)nth. *DΦ* iacinct. *ΠB* 9 sacro *ς* baldio *Φ* datur *Ka.c.m2* opere *Φ; add.* in superhumerali (*ex* -le *m2*) *B* 11 tam decoro *ex* tandem choro *m2K* dignis *s. l. m2K* quaerat *Π* 12 creator] creatoris *H* 13 lammina *HRD* nunc *om. B* 14 auri *Φ* 15 hezechiel *Φ* hiezechihel *H* hiczechiel (*sic*) *R* hezechielem *Π* ezechielis uocem *D,B* (s uocem *add. m2*) 16 frontes *B* dicemus *Πa.r.D* 17 exhodo *HRΦ* 18 mose *HR* gen. uestimentorum *Φ*

genera pontificis. in Leuitico de septem tantum scriptum est
et refertur, quomodo Moyses fratrem suum Aaron illis induerit:
de solis feminalibus nihil dicitur hac, ut arbitror, causa,
quod ad genitalia nostra et uerecunda lex non mittit manum,
sed ipsi secretiora nostra et confusione digna tegere et uelare
debemus et conscientiam puritatis et seminum deo iudici
4 reseruare. de ceteris uirtutibus, uerbi gratia sapientia, fortitudine,
iustitia, humilitate, mansuetudine, liberalitate, possunt et
alii iudicare: pudicitiam sola nouit conscientia et humani oculi
huius rei certi iudices esse non possunt absque his, qui passim
in morem brutorum animalium libidini expositi sunt. unde
et apostolus: *de uirginibus*, inquit, *praeceptum domini
non habeo*, quasi Moyses loquatur: 'feminalibus ego non
uestio nec inpono alicui necessitatem; qui uult sacerdos esse,
5 ipse se uestiat'. o quantae uirgines et quantorum sperata pudicitia
in die iudicii dehonestabitur, quantorum infamata pudicitia
a deo iudice coronabitur! igitur ipsi adsumamus feminalia,
ipsi nostra uerecunda operiamus, non quaeramus alienos
oculos. ita tegantur genitalia, ut nullorum oculis pateant, ne,
quando intramus sancta sanctorum, si qua apparuerit turpitudo,
morte moriamur.

22. Iam sermo finitur et ad superiora retrahor. tanta debet esse scientia et eruditio pontificis dei, ut et egressus eius et

1 cf. Leu. 8, 7—9 12 I Cor. 7, 25

2 quomodo *ex* modo *K* moses *HR* 3 hac (h *in ras.*) *K* ac *B* haec *Φ* 4 et *s. l. B* et ad *HRΦ* uerenda *ς* 5 ipse *Φ* ipsa *Ba.c.m2* digna] dignantur (ntur *eras.*) *B* 6 conscientia *B* et] ac *D*, *om. ς* feminum *Φ* dei iudicio *B* 7 sapientiam fortitudinem *K* 8 iustitiam *K*: *add.* temperantia *ς* humilitatem mansuetudinem liberalitatem *K* et *s. l. m2B* 9 pudicitia *K* solam *ς* conscientiam *K* 10 certi *s. l. K* 11 in *eras. Π* more *Π* sunt exp. *ς* exposite (-e *D*) *Πa.r.D* 12 et *om. Φ* 13 moses *HR* 15 se *om. RDB* quantae] quanta *R* 16 iudicii diem *Φ* quantarum *Φ* 17 a *s. l. K* ipsi ig. *ς* asum. *H* assum. *R* 18 ipsa *Φ* uerenda *Φ* operamus *Φ* 19 *alt.* oculi *Φ* 20 intrauerimus *B*; *add.* in *HRΠDB* 22 trahor *ΠD* 23 dei (*s. l. m2*) pont. *K* *alt.* et *KR*, *om. cet.* gressus *R* eius] *add.* atque regressus incessus *B*

motus et uniuersa uocalia sint. ueritatem mente concipiat et
toto eam habitu resonet et ornatu, ut, quidquid agit, quidquid
loquitur, sit doctrina populorum. absque tintinabulis enim et
diuersis coloribus et gemmis floribusque uirtutum nec sancta
ingredi potest nec nomen antistitis possidere. haec ad unam 2
lucubratiunculam, cum iam funis solueretur e litore et nautae
crebrius inclamarent, propero sermone dictaui, quae memoria
tenere poteram et quae diuturna in rationali pectoris mei lectione
congesseram, satis intellegens magis me loquendi impetu
quam iudicio scribentis fluere et more torrentis turbidum pro-
ferre sermonem. fertur in indice Septimi Tertulliani liber de 3
Aaron uestibus, qui interim usque ad hanc diem a me non
est repertus. si a uobis propter celebritatem urbis fuerit in-
uentus, quaeso, ne meam stillam illius flumini conparetis.
non enim magnorum uirorum ingeniis, sed meis sum uiribus
aestimandus.

1 uniuersa eius *B* ueritate *KΦ* 2 totam (*ut uidetur*) *Kp.c.m2* ambitu *B* ut] et *Φ* agitur (ur *exp.*) *B* 3 tintin. *KHΦ* tintinn. *cet.* 4 diuersi *Φ* et *exp. B* pluribusque (que *s. l. B*) *ΠDB* sancta] sanctam (*s. l. m2*) ecclesiam *K* 5 antistitis *in ras. m2B* antestitis *Ka.c.m2HRΦ* 6 e] a *DB* 7 quem (m *exp.*) *B* memoriae (-e *B*) *ΠD,Ba.c.m2* 8 retinere *K* rationabili *Φ* mei] me *H* lectionem *HR* lectioni *ΠD* 9 concesseram *ΠD* loquentis *Bp.c.m2* 11 Septimii *ς* tertuliani *DΦ* 12 aaro (n *s. l. m2*) *Π* interito *Φ* usque (*ex* que) ad hanc usque (*eras.*) *K* 13 uerbis *ex* urbis *m2K* 14 nem *HR* flumini (s *s. l.*) *K* fulmini *Φ* 16 extimandus *B; add.* explicit ad fabiolam *KDΦ* explicit ad fabiolam de cibis et uestibus sacerdotalibus *HR* explicit epistola ad fabiolam de ueste sacerdotali *Π*

LXV.

AD PRINCIPIAM VIRGINEM EXPLANATIO PSALMI XLIV.

1. Scio me, Principia, in Christo filia, a plerisque reprehendi, quod interdum scribam ad mulieres et fragiliorem sexum maribus praeferam. et idcirco debeo primum obtrectatoribus meis respondere et sic uenire ad disputatiunculam, quam rogasti. si uiri de scripturis quaererent, mulieribus non loquerer. si Barach ire uoluisset ad proelium, Debbora de uictis hostibus
2 non triumphasset. Hieremias carcere cluditur et, quia periturus Israhel uirum non receperat prophetantem, Holda eis mulier suscitatur. sacerdotes et pharisaei crucifigunt filium dei et Maria Magdalene plorat ad crucem, unguenta parat, quaerit in tumulo, hortulanum interrogat, dominum recognoscit, pergit ad apostolos, repertum nuntiat. illi dubitant, ista confidit, uere πυργῖτις, uere turris candoris et Libani, quae prospicit

8 cf. Iudd. c. 4 et 5 9 cf. Hier. 36, 26 10 cf. IV Reg. 22, 14 11 cf. Matth. c. 27 etc. 12 cf. Matth. 27, 56 etc. cf. Marc. 16, 1 13 cf. Matth. 28, 1 etc. cf. Ioh. 20, 15. 16. 18. 24—29 15 cf. Cant. 7, 4

L = *Coloniensis 35 s. IX.*
W = *Parisinus lat. 1868 s. IX.*
X = *Parisinus lat. 9532 s. IX.*
d = *Casanatensis 641* (*olim B. IV. 18*) *s. IX* (*continet p. 625, 5* hic—*9* natus est; *p. 634, 9* narrant—*14* legitur).
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad principiam uirginem *LB* ad principiam uirginem explanatio XLIIII (XLIII *X*) psalmi (salmi *ex* salmo *X*) *WXM* eiusdem *d*: *Hieronymi nomen exhibent tituli in LB,d* (eiusdem) 5 obtractat. *Wa.c.m2M* 6 ad] a *X* 7 uiri] uere *L* 8 barac *X* ad proel. uol. *ς* praelium *LB* 9 hyerim. *W* ierem. *B* clauditur *Wp.c.m2B* 10 reciperat *L,Wa.c.m2* -eret *B* olda eis *W* chaldeis *L* heldois *ex* hedois *B* 11 phar.] iudei *B* crucifixerunt *M* 12 magdalenae *W* -na *Bp.c.m2* ungenta *L* parat *om. W* 13 hortul. *L,Mp.c.* hortol. *cet.* pergit ad *om. B* 14 apostolis *B* 15 *pr.* uere *om. W* ΠΥΡΓΙΤΙC (*in mg. m2* ardens) *X* ΠΥΡΤΙΤΙC (*in mg. m2* pirgitis) *M* ΠΥΡΓΙC *W* PINTYIC *B* πυργίτης *ς*, *om. L*

faciem Damasci, sanguinem uidelicet saluatoris ad sacci pae-
nitentiam prouocantem. defecerant Sarrae muliebria et ideo 3
Abraham ei subicitur et dicitur ad eum: omnia, quae dicit
tibi Sarra, audi uocem eius. illi defecerant muliebria,
tu numquam habuisti: sexus deuoratur a uirgine, Christum
portat in corpore, iam possidet, quod futura est. Rebecca
pergit ad interrogandum deum et eius responsione condigna
audit oraculum: duae gentes in utero tuo, et duo
populi de uentre tuo diuidentur. illa duos generat
dissidentes, tu unum cotidie concipis, parturis, generas, unione
fecundum, maiestate multiplicem, trinitate concordem. Maria, 4
soror Moysi, uictorias domini canit, ⟨Rachel moriens parit⟩
et Bethleem nostram atque Ephratam stirpe nominis sui signat
in posteros. filiae Salphaad hereditatem inter fratres merentur
accipere. Ruth et Hester et Iudith tantae gloriae sunt, ut sacris
uoluminibus nomina indiderint. Anna prophetissa generat filium
leuitam, prophetam, iudicem, sacro crine uenerabilem, et offert
eum in tabernaculo dei. Thecuitis mulier regem Dauid inter-
rogatione concludit, aenigmate docet, exemplo dei mitigat.
legimus et aliam sapientem feminam, quae, cum obsideretur 5
ciuitas et propter unum perduellem dux exercitus Ioab muros

3 *Gen. 21, 12 5 cf. I Cor. 6, 20 sec. Vulg. 8 *Gen. 25, 23 11 cf. Ex. 15, 20 12 cf. Gen. 35, 19. Matth. 2, 18 14 cf. Num. 27, 1—6 16 cf. I Reg. c. 1 et 2 18 cf. II Reg. 14, 1—20 20 cf. II Reg. 20, 16—22

2 sarae (-e *B*) *Xp.r.B* 3 ei a(ha *B*)braham *LB* 4 sara *Xp.r.B* tu numq. hab. muliebria *Ba.c.* muliebria tu numq. hab. muliebria *L* 5 Christum] dum *W* 6 corpore *ex* pectore *M* 7 dominum *M* eius] sua *ς* 8 oracula *B* 9 duo *L* 10 cott. *Xp.c.m2LM* quot. *ς* unionem *X* 11 fecundum *in ras. m2B* secundum *LX* maiestatem *LXB* multiplici *Ba.c.* trinitatem *X* concorde *B* 12 Rachel—parit *addidi, om. codd.* 13 et] *add.* Rachel *ς* bethlehem *B* ephatam *Wa.c.* effratam *B* ephratham *ς* 14 salfaad *L* salphaath *B* 15 hesther *Wp.c.* esther *ς* 16 indiderent *L* -rit *W* profetissa *X* prophetes *W* 17 leuitem *Ba.c.m2* crine] nomine *B* 18 tabernaculum *W* tecuitis *W* thecuites *L,B* (h *m2*) tecuites *M* 19 dei *del. m2B* 21 perd.] perdere uellet *L*; *add.* in sapientia sua *X* murus *L,XMa.c.* murum *B*

ariete quateret, locuta est ad populum in sapientia sua et tantae multitudinis periculum muliebri auctoritate sedauit. quid loquar de regina Saba, quae uenit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis et testimonio domini condemnatura est omnes uiros Israhel? Helisabet utero prophetat et uoce. Anna, filia Fanuelis, in templo templum efficitur dei et cotidiano ieiunio caelestem inuenit panem. sequuntur mulieres saluatorem et ministrant ei de substantia sua. ille, qui de quinque panibus quinque milia hominum exceptis mulieribus et paruulis aluit, escas sanctarum mulierum non recusat accipere. cum Samaritana loquitur ad puteum et saturatus conuersione credentis cibos, qui coempti fuerant, neglegit. Apollo, uirum apostolicum et in lege doctissimum, Aquila et Priscilla erudiunt et instruunt eum de uia domini. si doceri a femina non fuit turpe apostolo, mihi quare turpe sit post uiros docere et feminas?

2. Haec et istius modi, σεμνοτάτη filia, perstrinxi breuiter, ut nec te paeniteret sexus tui nec uiros suum nomen erigeret, in quorum condemnationem feminarum in scripturis sanctis uita laudatur. gaudeo et ueluti quodam tripudio effertur animus meus, cum in Babylone inueniuntur Danihel, Ananias, Azarias, Misahel. o quam multi sunt senes et iudices Israhel,

3 cf. III Reg. 10, 1—13 5 cf. Luc. 1, 41—45 cf. Luc. 2, 36—38 7 cf. Matth. 27, 55 etc. 8 cf. Matth. 14, 14—21 etc. 11 cf. Ioh. 4, 7—34 12 cf. Act. 18, 24—26 21 cf. Dan. 1, 6

2 tantae] ante *L* auctoritatis *L* euadit *L* 3 quae] qui *W* 4 salamonis *L* solomonis *X* et *s. l. B* 5 Isr.] Ierusalem ς helisabeth *WM* elisabeth *L*; *add.* in *W* proph.] prophetę id *ex* prophetęt *m2W* 6 phanuelis *W* dei eff. *B* cott. *Xp.c.m2M* quot. ς 7 sequuntur *X* sequentur *L* secuntur *cet.* 8 subst. sua] facultatibus suis *B* 12 empti *M* fuerint *X* appollo *W* 14 docere *L,Xa.c.m2* 15 apostolo—sit *in mg. m2* (*in t.* sit *eras.*) *B* sit] *add* si (*exp. m2*) *W* 17 et *om. M* CEMNOTAT *X* EMNUTAIN *M* monita *W*, *om. LB* filia *om. W* 18 *pr.* nec] ne *B* sexui tuo *W* nom. suum ς erigere *W* 21 in *om. M* inuenitur ς danihel *LM* daniel *cet.* annanias *L* 22 misael *B* o quam] et *W*

quos rex Babylonius frigit in sartagine sua, quam multae Susannae, quod interpretatur 'lilium', quae candore pudicitiae sponso serta conponunt et coronam spineam mutant in gloriam triumphantis! habes ibi in studio scripturarum et in sanctimonia 2
mentis et corporis ⟨magistras⟩ Marcellam et Asellam: quarum altera te per prata uirentia et uarios diuinorum uoluminum flores ducat ad eum, qui dicit in Cantico: ego flos campi et lilium conuallium, altera, ipsa flos domini, tecum mereatur audire: ut lilium in medio spinarum, sic proxima mea in medio filiarum. et quia de floribus et liliis loqui coepimus semperque uirginitas floribus conparatur, oportunum mihi uidetur, ut ad florem Christi scribens de multis floribus disputem.

3. Quadragesimum quartum psalmum legens in titulo repperi: in finem pro his, qui commutabuntur, filiorum Core ⟨in⟩ intelligentiam, canticum pro dilecto. in Hebraico scriptum est: 'lamanasse al sosanim labne core meschil sir ididoth', quod nos Latine uertimus: uictori pro liliis filiorum Core, eruditionis canticum amantissimi. Symmachus more suo manifestius 'triumphum' pro 'floribus' interpretatus est. igitur 'sosanim' uel 'pro his, qui commutandi sunt' uel in 'lilia' transfertur et 'flores' et 'meschil' quoque et

1 cf. Hier. 29, 22   2 cf. Dan. 13, 2   3 cf. Matth. 27, 29 etc. 7 Cant. 2, 1   9 *Cant. 2, 2   15 *Ps. 44, 1

1 babilonis *B*   frixit *Wp.c.m2B*   sua *om. W*   2 candorem *B*   3 gloria *Mp.r.*   4 triumfantes *L*   tibi *M*, *om. LB*   et in sanct.] diuinarum *W*   5 magistras *addidi, om. codd.*   ascellam *Ma.r.*, *om. W*   6 te *om. M*   per *om. W*   uarius *WXa.c.*   diu. uol.] diuersarum (*sic*) odorum *W*   7 ducat] *add.* te *s. l. M*   9 meretur *W*   14 reperi *B*   15 mutabuntur *L*   chore *LM*   16 ⟨in⟩intelligentiam *Engelbrecht graecum textum secutus* intelligentiũ *X* intelli(e *M*)gen(u *om. Bm2*)tia *cet.* intelligentiae *ς*   intellig.—dil. *in mg. m2B*   delicto *Bm2*   ebraico *WXM*   17 lammassecne *B*   al] ai *B*   sosannim *LM*   lamne *LM*   meschi *W* mechil *L* mchil *B*   18 sir] *add.* pro *B*   in latinum *ς*   uicturi *L* uiciri *W*   19 chore *L,Xp.c.*   amantissimum *X,Ba.c.m2*   20 simachus *W* simmacus *B*   21 sosan. *B* sosãn. *W* sosann. *L* sossan. *X* susannem *M*   uel] uhel *M*   22 *alt.* et *om. LB*   mescil *B*

'eruditionem' et 'doctissimum' sonat; 'ididia' antiquum Salomonis
2 est nomen, qui alio sensu 'pacificus' appellatur. quattuor
autem psalmi, licet in posteriore titulorum parte dissentiant,
hoc principio praenotantur: quadragesimus quartus, quinqua-
gesimus nonus, sexagesimus octauus, septuagesimus nonus, e
quibus duo medii inscribuntur 'Dauid', primus et nouissimus
'filiorum Core et Asaph'. de cunctis dicere non est huius
temporis; quem coepimus, explicemus.

4. Recte, qui in saeculorum fine mutandi sunt, de quibus
apostolus loquitur: *omnes dormiemus, sed non omnes
inmutabimur*, referuntur ad finem. et hoc ipsum mysterium
lectorem praeparat ad intellegentiam spiritalem. ubi enim simplex
et apertus est sensus, quid necesse est audientem intellegentiae
praemoneri et dici ad eum: *qui habet aures audiendi,
2 audiat*? canticum quoque canitur carissimo atque dilecto,
quia propter illum ueniet sanctis promissa mutatio. quae qui-
dem et in hac uita intellegi potest, quando exuimur ueteri
homine et induimur nouo, qui renouatur in cognitionem secun-
dum imaginem creatoris, et gloriam domini contemplantes in
eandem imaginem transformamur quasi a gloria in gloriam.
3 nec est tempus ullum, quo non mutetur sanctus praeteritorum
obliuiscens et in futurum se extendens, cum interior noster
homo renouetur de die in diem et inmutabilis deus, qui lo-

4 cf. Ps. 44, 1. 59, 1 5 cf. Ps. 68, 1. 79, 1 10 *I Cor. 15, 51
14 Matth. 13, 9 17 cf. Eph. 4, 22—24. Col. 3, 9—10 22 cf. Rom.
7, 22. Eph. 3, 16

1 erudicione *W* sonat] *add.* sir canticum *ς* idida *B* anti-
cum *L* (canticum *m2*) *Xa.c.m2* solomonis *Xa.c.m2* 2 quia *ς*
sensu *in ras.* 7—8 *litt. m2B* 3 posteriori *B* 5 e] et (t *exp.*) *M.*
om. X 6 scribuntur *WB* 7 chore *MB* 9 qui in *ex* quin *W*
saec. in *B* finem *L* de *ex* e *m2B* 10 om̄s immutabitur *X*
11 mistyrium *L* ministerium *W* 12 spiritalem—intell. *in mg. m2B*
14 praemoneri *in ras. m2B* praemonere *L* praemoueri *W* dici *ex*
duci *B* 16 mutuatio *W* 17 exuemur *L* 18 cognitione *ς*; *add.* dei
s. l. m2B 19 contemplantis *Xp.c.m2M,Ba.c.m2* 20 transformatur *X*
21 ullum *ex* illud *m2B* quo *ex* quod *m2B* qua *L* mutuetur *L*
sanctus] sp̄s (= spiritus) *M* praet.] *add.* et (*exp.*) *W* 23 deus *om. B*

quitur per prophetam: *ego deus et non mutor*, propter nos mutauerit faciem suam, formam serui acceperit et de Iudaea transmigrans ad Philistiim, qui interpretantur 'poculo corruentes' — inebriati enim fuerant aureo calice Babylonis —, primum derisus sit propter stultitiam crucis, deinde susceptus propter gloriam triumphorum. carissimus autem ille 4 est, de quo et Esaias canit: *cantabo canticum dilecto dilecti uineae meae* et euangelium: *hic est filius meus dilectus, in quo mihi conplacui, hunc audite*, cui non unus propheta, sed omnis chorus filiorum Core nunc laudes canit. qui sint autem filii Core, id est caluariae, in quadragesimo primo psalmo conpetentius disputatur. et ut 5 sciamus textum cantici titulo conuenire, mutationem de alio ad aliud discit et filia, cui praecipitur, ut antiqui parentis oblita regiis se amplexibus paret. uictorem autem eum esse, qui dicit: *confidite, ego uici mundum* et ad quem ista adulescentis oratio est: *a te uictoria et sapientia et gloria et ego tuus seruus*, profecto nouit, qui domino uincente superauit et est particeps triumphorum eius et qui inmarcescibilem gloriae coronam de candore bonorum operum et de uarietate uirtutum texuit saluatori.

5. *Eructuauit cor meum uerbum bonum*. pro quo

1 *Mal. 3, 6 2 cf. Phil. 2, 7 4 cf. Hier. 51, 7 5 cf. I Cor. 1, 18 7 *Esai. 5, 1 8 *Matth. 17, 5 11 cf. Ps. 41, 1 14 cf. Ps. 44, 11 16 Ioh. 16, 33 17 Esdras Graecus (I) 4, 59 20 cf. I Petr. 5, 4 22 Ps. 44, 2

1 dominus *L* 2 formamque *ς* accipiens *B* 3 philistim *XB* philisthim *L* interpretatur *W,Ba.c.m2* 4 corruentis *W; add.* et (*exp.*) *W* 6 suscepimus *B* carissimum *W* 7 et *om. ς* isaias *LM* dilecto dilecti *scripsi* dilecto *B* dilecti *L* dilectae *WXM* 9 mihi] *add.* bene *L* conplacuit *La.r.B* 10 omnes *W* Core] chore *LM* cores *B* 11 chore *L* 14 aliut *X* alium *B* discit *L* dicit *WXM* docet (ocet *in ras. m2*) *B* et] ut *ς* ut] aut *W* par. aut *W* 15 obliuiscatur *ς* regis *B* se] sed *B* paretur *W* eum *om. L* 17 uictoriae *M* 18 noui *B* qui] quia *Xp.c.* quid *W* qui in *L,Ba.c.m2* 19 superatur *L* quia *Xp.c.* inmarcesc. *Mp.c.* inmarcess. *B* 21 exuit *W* 22 eructauit *MB*

interpretatus est Symmachus: commotum est cor meum
uerbo bono indicans ad alterius sermonem cor dicentis mo-
tum et spiritu sancto futura Christi sacramenta pandente
etiam hunc in eloquium prorupisse, ut, quemadmodum ceteri
de aduentu eius locuti sunt, et iste loqueretur. ructus autem
proprie dicitur digestio cibi et concoctarum escarum in uen-
2 tum efflatio. quomodo ergo iuxta qualitatem ciborum de sto-
macho ructus erumpit et uel boni uel mali odoris flatus in-
dicium est, ita interioris hominis cogitationes uerba proferunt
et ex abundantia cordis os loquitur. iustus comedens
replet animam suam, cumque sacris doctrinis fuerit satiatus,
de bono cordis thesauro profert ea, quae bona sunt, et cum
apostolo loquitur: an experimentum quaeritis eius, qui
3 in me loquitur Christus? quidam ex persona patris dic-
tum intellegi uolunt, quod ex imis uitalibus et cordis arcanis
uerbum suum, quod in se erat semper, protulerit iuxta alte-
rius psalmi uaticinium: ex utero ante luciferum genui
te, et quomodo uterus non significat uterum — neque enim
deus diuiditur in membra —, sed eandem substantiam patris
filiique demonstrat, sic cor et uerbum, quod profertur ex corde,
4 patrem ostendere et filium. et quod sequitur: dico ego opera

1 *Ps. 44, 2 9 cf. Rom. 7, 22. Eph. 3, 16 10 Matth. 12, 34. Luc. 6, 45 12 cf. Matth. 12, 35. Luc. 6, 45 13 II Cor. 13, 3 17 Ps. 109, 3 21 Ps. 44, 2

1 simachus *W* simmacus *B* commotus *W* cor] or *B* 2 ad *s. l. W* motum] esse comm(m *B*)otum *LB* 3 et] est *X* 5 eius adu. *B* 6 degestio *WM* cybi *ex* cybo *m2X* non coctarum *Hp.c.m2* 7 efflactio *L* ergo] enim *ς* 8 et] ut *W* *pr.* uel *om. ς* 9 interiores *L* hominis *om. W* cogitaciones *ex* -nis *m2X* cogitationem *L,Ba.c.m2* 10 et *om. B* habundantia *codd. praet. M* commedens *B* 11 saturatus *L* repletus *B* 12 boni *LB* proferet *W* profer *B* eā *B* 14 quid.—patr.] quid. ex persona xp̄i quidam ex persona patr. *L* personā *W* 15 imis] intimis *in ras. m2B* arcanis *ex* arcana *m2B* arch. *LWX* 16 protulit *L* 18 et] ut *ς* 19 in membra diu. *LB* 20 quod *om. L* 21 ostenderit *Bp.c.m2* ostendit *M* *alt.* et *s. l. m2 B*, *om. L* quod *ex* quot *m2X*

mea regi, illi coaptant intellegentiae: ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt, quod dicente patre operatus sit filius; omnia, quae pater facit, eadem et filium facere similiter et patrem manentem in eo operari cuncta per filium.

6. Dico ego opera mea regi. propheticus chorus Christi ecclesiae sacramenta dicturus, ne carmine uideatur indignus et ob conscientiam peccatorum dicatur ei: ut quid tu enarras iustitias meas et adsumis testamentum meum per os tuum?, opera sua regi, quem laudaturus est, confitetur, ut uel, si bona sunt, ipse suscipiat uel, si mala sunt, mundet; facitque, quod iussus est: dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris, et: iustus accusator sui est in principio sermonis. ἰδίωμα autem non solum Hebraicae sed et Latinae 2
linguae est pro syntagmatibus et scriptis ‘opuscula’ dicere. ergo et iste, qui laudes cantaturus est domino, carmen suum et opusculum consecrat ei et pro Musis gentilium ipsum inuocat in principio, quem laudaturus est.

7. Lingua mea calamus scribae uelociter scribentis. pro quo nos interpretati sumus: lingua mea stilus scribae uelocis. extrema pars prologi est; et cum praecedentibus iunge, quod sequitur: eructuauit cor meum in laudes dei sermonem bonum et opuscula mea, quibus eum praedicaturus sum, ipsi potissimum consecraui. debeo ergo et 2

1 Ps. 32, 9. 148, 5 2 cf. Ioh. 14, 31 3 cf. Ioh. 14, 12 6 Ps. 44, 2 8 *Ps. 49, 16 12 *Esai. 43, 26 13 *Prou. 18, 17 19 Ps. 44, 2 20 *Ps. 44, 2

1 illi coa(coo *B*)ptant *XB* illico (ilico *WM*) aptant *LWM* illi aptant ς 2 ipse *om. M* 3 omnia enim *LB* quaecumque *L* 4 et *om. X* man. in eo patr. *X* 6 Christi] *add.* et *LB,X in mg. m2* 7 nec *Xa.r.M* 9 et *in mg. W* 10 ut] et *L*, *om. W* 11 faciatque *WXM* 12 iussum *B* iustum *W* 14 IdIOMA *M* IOIωMA *L* IdEOMA *X* qAIωMA (*s. l.* idioma) *B* idoma *W* ebraicae (-ce *W*) *WM* 15 enigmatibus *L* sintagm. (sintacm. *Xp.c.m2*) *cet.* et scriptis—iste *om. W* 16 caniturus *M* 19 mea *s. l. m2B*, *om. W* 21 pr(a)ecid. *W,Xa.c.m2* 22 eructauit *XM* 24 potentissimum *L* ergo *om. W*

linguam meam quasi stilum et calamum praeparare, ut per illam in corde auribus audientium scribat spiritus sanctus; meum est enim quasi organum praebere linguam, illius quasi per organum sonare, quae sua sunt. stilus scribit in cera, calamus uel in charta uel in membranis aut in quacumque materia, quae apta est ad scribendum. mea autem lingua in similitudinem scribae uelocis, quem notarium possumus intellegere, quodam signorum conpendio breuiatum euangelii stric-
3 tumque sermonem exarabit in tabulis cordis carnalibus. si enim lex per manum mediatoris digito dei scripta est et. quod destructum est, glorificatum est, quanto magis euangelium, quod mansurum est, per meam linguam scribetur a spiritu sancto, ut illius laudes, ad quem in Isaia dicitur: uelociter spolia detrahe, cito praedare, uelox in corde credentium sermo describat!

8. Speciosus forma prae filiis hominum. in Hebraico: decore pulchrior es filiis hominum. finito prohoemio hinc narrationis exordium est et fit apostropha ad ipsum amantissimum et dilectum et regem, cui dicentis opera consecrata sunt. quaeritur autem, quomodo pulchrior sit cunctis filiis hominum, de quo legimus in Isaia: uidimus eum, et non habebat speciem neque decorem, sed erat species eius inhonorata et deficiens a filiis

9 cf. Prou. 3, 3. 7, 3. II Cor. 3, 3 10 cf. Ex. 31, 18 etc. 13 Esai. 8, 1 16 Ps. 44, 3 17 *Ps. 44, 3 21 *Esai. 53, 2—3

1 ut—4 sunt *part. in ras., part. in mg. m2B* ut] et *Bm2* 2 corde] *add.* et *L,Bm2* 3 enim est *ς* quasi *om. L* 5 *pr.* uel] aut *W* cartha *WX* carta *B* *tert.* in *s. l. m2B, om. L* 6 est] sunt *W* 8 quaedam *W* breuitatum *M* euangeliis *W* 9 exarauit *B* 10 dei dig. *W* et quod—glorif. est *in mg. m2B, om. L* 12 scribetur a *in ras. m2B* scribitur a *WM* scriptura *L* 13 ad *om. M* quem *eras.* (*s. l.* cui *m2*) *M* quam *W* isaiā *La.r.* hysaia *B* esaia *W* 14 corda *B* 15 discribat *L.Xa.c.m2* 16 ebraico *W* 17 pulcrior es *B* pulcrioris *L* 18 prohoemio *XM* prohemio *ex* proemio *W* prooemio *L* proemio (proe *in ras. m2*) *B* apostrafa *L* 19 *alt.* et *exp. m2X* 20 pulcrior *LB* 21 ysaia *B* esaia *W* 22 decore *W*

hominum; homo in plaga positus et sciens ferre
infirmitatem, quia auertit faciem suam. nec statim 2
scriptura dissonare uideatur, quia ibi ignobilitas corporis
propter flagella et sputa et alapas et clauos et iniurias pati-
buli commemoratur, hic pulchritudo uirtutum in sacro et
uenerando corpore. non quo diuinitas Christi hominibus conpa-
rata formosior sit — haec enim non habet conparationem —, sed
absque passionibus crucis uniuersis pulchrior est: uirgo de
uirgine, qui non ex uoluntate uiri, sed ex deo natus est.
nisi enim habuisset et in uultu quiddam oculisque sidereum, 3
numquam eum statim secuti fuissent apostoli nec, qui ad
conprehendendum uenerant, corruissent. denique et in praesenti
testimonio, in quo ait: homo in plaga positus et sciens
ferre infirmitatem, reddit causas, quare ista perpessus
sit: quia auertit faciem suam, id est paululum diuinitate
subtracta corpus iniuriae dereliquit. quidam hunc uersiculum
superioribus copulant, ut speciosus forma prae filiis
hominum non ad Christum, sed ad calamum referatur.

9. Effusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in aeternum. in editione uulgata pro 'benedixit' 'unxit' legimus; sed sciendum, quod error scriptorum septuaginta translatoribus non debeat inputari, qui hoc loco cum Hebraica ueritate concordant. legentes illud: Iesus proficiebat sapientia et aetate et gratia apud deum et homines et in alio loco: admirabantur super uerbis gratiae eius, quae egrediebantur de ore illius, et

9 cf. Ioh. 1, 13 11 cf. Matth. 4, 18—22 etc. cf. Ioh. 18, 6 13 *Esai. 53, 3 15 *Esai. 53, 3 17 Ps. 44, 3 19 *Ps. 44, 3 21 cf. Ps. 44, 8 23 *Luc. 2, 52 25 *Luc. 4, 22

1 et *s. l. m2B* 2 quia] qui *B* uertit *X* 5 hinc (n *exp.*) *M* eiusdem. speciosus forma. hic *d* pulcritudo *WdB* 6 quod *d* 7 form.] fortior *L* firmior *W* 8 absque] adque *X* pulcrior *dB* 9 non *s. l. W* uiri *om. B* 12 conpreh. eum *ς* 13 *pr.* in] de (*exp. m2*) *B* 15 sit] est *L* qui auertit *Xp.c.m2B* de diu. substracta *B* 17 cum sup. *LB* 18 xp̄o *M* referat *L* 19 bened.] unx(ex *WM*)it *WXM* 23 ebraica *W* 24 aet. et sap. *ς* *pr.* et *om. LWM* 25 uerbum *B* 26 illius *ex* illo *m2B*

quod in potestate habebat sermonem, intellegere pos-
sumus, quo sensu dictum sit: effusa est gratia in labiis
2 tuis. Noe inuenit gratiam coram deo in diebus suis et Moy-
ses et reliqui prophetarum, sed omnis gratiae multitudo in
labiis saluatoris effusa est, quae in breui tempore totum in-
pleuit orbem: tamquam sponsus processit de thalamo
suo; a summo caelo egressio eius et occursus illius
3 usque ad summum eius. nam et sancta Maria, quia con-
ceperat eum, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat cor-
poraliter, plena gratia salutatur et apostolus sciens praedica-
tionem suam non in eloquentia saeculari, sed in uirtute dei
omnes mundi superasse doctrinas ait: et sermo meus et
praedicatio mea non in persuasibilibus sapientiae
uerbis, sed in ostensione spiritus et uirtutis, ut
sit fides nostra non in sapientia hominum, sed in
4 uirtute dei. seque ipsum reprehendens, quia dixerat: am-
plius autem omnibus laboraui, statim intulit: non
autem ego, sed gratia dei, quae mecum est, et rur-
sum: quia gratia eius, qui in me est, non fuit uacua.
proprie autem in saluatore uerbum effusionis adiungitur, ut
significet gratiae largitatem, secundum illud: effundam de
spiritu meo super omnem carnem et: caritas dei
5 effusa est in cordibus nostris. et nota, ut omnium,
quae dicuntur, intellegentiam ad personam eius referas, qui
adsumptus ex Maria est, quod propter gratiam labiorum in

1 *Luc. 4, 32 2 *Ps. 44. 3 6 *Ps. 18, 6 7 *Ps. 18, 7 9 cf. Col. 2, 9 10 cf. Luc. 1, 28 12 *I Cor. 2, 4—5 16 *I Cor. 15, 10 19 *I Cor. 15, 10 21 *Ioel 2, 28 22 *Rom. 5, 5

1 potestatē *L* habebit *X* 2 est *s. l. W* 3 domino *ς* 4 gratia et *W* 6 orbem et ipse *ς* talamo *WB* 8 quia] que *B* qui *W* 11 eloquia *B* 12 separasse *W* doctrinis *W* *pr.* et *om. M* 13 mea *om. M* persuas.] *add.* humanae (-ne *B*) *B s. l. m2 ς* 16 ipsum] eum *W* quia *ex* qui *m2B* 17 intullit *WXa.c.* 20 saluatorem *WXM* 21 gratia *W* 23 diff(*eras.*)effusa *W* diffusa *LB* ut] quod *ς* 24 uincuntur *M* eius *om. W* refferas *X* referat *ς* 25 adsumtus *ex* adsumitur *m2M* gratia aliorum *W*

aeternum benedictus esse dicatur tale quid et apostolo prae-
dicante: humiliauit se factus oboediens usque ad
mortem, mortem autem crucis. propterea deus
illum exaltauit et dedit ei nomen super omne
nomen. sicut enim ibi forma serui passionis iniuria est et 6
exaltatio nominisque donatio ad patrem reditus, ita hic effusio
gratiae et benedictio in sempiternum ad eum referenda est,
qui potest humiliari et crescere.

10. Accingere gladio tuo super femor tuum, po-
tentissime, specie tua et pulchritudine tua. in He-
braeo: accingere gladio tuo super femor, fortissime,
gloria tua et decore tuo. istum arbitror locum te optime
intellegere et accinctam Christi gladio militare. ut autem scias
semper uirginitatem gladium habere pudicitiae, per quem
truncat opera carnis et superat uoluptates, gentilis quoque
error deas uirgines finxit armatas. accinxit et Petrus lumbos 2
suos et ardentem lucernam habuit in manibus. quod autem
femor significet opera nuptiarum, his breuiter exemplis doce-
beris. Abraham mittens ad uxorem quaerendum filio suo Isaac
dicit maiori domus suae: pone manum tuam sub femore
meo et adiurabo te per dominum deum caeli, non

2 *Phil. 2, 8—9 5 cf. Phil. 2, 7 9. 11 *Ps. 44, 4—5 16 cf. Luc. 12, 35 20 *Gen. 24, 2—3

2 semetipsum *B* 3 propterea] propter quod et (et *om. B*) *B*ς 4 exalt. ill. (ill. *in mg. m2*) *B* donauit *LB* illi *W* sup. o. nom. *om. M* 5 formã *W,Ma.r.* pass.] *om. in t., in mg. m2* in pass. *B* et *om. W* 6 reditur *L* redditur *B* redit ς haec *M* 7 benedictionis *WXM* ad eum in semp. *B* 8 humiliare *M* 9 accinge *B* gladio (o *in ras. m2*) *B* tuo—11 gladio *in mg. m2B* femur *MB* 10 ebreo *WM,Ba.c.* 11 tuo (o *in ras. m2*) *B* femor *L,Xa.c.* femur *cet.; add.* tuum *s. l. m2 B,*ς 12 te locum ς 13 et *om.* ς accinctum *B* militari *L* 15 gentiles *L; add.* uel (*del. m2*) *B* 16 deas] de hac *L* 17 et *s. l. m2B, om. L* man. suis ς 18 femor *L,Xa.c.* femur *cet.* 19 quae(e*W*)rendum *WM* -dam (*B s. l. m2*) *cet.* filium suum *W* ysahac *B* 20 sub] super *L* in (*in ras. 4—5 litt.*) *m2B*

dubium, quin per eum, qui de eius erat semine nasciturus.
3 Iacob, postquam luctatus est cum homine, qui ei apparuerat
ad torrentem Iaboc, Mesopotamia derelicta et terram repromis-
sionis ingrediens non ante Israhelis sortitus est nomen, quam
neruus femoris eius emarcuit. et ad filium loquitur: non
deficiet princeps ex Iuda neque dux de femoribus
eius. et rursum ipse moriturus Ioseph adiurat in femore
4 suo, ne eum in Aegypto sepeliat. in Iudicum quoque libro
legimus: Gedeonis erant filii septuaginta, qui egressi
sunt de femoribus eius. in Cantico dicitur canticorum:
ecce lectus Salomonis, sexaginta potentes in cir-
cuitu eius de potentibus Israhel, omnes tenentes
gladium, docti bellum, uir et gladius super femor
eius. gloria ergo et decore suo siue specie et pulchritudine
diuinitatis suae carnis opera mortificans et natus ex uirgine
futuris uirginibus uirginitatis princeps fuit.

11. Et intende, prospere procede et regna propter ueritatem et mansuetudinem et iustitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. in Hebraeo: decore tuo prospere ascende propter ueritatem et mansuetudinem iustitiae, et docebit te terribilia dextera tua. secundo scriptum est apud Hebraeos 'decore tuo', ne quis id ipsum uitio librarii repetitum putet, et est figura, quae

2 cf. Gen. 32, 22—32 3 cf. Hebr. 11, 9 5 *Gen. 49, 10 7 cf. Gen. 47, 29—31 9 *Iudd. 8, 30 11 *Cant. 3, 7—8 15 cf. Rom. 8, 13 17. 19 *Ps. 44, 5

1 eum] *add.* [symbol] (= est) *L* qui de *ex* quid *W* eius *ex* eum *M* sem. erat *ς* 2 luctatur *B* locutus est *M* 3 iahoc *X* iabo *W* boc (*in mg. m2* iaboch) *B* terra *W* 4 israel *ς* 5 loquitur *om. ς* 7 rursus *L* adiuuaret (ua *eras. et s. l. m2* r) *X* 8 sepeliant *W* 9 gedeoni *ς* 10 et in *LB* *pr.* canticum *M* canticorum dic. *ς* 11 lectulus *ς* salamonis *L* 13 *pr.* gladios *ς* docti] *add.* ad *L,XB s. l. m2* uir—femor eius *om. L* uiri *M* *alt.* gladios *Ma.c.m2; add.* eius *ς* femor *L,Xa.c.* femur *cet.* 14 *pr.* et *s. l. m2B, om. W* 15 diuinitas *W* 17 intende] *add.* et (*del. m2*) *B* 18 *tert.* et *s. l. L* 19 ebreo *WMB* 21 iust.] et iustitiam *LW* doc. te terr.] deducet te mirabiliter *L* 22 ap. Hebr.] in hebreo *LB* ebreos *W* 23 uitium *W* librari *W,Xa.c.m2* librariorum *Bp.c.m2ς* repetitum *om. W*

apud rhetores repetitio nominatur. more ergo panegyrici, quo 2 laudatores loquuntur ad eos, quos praeconiis efferunt, armatum cohortatur ad proelium, ut semel arrepta bella non deserat et super hostium strages uictor incedens praeparet sibi regnum in his, quos de diaboli eripiens potestate suo copulauit imperio, et dicat: ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion, montem sanctum eius. nullique dubium ueritatem et modestiam et iustitiam Christum appellari, qui dicit: ego sum uia et uita et ueritas et: discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et: qui factus est nobis a deo iustitia et redemptio et sanctitas. haec autem 3 uniuersa dicuntur in corpore, ut exigantur in membris. uictoria domini seruorum triumphus est, magistri eruditio discipulorum profectus. et quod sequitur: deducet te mirabiliter dextera tua, aut de signis, quae in euangelio perpetrauit, aut τροπικῶς de caede, quam exercuit in hostibus, sentiendum est. cor sapientis in dextera et cor stulti in sinistra eius. Christus in dextris est, antichristus in sinistris. Hebraica interpretatio distat in uerbis, non distat in sensu.

12. Sagittae tuae acutae, potentissime, populi sub te cadent in corde inimicorum regis. in Hebraico absque 'potentissime' reliqua similiter. et hic uersiculus tibi

6 Ps. 2, 6 9 *Ioh. 14, 6 Matth. 11, 29 10 *I Cor. 1, 30 14 Ps. 44, 5 17 *Eccle. 10, 2 20 *Ps. 44, 6

1 rethores *codd.* repet.—laud. *in mg. m2B, om. L* quod *W* 2 laudatos *B in mg. m2 p.c.* locuntur *LW* efferā *L* 3 coortatur *B* quohortatur *X* praelium *LXB* 4 praepararet *L* praeparaetur (ur *add.*) *X* 5 diabolo *W* diabulo *X* 6 et dicit *s. l. m2B* 9 uia, ueritas et uita *ς* uia et ueritas *L* disce *W* 10 mittis *X* corde *s. l. m2B, om. L* 11 a deo *s. l. m2B* sanctitatis *B* 12 uniuerso *ex* uniuersi *m2X* exiguantur *B* 14 deducit *L* 16 ΤΡΟΠΙΚΟϹ *B* tro(o *ex* a *m2X*)picos *XM* tropicus *W* quem *B* 17 dextera] *add.* eius *W* sinistrum *W,Xa.c.m2* 18 christus totus *LB* anticr. *W* antechr. *L,Ma.c.m2* ebraica *W* 19 *pr.* distat] dicta *X* 20 potentissimae *X* 21 cadent (e *in ras. m2*) *B* in corda *ς* corde *L, om. B* ebraico *WB* hebraica *L* 22 potentissimae *X* potentissima *L* potentissimo *cet.*

potissimum aptus est, quae iaculo domini uulnerata cum
2 sponsa in Cantico canis: uulnerata caritatis ego. nec mirum, si sponsus tuus habeat plures sagittas, de quibus in centesimo nono decimo psalmo dicitur: sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis, cum patris ipse sit iaculum et loquatur in Isaia: posuit me quasi sagittam electam, in pharetra sua abscondit me. his sagittis et Cleophas in itinere cum altero uulneratus aiebat: nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia et aperiret nobis scripturas? et in alio loco legimus: sicut sagittae in manu potentis, ita filii
3 excussorum. his sagittis totus orbis uulneratus et captus est. Paulus sagitta domini fuit, qui, postquam ab Hierosolymis usque ad Illyricum missus arcu domini huc illucque uolitauit, ad Hispanias ire festinat, ut, uelox sagitta, sub pedibus domini sui orientem occidentemque prosternat. et quia plures sunt potentissimi regis inimici, qui uulnerati fuerant ignitis diaboli sagittis et quasi ceruus spiculo percussus in iecore, sagittae domini mittuntur ignitae cum carbonibus desolatoriis, ut, quidquid uitii in corde inimicorum regis fuerat, excoquant et salutari igne ignem eiciant perditorem.

2 *Cant. 2, 5 4 Ps. 119, 4 6 *Esai. 49, 2 8 Luc. 24, 32 11 Ps. 126, 4 13 cf. Rom. 15, 19 15 cf. Rom. 15, 24. 28 18 *Prou. 7, 23 cf. Ps. 119, 4

1 potentissimum *LX,Ba.c.* in iaculo *M* domini *ex* t non *m2B* domino *W* 2 sponso *Bp.c.m2* canit *Wp.c.m2Ba.c.m2* caritate *ς* ego] ego sum *W,M* (*utrumque s. l.*) 3 CXVIIII *L* (*ex* CXIIII) *B* cent. dec. nono *ς* 4 potentes *L* 6 ysaia *B* esaia *LW* sagitta electa *W* 8 cleopas *W* aiebat—12 uuln. *in mg. m2B* 10 apperiret *W* 11 sagitta *W* 13 fuit dom. *ς* ab *ex* ad *m2X, s. l. m2B, om. L* hieru(*ex* o *M*)solimis *LM* hie(*ex* he)rusolymis *X* hyero(iheru-*B*)solimis *WB* 14 illir. *WMB* dillir. (d *eras.*) *L* yllir. *X* arcu dom. *om. W* uolit. et *W* 15 ispanias *W* festinans *Bp.c.m2* 16 prosternit *M* prosterneret *W* sint *Mp.r.* 17 sag. diab. *ς* 18 quasi] quia *ex* qua *m2X* seruus *X* speculo *W* percussi *ς* 19 dissolatoriis *W* ut] et *W* 20 quicquid *WMB* fuerant *L* fuerit *X* fuerit *ς*, *om. W* exquoquant *codd. praeter M* 21 salutare *LWM, Xa.c.m2* salutaris (taris *in ras. m2*) *B* *pr.* igne *in ras. m2B* igni *M, om. L* *alt.* ignem *ex* igne *m2B* eieciant *X* eiecient *L*

13. Sedes tua, deus, in saeculum saeculi. uirga
directionis uirga regni tui. dilexisti iustitiam et
odisti iniquitatem, propterea unxit te, deus, deus
tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis. in He-
braico: thronus tuus, deus, in saeculum et in aeter-
num, sceptrum aequitatis sceptrum regni tui. dile-
xisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea
unxit te, deus, deus tuus oleo exultationis prae
participibus tuis. duas personas, eius, qui unctus est, dei et,
qui unxit, intellege. unde et Aquila 'eloim' uerbum Hebrai- 2
cum non nominatiuo casu, sed uocatiuo interpretatur dicens
ϑεὲ et nos propter intellegentiam posuimus, quod Latina lin-
gua non recipit, ne quis peruerse putet deum dilecti et aman-
tissimi et regis bis patrem nominari. quamquam pater in filio
et filius in patre et alterutrum sibi et habitator et thronus
sint, tamen in hoc loco ad regem, qui deus est, sermo diri-
gitur et dicitur ei, quod imperium eius — hoc enim intellego
'thronum' iuxta illud, quod scriptum est: de fructu uentris
tui ponam super thronum tuum — finem non habeat.
quod quidem et Mariae angelus nuntiauit: dabit ei dominus 3
deus thronum Dauid, patris sui, et regnabit super
domum Iacob in saecula et regni eius non erit
finis. nec putemus hoc illi esse contrarium, quod apostolus
scribens ad Corinthios ait, filium traditurum regnum et subi-

1 Ps. 44, 7—8 5 *Ps. 44, 7—8 18 *Ps. 131, 11 20 *Luc. 1, 32—33 24 cf. I Cor. 15, 24. 28

1 sedis *L* 4 ebraico *WM* 5 saeculum saeculi *LW* seculo *M* et in aet. *om.* *L* 8 exult.] laetitiae *WM* 9 *et* 10 qui] quae *X* 9 deo *X* 10 eloym *B* eloem *WM* ebraicum *W* 11 interpretatus *WX* 12 ΘCE *M* ΘCC *X* eee *L* ecce *W* intell.] *add.* dee ς o deus, non dee *Vallarsius* possuimus *W* 13 peruersae *WX* uersae *L* mutet *W* dominum *B* dil. et am.] dilectissimi *W* 14 nominare *W* quamque *B*; *add.* enim ς in filio *om.* *W* 15 *alt.* et *om.* *W* alter horum *ex* alterorum *m2X* 19 thr. tuum] sedem tuam *L* 20 nunt. ang. ς nuntiat *L* 23 fines *L* 24 deo traditurum ς subieciendum *L*

ciendum ei, qui sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia
in omnibus. non enim dixit 'tradet patri', ut uideretur
filium separare, sed 'tradet deo', hoc est habitanti in adsump-
tione corporis deo, ut sit deus omnia in omnibus et
Christus, qui ante per paucas uirtutes erat in singulis, per
4 omnes in omnibus commoretur. sceptrum autem et uirgam
insigne esse regnantis ipse propheta significat dicens: scep-
trum aequitatis sceptrum regni tui. quidam de Isaia
testimonium proferentes: exiet uirga de radice Iesse et
flos de radice ascendet hominem, qui est adsumptus,
intellegunt, cui et deferatur imperium et qui propter dilectam
iustitiam et exosam iniquitatem regnare dicatur et unctus esse
oleo exultationis prae participibus suis, quasi praemium cari-
5 tatis et odii in unctione sumpturus. docemur autem in utram-
que partem et amoris et odii esse in nobis semina, cum ipse,
qui primitias massae nostrorum corporum leuauit ad caelos,
et iustitiam dilexerit et oderit iniquitatem. unde Dauid:
nonne odientes te, domine, oderam et super inimi-
cos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos.
quod sequitur: unxit te, deus, deus tuus, primum nomen
dei uocatiuo casu intellegendum, sequens nominatiuo. quod
satis miror cur Aquila non, ut coeperat in primo uersiculo,
uocatiuo casu interpretatus sit, sed nominatiuo, bis nominans
6 deum, qui supra dictum unxerit deum. in hoc loco Photinus
obprimitur, sed Arrius caput leuat de euangelio proferens

1 *I Cor. 15, 28 4 I Cor. 15, 28 7 *Ps. 44, 7. *Hebr. 1, 8 9 *Esai. 11, 1 16 cf. Rom. 11, 16 18 *Ps. 138, 21—22 20 Ps. 44, 8

1 subicit *Ba.c.m2* ut—omnia *s. l. m2B* 2 dixit *s. l. m2B* tradit *X* trade *L* 3 sep. fil. *ς* adsumptionē *M* 4 et Christus—15 semina *om. L* 5 Christus *om. W* erat in sing. *om. W* 6 commoriturus *W* 7 insignia *W* proph. dauid *W* 8 isaya *B* esaia *W* 9 exiit *X* iessae *X*, *om. W* 10 radice] *add.* eius *WB* ascendit *M* 11 qui *om. W* 13 tuis *X,Ba.c.m2* 14 odii iniquitatis *ς* utraque parte *B* 15 amorum *ex* amorem *m2X* 16 primicia *B* 17 unde *om. L* nonne dauid *L* 19 odieram *X* 21 intell.—casu *in mg. m2B* intelligendum est *B mg. m2 ς* 22 non *om. B* 23 set *s. l. m2B* 24 *pr.* deo *L* phot. *X* fot. *cet.* 25 leuatur *X*

testimonium: ascendo ad patrem meum et patrem uestrum, ad deum meum et deum uestrum. sed cum dilectum audiat, cum accinctum gladio super femor et regnare propter ueritatem et mansuetudinem et ungueri ob dilectam iustitiam et exosam iniquitatem et unctum esse prae consortibus suis, de quibus scriptum est: participes Christi facti sumus, si tamen principium substantiae usque ad finem firmum retineamus, miror, cur solum deum dei ad calumniam uocet, quasi uniuersa, quae dicta sunt, diuinitati uerbi et non humilitati hominis conueniant. audiat Actus apostolorum: Iesum Nazarenum, quem un- 7
xit deus spiritu sancto; audiat euangelium: spiritus sanctus superueniet te et uirtus altissimi obumbrabit te; propterea, quod nascetur in te sanctum, uocabitur filius dei; ipsum dominum sentiat intonantem: spiritus domini super me, propter quod unxit me. 'participes' autem apostolos credentesque significat; quibus unctionis suae uocabulum tribuit, ut ab uncto uocentur uncti, id est Christiani.

14. Murra et gutta et cassia a uestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiae regum in honore tuo. in Hebraico: smyrna et stacte et

1 *Ioh. 20, 17 6 *Hebr. 3, 14 11 *Act. 10, 38 12 *Luc. 1, 35 16 *Esai. 61, 1 20 Ps. 44, 9—10 22 *Ps. 44, 9—10

2 ad *s. l. m2B*, *om.* ς et *s. l. m2B* *alt.* deum] ad deum *LW* 3 audiens *L* cum] eum ς accincto *L* femor *LW* femur *cet.* 4 *alt.* et *om.* ς unguere *L,Xa.c.m2* ungui *ex* ungeri *m2M* ungi *B* (i *in ras. 3 litt. m2*) ς ob] propter *L* 5 exossam *L* 8 firmam *B* reteneamus *L* 9 dei] adi *X* filium dei *W* calumpniam *Xp.c.m2B* 10 diuinitate *et* humilitate *Xa.c.m2* 12 sp̄s *B* 13 superu. *Xa.c.m2* ueniet super *LW,Xp.c.m2* superu. super *M* superu. in *B* obumbrabit (bi *in ras. m2*) *B* obumbrauit *WXM* 14 *pr.* te] tibi ς propter *B* in] ex ς 16 propter] eo ς unxerit ς 18 ut] aut *W* id est a Christo ς 20 myrra *W* mirra *B* casio *W* quassia (ss *ex* s) *B* casia ς uestis *L* tuis] eius *B* 22 *alt.* in—tuo *om.* *WXM* smirna *L* mirra *B* myrrha ς st*acte *L*

cassia in cunctis uestimentis tuis de domibus ebur-
neis, quibus laetificauerunt te filiae regum in
honore tuo. praefatio ipsa te docuit idcirco me hunc psal-
mum explanare uoluisse, quia ad uirginem scribens 'pro liliis
et floribus' titulum repperi. itaque consequenter et istos uersi-
2 culos ad te referam, cui uolumen hoc scribitur. mortificasti
membra tua super terram et cotidie Christo offerens murram
Christi bonus odor es et propterea stacten, id est stillam uel
guttam, exhibes domino. narrant et hi, qui aromatum nouere
uirtutes, stacten florem esse murrae. quod autem sequitur
'cassia', ipsa est, quae ab aliis σύριγξ, id est fistula, nuncu-
patur, uocalis in laudes dei et omnes pituitas et reumata
3 uoluptatum suo calore excoquens. ubi in nostris codicibus
scriptum est 'gutta' uel 'stacte', in Hebraico 'aloth' legitur.
unde et Nicodemus centum libras murrae et aloes ad sepe-
liendum dominum praeparauit et sponsus loquitur ad sponsam:
murra et aloe cum omnibus unguentis primis et
illa respondit: manus meae stillauerunt murram, di-
giti mei murra pleni. proice et tu mortis opera Christo

4 cf. pag. 619, 10 6 cf. Col. 3, 5 8 cf. II Cor. 2, 15 15 cf. Ioh. 19, 39 17 *Cant. 4, 14 18 *Cant. 5, 5 19 cf. Rom. 6, 4. Col. 2, 12

1 casia *L* qassia (*sic*) *B* 2 filii *L* 3 doceat *WXM* 4 uoluissẽ *L* qui *B* 6 referam *ex* feram *W* 7 supra *L* cottidie *M* quotidie *ς* offers *LB* offer *W* myrram *W* 8 xp̄ique *ex* xp̄o *m2X* bonos *LX* odor es] odores *LX* odoris *W* et propt. *om. B* stillam *ex* stellam *WX* uel] et *L* 9 eiusdem. narrant *d* et *om. d* hii *LW* 10 stactem *X* myrrae *W* quod—13 excoq. *om. d* quod] quae *W* 11 casia *X* cassa *Wa.c.* est ipsa *ς* CYPITΞ *L* CYPUΞ *X* CYPNZ *W* CΓPYTЭ *B* CYPAΞ (*in mg. m2* styrax) *M* 12 uocales *L* uocabulis *W* omnis *W,XMa.c.* pinguitas *L* rheumata *ς* aromata *L* 13 exquoquens *LWB* 14 stacte *B* stacten *cet.* ebraico *WM* hebreo *L* aloah *d* epoth *B* haloth *ς* 15 nichodemus *M* nicodimus *W* murre *ex* murra *m2M* mirrae *Lp.r.W* myrrhae *ς* 16 domino *B* 17 murram *X* mirra *Lp.r.* myrra *W* mirre *B* aloes (s *exp.*) *B* ungentis *B* 18 respondet *ς* distillauerunt *ς* myrram *X* mirram *Lp.r.Bp.c.m2* myrra *ex* mirra *m2W* 19 mirra *Lp.r.Bp.c.m2* myrra *W*

in baptismate consepulta et huic mundo mortua et nihil aliud nisi de caelestibus cogitans loquere ad sponsum tuum: manus meae stillauerunt murram, digiti mei murra pleni. legimus et unguentum sacerdotale, cuius et Dauid meminit: 4
sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius, in quo cum ceteris aromatibus miscetur et stacte. offerunt et magi murram et in praesenti loco initium uestimentorum Christi est suscipere mortem illius et in sua carne monstrare. haec indumenta para sponso tuo, his a te 5
uestibus comptus incedat. cumque ei huiusce modi texueris uestimenta, efficieris ipsa templum domini et laetificabis eum de domibus eburneis siue, ut melius in Hebraeo scribitur, de templo dentium et laudes domino canes totaque saeculo mortua angelorum imitaberis choros. ebur enim et dentes insigne esse mortis et uocis ipsa nominum natura testatur. et consequenter adiunctum est: ex quibus laetificauerunt te filiae regum in honore tuo. rex regum et dominus 6
dominantium sponsus tuus est. reges isti, qui sub tanto rege sunt reguli, patres tui sunt, qui te et euangelica genuere doctrina. horum tu filia honorificas in omnibus uestimentis et

2 *Cant. 5, 5 5 Ps. 132, 2 8 cf. Matth. 2, 11 13 *Ps. 44, 9 17 *Ps. 44, 9—10 18 cf. Apoc. 19, 16 20 cf. I Cor. 4, 15

1 huic] hinc *B* mortua esto *ς* 3 mirram *Lp.r.* myrram *W* mirra *Lp.r.* myrra *W* 5 ungentum *X* quot *Xa.c.m2* discendit *L,Xa.c.* 6 barbam] in barbam *WXM* aron *La.c.* quot *Xa.c.m2* discendit *LX* ora *WB* hora *M* 7 misceretur *W* et *om. B* 8 stacten *W* stactes *Mp.c.* mirram *Lp.r.* mirra *W* munera *X* 9 suam carnem *B* 10 a te *in ras. 9 litt. m2B* a te factis *W* a] ad *L* 11 comptus] cumptiis *W* incedebat *B* texuris *W* 12 efficeris *W* dei *ς* 13 ebreo *WM* ebraico *X* 14 uendentium *L* domini *B* totoque *ex* totumque *m2X* 15 ebor *W* 16 mortis] ornamentis (*super* is *scr.* ū) *ex* ortis *m2M* uocis] uox et *Mp.c.m2* uoces *L* hominum *ex* nominum *m2M* na***tura *L* 17 ex *s. l. m2B, om. L* laetif.] delectauerunt *ς* 18 te *om. W* filii *L* 19 reges isti] regis est *M* 20 patris *WXM* et *W,M* (*exp.*) in *X s. l. m2, om. LB* euangelicā doctrinā genuere *X* euangelica doctrina (*s. l. add. m2* genuer̄) *M* 21 honorificans *W*

odoribus bonis et templo eburneo eum, cui supra dictum est: effusa est gratia in labiis tuis et: accingere gladio tuo super femor, potentissime, et: sagittae tuae
7 acutae et: thronus tuus, deus, in saeculum. pro eo, quod nos trānstulimus 'domibus eburneis', quia in Graeco scriptum est ἀπὸ βάρεων, quidam Latinorum ob uerbi ambiguitatem 'a grauibus' interpretati sunt, cum βάρις uerbum sit ἐπιχώριον Palaestinae et usque hodie domus ex omni parte conclusae et in modum aedificatae turrium ac moenium publicorum βάρις appellentur.

15. Adstitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato; quod sequitur: circumdata uarietate, excepta editione uulgata nullus interpretum transtulit. in Hebraico: stetit coniux in dextera tua in diademate aureo. ubi nos 'coniugem' uertimus, ibi apud Hebraeos legitur 'segal', pro quo Aquila σύγκοιτον, Symmachus et quinta editio παλλακήν, id est concubinam, Septuaginta et Theodotion et sexta,
2 'reginam' interpretati sunt. deinde, ubi ego posui: in diade-

2 *Ps. 44, 3 Ps. 44, 4 3 Ps. 44, 6 4 *Ps. 44, 7 11 Ps. 44, 10 14 *Ps. 44, 10

1 et *super ras. m2X* templum *X* eburneo eum] eburneum *Xp.r.* 3 tuo *om. L* femor *L* femore *B* femur *cet.; add.* tuum *W* 4 saeculum *LB* saecula *M* saeculo *W* saeculum saeculi *X* 5 domus *Xa.c.B* 6 AIIω *M* AIIA *W* BAPAIωN *L* PAPEVIN *W* TOYBAPYH *B in ras. m2; add.* ἐλεφαντίνων *ς* 7 bapic *W* baris *B* 8 ETTIXωPION *M* ETIIXOPION *B* ETIXVIPION *W* ei IIXωPION *X* palastine *M* palestine(-ę) *cet.* 9 aedificata et urbium *W* ac] et *W* 10 BAPICAP pelentur *X* βάρεις *ς*, *fort. recte* apellentur *L* appellantur *B* 11 adstefit *LW,Ma.c.* astitit *ex* astetit *m2X* ad *LX,Ma.c.* uestesti *B* 12 quodque *B* 13 interpretatum *W* ebraico *WM* 14 coniunx *W,Mp.c.m2* dextra *ς* 15 coniuge *W* hebraicos *W* sgal *M* 16 CYNKOITON *X* CYNKITON *L* CYNKωTON *M* CINKOITON *B* CINCVITON *W; add.* id est concubinam *ς* Symm.—editio *om. L* simm. *X* sim. *W* simmacus *B* ΠΑΛΛΑRΗΝ *L* ITAXXAKHN *M* ΠΑΧΧΑΚCNCI *W* ΠΑΛΛΚΕΝ *B* 17 conc.] pellicem *ς pr.* et *om. ς* thedotion *W* theodotio *L* teodotio *B* sextam (m *exp.*) *X; add.* editio *infra lin. m2B* 18 regina *L* in *om. WXM*

mate aureo, Symmachus transtulit: in auro primo, Aquila.
quinta et sexta: in tinctura uel in auro Ophir. quae
filiae regum sunt et in sponsi parantur amplexus, per murram
et guttam et cassiam et domus eburneas delectant eum, cuius
thronus in saeculum saeculi est. quae autem iam super pe- 3
tram Christum stabili radice fundata est catholica ecclesia,
una columba, perfecta et proxima, stat a dextris et nihil in
se sinistrum habet, stat in uestibus deauratis de sermonibus
scripturarum ad sensum transiens et cunctis plena uirtutibus
siue, ut nos transtulimus, in diademate aureo. est enim 4
regina regnatque cum rege, cuius filias possumus intellegere
et in commune credentium animas et proprie uirginum choros.
Ophir genus auri est uel a loco Indiae uel a colore nomine
indito; septem quippe apud Hebraeos auri uocabula sunt.
uxorem quoque et concubinam intellegamus de Cantico Salomonis, quae sine sponso suo uel marito dormire non potest.

16. Audi, filia, et uide et inclina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum patris tui; et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus tuus et adorabunt eum. in Hebraico: audi, filia, et uide et inclina aurem tuam et obliuiscere populi tui et domus patris tui; et concupiscet rex decorem tuum, quia ipse est dominus tuus, et adora

1. 2 *Ps. 44, 10 5 cf. Ps. 44, 7 cf. Eph. 2, 20. 21 7 cf. Cant. 6, 8 17 Ps. 44, 11—12 20 *Ps. 44, 11—13

1 simachus *W* simmacus *B* transt.] posuit *B* 2 sexta editio *ς* ophyr *W* ofir *LB* 3 amplexibus *L* per *ex* pro *X* myrram *W,Bp.c.m2* 4 casiam *Wa.c* domos *X,Ba.c.m2* 5 supra *LX* 6 radici *L* est fund. *WM* 7 proxima (pro *in ras. m2*) *B* ad *W* dextris eius *B* 8 se sin. habet] sinistra *L* 9 cunctis] tunc *B* 11 regnaquae *L* filios *WM* possimus *W* 13 ofir *B* nomen *Xp.c.* 14 inditum *X* ebraeos *W* 15 antico *B* solomonis *X* 16 tuo *L* 19 quon.] quia *Ma.c.B* 20 dom.] *add.* deus *WM,X* (*eras.*) adora *B* in—*p. 638, 1* eum *om. B* ebraico *WM* hebreo *L* 22 populum tuum *W* domum *W* 23 tuum] tum *W* quoniam *W* est *om. W* tuus] deus *M* deus tuus *W* adorabunt (bunt *exp. m2*) *X*

2 eum. hucusque prophetae lingua, quam calamo scribentis
uelociter conparat, loquitur spiritus sanctus ipsum regem et
bellatorem et deum sponsumque conpellans. exin persona patris
inducitur loquentis ad sponsam filii sui et cohortantis eam,
ut ueteris gentilitatis et idolatriae errore contempto primum
his, quae dicantur, adtendat et propterea de alienigena filia
nominetur, deinde uideat uel ipsa, quae dicuntur, uel uniuer-
sam conditionem ex uisibilibus intellegens inuisibilia et ex
creaturis sentiens creatorem et diligenter inclinet aurem suam,
3 ut, quae dicuntur, memoriter teneat. cumque audierit, uiderit
et inclinauerit aurem suam totamque se doctrinae tradiderit
et eorum intellegentiae, quae dicuntur, obliuiscatur primum
populum suum et cum Abraham de Chaldaea egrediens relin-
quat terram natiuitatis et cognationis suae. nemo dubitat
patrem nostrum, antequam adoptaremur a deo, fuisse diabolum,
de quo saluator ait: u o s d e d i a b o l o p a t r e n a t i e s t i s.
4 cum ergo, ait, antiqui patris fueris oblita et talem te exhi-
bueris depositis pristinis sordibus, ut super fratruelem dealbata
conscendas et quam possit diligere filius meus, tunc concu-
piscet rex decorem tuum. et ne putes unum esse de turba, a
quo amanda es, ipse est rex tuus et dominus tuus. quia uero
interdum, qui reges et domini sunt, sunt quidem potestate
reges et domini, tamen eiusdem naturae, cuius sunt illi, in

1 cf. Ps. 44, 2 13 cf. Gen. 12, 1 16 *Ioh. 8, 44 18 cf. Cant. 8, 5 sec. LXX

1 hucusque per *LB* lingua *M* linguam *cet.* scribentis *scripsi* scribenti *LXB* scribente *WM* 2 locutus est *LB* 3 sponsamque *L* conpellens *LB* exin] et in *X* ex *W* hinc *ς* 4 coortantis *WB* 5 uetere* *X* uetere *L* idololatriae *ς* errore *om. M* contemptu *LWM* 6 dicuntur *Ma.c.m2B* propt.] postea *ex* propter *m2B* propter quod *ς* de] ne *Mp.c.m2* aligenigena *L* alienigenae (-ne *X*) *WX* 7 uniuersa conditione *W* 8 et *om. LB* 9 inclinat *Ma.c.B* inclinata *W* 10 dicatur *L* teneant *W* 11 doctrinam *LW* 12 eorum *s. l. W* intell. quae] quae diligentiae *L* 13 habraham *XB* caldea *B* 14 terra *W* cognationes suas *B* dubitet *M* 15 optaremur *L* 16 de quo] unde *ς* *alt.* de] ex *ς* patre diab. *ς* 18 fratr(r *s.l.m2X*)uhelem *XM* 22 quidem *ex* quedam *m2B* potestates *W* 23 in *om. W*

quos dominantur et regnant, indico tibi, quod et deus tuus sit et debeas adorare eum. septuaginta interpretes non dixe- 5
runt adorabis eum, sed adorabunt eum, ut sit sensus: iste, qui te amaturus est, qui tuam pulchritudinem dilecturus, deus est et adorandus ab hominibus. quod de ecclesia ex gentibus congregata exposuimus, unusquisque ad se ipsum referat animamque credentis, quod prioribus uitiis derelictis adoptetur in filiam, inclinet aurem suam, obliuiscatur ueteris conuersationis et cum apostolo dimittat mortuum patrem et talem se praebeat, qui ametur a rege. ipse est enim dominus eius, cui flectere debeat genu et deposita superbia iugum humilitatis adsumere.

17. Interrogemus Iudaeos, quae sit ista filia, ad quam deus loquitur. non dubito, quin synagogam respondeant. et quomodo dicitur synagogae et Israhelitico populo: dimitte populum tuum et domum patris tui? numquid derelinquit gentem Hebraeam et Abraham, antiquum patrem? si dixerint de uoca- 2
tione significari Abraham, quia Chaldaeos reliquerit, quis est iste rex, qui amaturus est decorem Abraham? certe alius est, qui loquitur: audi, filia, et alius, de quo loquitur: concupiscet rex decorem tuum. qui alius non solum rex, sed et dominus et deus est, qui adorandus est.

18. Filia Tyri, in muneribus uultum tuum depre-

9 cf. Matth. 8, 22 etc. 15 *Ps. 44, 11 18 cf. Gen. 12, 1 20 Ps. 44, 11 Ps. 44, 12 23 *Ps. 44, 13

1 quod *ex* quo *m2X* quo *W* 2 sit *ex* sicut *L* dix. et ς 3 *alt.* eum *om. W* 4 delectaturus *LB; add.* est *W* 5 hom.] omnibus *WM* ex] de *WXM* 6 ipsum *om. B* 7 animaque *Mp.c.* quod *ex* quot *m2X* quia *et* quae *ex* quod *M* derelictis *om. L* adoptatur *Mp.c.* 8 suam et *M* ueteres conuersationes *W* 10 qui] quae *Mp.c.* cui] qui ς 11 debet *WM* 13 loq. deus ς 15 et] ab *B* 16 relinquid *LB,Xa.c.* relinquet *Xp.c.* derelinquet ς, *om. W* 17 ebraee *W* habraham *X* dixerit *WXM* 18 significare *W* quia] qui ς caldeos *WB* relinquerat (n *eras.*) *W* 19 abr. decorem (-re *B*) *LB* est alius *WM* 20 loq.] legitur *B* 21 rex *om. W* 22 *alt.* et *s. l. m2B, om. W* qui] quia (*s. l. add. m2* et) *B* 23 filiae *LW* tirii *B*

cabuntur diuites plebis. in Hebraeo: et, o filia fortis-
simi, in muneribus faciem tuam deprecabuntur di-
uites populi. uerbum Hebraicum 'sor', quod in Hiezechiele
iuxta Septuaginta legimus, interpretari potest et 'Tyrus' et
'tribulatio' et 'fortissimus' siue 'fortissima' et 'silex', id est
2 lapis durissimus. unde in praesenti loco error ortus est; Aquila
enim et Septuaginta et Theodotion et quinta editio 'Tyrum'
interpretati sunt, sexta uerbum Hebraicum posuit 'sor', Sym-
machus κραταιάν, id est 'fortissimam'. nos id ipsum ad deum
retulimus, ut illa, cui supra dixerat: audi, filia, et uide,
filia fortissimi nuncupetur aut certe ipsa fortissima sit, quia
imitata est fortem patrem, cuius uultum in diuersis muneribus
deprecabuntur diuites plebis, diuites in cunctis operibus bonis
et scientia siue, qui diuites putantur in saeculo, sapientes
huius mundi et philosophorum disciplinis eruditi uel — quod
melius est — qui ante diuites fuerunt habentes eloquia dei et
3 testamenta et prophetas, id est de populo Israhel. ut enim
ante saluatoris aduentum hi, qui de Tyro erant, hoc est de
populo gentium, et proselyti esse cupiebant, deprecabantur
diuitem populum Israhel et per eos introducebantur in tem-
plum, sic post aduentum domini, quicumque ex Israhel cre-
dere uoluerint — diuites quondam familiaritate et protectione
dei —, uenient ad filiam Tyri et offerentes uaria dona uirtutum et
confessionis in Christum deprecabuntur eam, ut salutem, quam
perdiderunt in Iudaea, inueniant in gentibus.

1 *Ps. 44, 13 3 cf. Ez. 26, 2 etc. 10 Ps. 44, 11 16 cf. Rom. 3, 2

1 haebreo *X* ebreo *WM* et] est *ς* 3 ebraic. *WM* hiezechiel *L* ezechiele *M* ezechiel *WB; add.* et *W* 4 tirus *B* tribus *W* 5 siue— duriss. *om. W* siue] suae *L* 6 unde et *B* 7 *pr.* et *om. L* theodotion *L* teodotiõ (∼ *m2*) *B* theodotio *cet.* tirum *MB* 8 ebraic. *M* simmacch. *W* simmac. *B* 9 ΚΡΑΤΕΑΝ *XM* ΚΑΡΑΤΕΑΝ *W* 10 retullimus *Wa.r.* rettullimus (*pr.* l *exp.*) *X* illa cui] ille qui *B* fide *B* 11 fortissime *L* fortissimus *B* 12 uultus *L* 14 et] est *W* scientiae *M* quae *L* in] *add.* hoc *ς* 16 antea *ς* fuerant *ς* domi‥i *B* 17 de *om. W* 18 hoc] id *B* 19 gentili *B* proseliti *LMB* prosiliti *W* 20 in *om. B* 21 israhele *X* credere] redire *X* 23 domini *B* ueniant *WX* tiri *B*, *om. L* 24 xp̄o *WB* 25 perdiderant *B* inuenie.t *X*

19. Omnis gloria eius filiae regis ab intus, in
fimbriis aureis circumamicta uarietatibus. in He-
braeo: omnis gloria filiae regis intrinsecus, fasceis
aureis uestita est. pro eo, quod in Septuaginta scriptum
est ἔσωθεν et nos uel 'ab intus' uel 'intrinsecus' interpretati
sumus, in quibusdam exemplaribus inuenitur 'esebon', quod
'cogitationes' sonat. ex quo ostenditur omnem gloriam eccle- 2
siae, cui supra dictum est: audi, filia, et uide et: o filia
Tyri, et nunc appellatur filia regis, esse intrinsecus et in
cogitationibus, id est in interiori homine et in circumcisione
non manu facta, sed spiritu, habente conscientia fiduciam apud
deum et tota pulchritudine posita magis in sensuum nomine
quam in flore uerborum. quomodo autem in stamine, ex quo 3
dependent fimbriae, subtemen intexitur et tota uestimenti
uirtus in stamine est, ita in aureis sensibus scripturarum, in
quibus uestis ecclesiae omnis intexitur, miscentur aliqua de
natura, de moribus; et hoc ipsum significat uestis Aaron auro,
purpura, cocco, bysso hyacinthoque contexta, quam fecerunt
mulieres, quibus deus ad texendum dedit sapientiam. et ut 4
intellegere possimus omnem ornatum filiae regis intrinsecus,
ipsa loquitur in Cantico: introduxit me rex in cubiculum
suum, in quo cluso ostio labiorum deum patrem iubemur
orare. in nono quoque psalmo titulus inscribitur: pro

1 Ps. 44, 14 3 *Ps. 44, 14 8 Ps. 44, 11 *Ps. 44, 13 10 cf. Rom. 7, 22. Eph. 3, 16 11 cf. Rom. 2, 28—29 17 cf. Ex. 28, 5. 6. 15. 33 19 cf. Ex. 28, 3 21 *Cant. 1, 3 22 cf. Matth. 6. 6 23 *Ps. 9, 1

1 gloriae *L* 2 fimbreis *L,Wa r.* fymbreis *X* ebreo *WM* hebraico *B* 3 faceis *B* fasciis *ς* 5 ECWEEN *L* ECIWΘEN *M* ECIWOEN *W* 7 cogitationis *W* 9 *pr.* et *exp. B* *alt.* et *om. M* 10 interiore *WM,Xp.c m2* 11 conscientiae *L,Xp.c.m2* 14 fymbriae *LX* subtimen *W* subtegmen *Xp.c.m2B* 15 aureis] uariis *ς* 16 uestes *L* 17 ipsud *L* uestes *WM* aharon *X* 18 bisso *LW* bissio (*alt.* i *exp.*) *B* hiacint. *L* iacint. *M* iacinct. *WXB* quam *ex* quem *m2B* 19 muliere *B* ad *ex* a *m2X* et *om. W* 20 possemus *L* omnem *om. W* intrins. *om. W* 22 clauso *Xp.c.m2B* patrem *om. L* 23 in *om. X* nono] uno *LX* scribitur *WM*

absconditis filii. uariam habuit et Ioseph tunicam, quam
ei texuit mater ecclesia. de his fimbriis saluatoris αἱμοῤῥοοῦσα
5 unam tetigit et sanata est. quod autem in Hebraico scribitur:
fasceis aureis uestita est, id ipsum significat, quod
supra: omnis gloria filiae regis intrinsecus; fasceis
sensuum diuinorum interiora membra obuoluuntur ecclesiae et
tota uteri tegitur ambitio. harum fascearum non potest obli-
uisci sponsa secundum Hieremiam, quia mammas ligant et
pectus, in quo cogitationes sunt, protegunt.

20. Adducentur regi uirgines post eam, proximae
eius adferentur ⟨tibi. adferentur⟩ in laetitia et exul-
tatione, adducentur in templum regis. iuxta Septua-
ginta prior uersiculus adhuc de filiae canitur ornatu, sequens
2 ad ipsum sponsum regemque dirigitur. porro iuxta Hebraicum
totum ad sponsam dicitur usque ad eum locum, ubi scriptum
est: pones eos principes in uniuersa terra, et legitur:
in scutulatis ducetur ad regem, uirgines sequentur
eam, amicae eius ducentur illuc. ducentur in lae-
titiis et exultatione, ingredientur thalamum regis.
3 multam esse distantiam animarum in Christo credentium de-
monstrat Canticum canticorum, in quo scriptum est: sexa-

1 cf. Gen. 37, 3 2 cf. Matth. 9, 20—22 etc. 4. 5 *Ps. 44, 14 7 cf. Hier. 2, 32 10 Ps. 44, 15—16 16 *Ps. 44, 17 17 *Ps. 44, 14—16 21 *Cant. 6, 7—8

1 abscondistis *B* 2 AIMOPOOYCA *X* AO(*exp., s. l. m2* AI)MO-POO(*alt.* O *eras.*)YCA *M* admoPOOYCA *W* 3 una *L* et *om. B* ebraico *WM* hebreo *LB* 4 faceis *L* fasciis *ς* 5 filii *L* fasciis *ς* 7 ueteris *L,Ba.c.m2* fasciarum *M,Ba.c.m2* 8 hyer. *W* iher. *B* ier. *ς* quia] quae *ς* mamas *B* 9 proteguntur *W* 10 regi *om. B* ea *W* proximi *W* 11 *pr.* adf.] offerentur *M* tibi adf. *ς*, *om. codd.* 12 templo *W,Xa.c.* 14 ebraicum *WM* 16 ponès *B* in *in mg. m2B* uniuersam terram *L,Ba.c.m2* et *om. L* 17 sco(u *Xm2*)tolatis *WX* ducitur *L* ducentur *WMB* sequentur (q *et* en *in ras. m2*) *B* sequuntur *L* 18 amici *M* illud *W* in—thal.] *in textu* thalamum *m1*, *syllabis* thala *erasis partim in ras. partim in mg. m2* in leticia et exultatione ingredientur tha (*omissa syllaba* la) *B* laetitiis—ingred. *om. L* leticia *B mg. m2* 19 ingrediuntur *X* thalamo *M* 21 canticum] cantica *W* cantichorum *X* sex.] LXX (*alt.* X *eras.*) sexaginta *W*

ginta sunt reginae et octoginta concubinae et
adulescentulae, quarum non est numerus. una est
columba mea, perfecta mea, proxima mea, de qua
dicitur: uiderunt eam filiae et beatificant eam re-
ginae et concubinae et laudant eam. quae ergo per- 4
fecta est et sancta corpore et spiritu et columba et proxima
meretur uocari, haec est filia, de qua supra dictum est: ad-
stitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato.
quae autem supergressae sunt sex dies mundi et futura regna
suspirant, reginae appellantur. si qua uero circumcisionem
quidem habet octauae diei, sed adhuc non uenit ad nuptias,
haec concubina uocitatur. diuersa autem multitudo credentium,
quae necdum potest sponsi amplexibus copulari nec de eo
liberos parere, adulescentula dicitur. ego puto de istis uirgi- 5
nibus, quae secuntur ecclesiam et in primo ponuntur gradu,
et te esse et omnes, qui in uirginitate corporis et animae
perseuerant, proximas autem et amicas uiduas esse et in ma-
trimonio continentes, quae omnes cum laetitia et exultatione
ducuntur in templum et in thalamum regis: in templum quasi
sacerdotes dei, in thalamum quasi sponsae regis et sponsi.
hoc templum et Iohannes uidit in Apocalypsi et propheta 6
desiderat: unum petii a domino, hoc requiram, ut
habitem in domo domini omnes dies uitae meae.
et iterum: domine, dilexi decorem domus tuae et lo-
cum habitationis gloriae tuae. et in alio loco: quia

4 *Cant. 6, 8 7 Ps. 44, 10 21 cf. Apoc. 21, 22 22 *Ps. 26, 4 24 Ps. 25, 8 25 *Ps. 41, 5

1 octuag. *LW* octoag. *M* 2 quorum *L*, *om. W* 4 reginae—eam *om. L* 6 sancto *X* 7 adstetit *LW,XMa.c.* 8 a] ad *W* 10 suspir. et *M* 11 habet] *add.* et *W,XM (exp.)* octaua *W,Ma.c.* octaui *Mp.c.* 12 uocatur *LMB* 13 cop. ampl. *ς* 14 adulisc. *X* 15 sequuntur *B* ecclesia *W* 16 quae *LW* animi *WMB* 17 in *om. LB* 19 ducentur *Bp.c.m2* in templ.—regis *om. WXM* *pr.* in *L* ad *B* 20 thalamo *WXM* quasi *om. L* sponsa *LB* 21 uidet *LWB* apochalypsi *X* 22 unam *W,Ba.c.m2; add.* inquit *ς* petiui *L* hanc *W,Ba.c.m2* 23 inhabitem *LB* domo] domino *W* omnibus diebus *ς*

transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei in uoce exultationis et confessionis, sonitu festa celebrantium. scutulata autem, quibus sponso suo regina conponitur, ipsa sunt, quae in Septuaginta legimus circumamicta uarietate.

21. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii; constitues eos principes super omnem terram. in Hebraico: pro patribus tuis erunt filii tibi; pones eos principes in uniuersa terra. et ex patris persona nequaquam
de filia, sed rursus ad filiam sermo intellegi potest et ex spi-
2 ritus sancti et ex filiorum Core. si ergo ad sponsam sermo
dirigitur, sponsa autem de nationibus congregata est, cui supra
dicitur: obliuiscere populum tuum et domum patris
tui, debemus sponsae patres nosse, ut consequenter nouerimus
et filios. 'pro patribus tuis, de quibus in Hieremia locuta es:
quam falsa possederunt patres nostri idola! et:
non est in eis, qui pluat, pro Platone, pro ceteris diuer-
sorum dogmatum et errorum magistris nati sunt tibi filii,
quos constituisti principes tuos et fecisti in populis praecep-
3 tores'. uel certe aliter: 'o ecclesia, filii tui, quos genuisti tibi,
uertentur in patres tuos, cum de discipulis eos feceris magi-
stros et in sacerdotali gradu omnium testimonio conlocaris'.

5 *Ps. 44, 14 6 Ps. 44, 17 8 *Ps. 44, 17 13 Ps. 44, 11 16 *Hier. 16, 19 17 *Hier. 14, 22

1 locum] loco *W* tabern. et *W* 3 sonitus (tus *in ras. m2*) *B* sonus *W* scotulata *W,Xa.c.m2* 4 sponsa *W* componetur *M* 6 const.] pones *W* 7 super omn. terr.] in uniuersa terra *WB* in— terra *in mg. m2B*, *om. W* ebraico *M* 8 erunt filii tui *M* tibi erunt filii *L* erunt tibi filii *B mg. m2* 9 in uniu. terra] super omnem terram *L* 10 rursum *ς* spiritu *Ma.c.B* 11 sancto *Ba.c.m2* chore *L* filiam sponsam *ς* 13 et obl. *L* 14 sponsam *LB* patris *LB,Ma.c.* ut *ex* et *m2B* 15 quibus et *X* hyer. *W* ier. *B* est *WXM* 16 possiderunt *LW,Ma c.Ba.c.m2* 17 pro Platone, pro] platone pro (pro platone et *m2*) *M* pro platone et pro *ς* 18 et errorum *s. l. m2B*, *om. L* 19 continuisti *B* 20 certe aliter (*an* certe taliter?) *ex* certaliter *m2X* 21 feceris eos *LB* 22 testimonium *X* collocaueris *Bp.c.m2*

sin autem patres ecclesiae intellegimus Abraham, Isaac et
Iacob et reliquos patriarchas, filios, qui ei in patrum honore
sunt nati, apostolos intellegamus, qui missi sunt a domino
praedicare usque ad extremum terrae et baptizare credentes
in nomine trinitatis. sed quaeritur, quomodo ecclesia de gen- 4
tibus patres habere possit Abraham, Isaac et Iacob, cum ei
supra dictum sit: obliuiscere populum tuum et domum
patris tui. legamus euangelium: nolite dicere: patrem
habemus Abraham; potens est deus de lapidibus
istis — hoc est: de duro corde gentilium — suscitare filios
Abrahae, et in alio loco: si filii essetis Abrahae,
opera Abrahae faceretis. et in Genesi ad ipsum Abraham
loquitur deus: in semine tuo benedicentur omnes
gentes. sicut enim ille in praeputio ex fide iustificatus est, 5
ita et nos iustificabimur in eadem fide, si habuerimus fidem
et opera patris nostri Abraham. potest hoc ipsum et ad sal-
uatorem dici uel a patre uel a prophetali choro et ab spiritu
sancto: 'pro patribus tuis, stirpe uidelicet Iudaeorum, qui te
reliquerunt et negauerunt, nati sunt tibi filii — apostoli et
de nationibus credentes —, quos constituisti principes in uni-
uersa terra'.

22. Memor ero nominis tui in omni generatione et generatione. propterea populi confitebuntur tibi in aeternum et in saeculum saeculi. in Hebraico: recordabor nominis tui in omni generatione et ge-

7 Ps. 44, 11 8 *Matth. 3, 9 11 *Ioh. 8, 39 13 *Gen. 22, 18 14 cf. Rom. 4, 9—10 22. 25 *Ps. 44, 18

1 patris *L,Ma.c.* ysahac *B* 2 patrum *ex* patre *W* 3 a *om. M* 4 baptizari *L* 5 quaeratur *W* 7 populo tuo *L* 8 legimus *B* 9 habraham *X* abraam *B* 10 de *s. l. m2B* gentilium *s. l. m2B*, *om. L* 11 *pr.* habrahae *X* abraham *L* 12 *alt.* abraam *B* 13 semini *W* 14 in praep. ille *B* 15 habeamus *M* 16 *pr.* et *om. L* habraham *X* abrahae (-e *B*) *LB* *alt.* et *om.* ς 17 coro *B* ab] a *LB*, *om.* ς 18 istirpe *W* in stirpe *L* 19 relinquerunt *W* filii tibi *W* filii *L* 20 uniuersam terram *B* 23 et generationē *B* et progenie *L*, *om. M* 24 ebr. *M* abreo *W* 25 *alt.* generationē *LM*

neratione. propterea populi confitebuntur tibi in
saeculum et in aeternum. quod nos interpretati sumus
confitebuntur tibi, Symmachus transtulit laudabunt
2 te. regina, quae steterat a dextris regis in uestitu deaurato et
iussa fuerat obliuisci populi et domus patris sui et iterum
illi dictum erat: pro patribus tuis nati sunt tibi filii:
constitues eos principes super omnem terram, intel-
legens, quanta decoranda sit gloria et quibus praemiis suble-
uanda, conuertit ad sponsum uoces suas et pollicetur recor-
daturam se semper nominis sponsi in omni generatione et
3 generatione. quod promisit, uidemus expletum. ipsa Christiana
nobis omnibus Christianorum nomen inposuit, nomen nouum,
in quo benedicuntur omnes familiae gentium. recordatur autem
non in una generatione, sed in omnibus, uel cunctas signifi-
cans nationes uel duas generationes, Iudaeorum atque genti-
lium. et quia hoc parum est, si in duabus generationibus
nominis domini recordetur, propterea populi, qui in ecclesia
fuerint, confitebuntur et laudabunt dominum in aeternum et
in saeculum saeculi.
4 Quando et tu, o filia Principia, sanctorum mixta choro inter
uirgines duceris ad regem et ex domibus eburneis delecta-
bis sponsum in honore tuo, tunc recordare et mei, qui
huius psalmi tibi domino reuelante intellegentiam tribui,
et dicito: memor ero nominis tui, ut, quae partem

3 *Ps. 44. 18 4 cf. Ps. 44, 10—11 6 Ps. 44, 17 13 cf. Gen. 12, 3 21 cf. Ps. 44, 9—10 24 *Ps. 44, 18

1 confit. tibi pop. *ς* in—tibi *in mg. X* 2 quos *W* 3 simachus *W* simmacus *B* 4 te *om. W* reginae *M* *steterat (et *in ras. m2*) *B* est et erat *LW* a] ad *W* 6 erat] est *Xp.c.* 7 eos *om. WM* 8 quanto *W* decorando *B* gloria] *add.* decoranda *s. l. m2B* 9 recordaturum *L* 10 et generatione *s. l. m2B* et generationi *W* 11 uidimus *Xa.c.m2B* 12 omnium *X* *alt.* nomen] nomini *W* 13 benedicentur *LB* 14 uel] *add.* in *L,B* (*eras.*) sign. nat.] significationes (*s. l. m2* generati, *scil.* significat generationes) *M* 16 si in] sin *B* ut (*s. l. m2*) in *M* 17 recordaretur *X* 18 fuer *L* domino *W* deum *B* 21 deduceris *B* 23 psalmum *B* 24 et *om. M*

intellexisti carminis, intellegas, si uita comes fuerit, et totum Canticum canticorum.

LXVI.

AD PAMMACHIUM DE DORMITIONE PAULINAE.

1. Sanato uulneri et in cicatricem superinductae cuti si medicina colorem reddere uoluerit, dum pulchritudinem corporis quaerit, plagam doloris instaurat. ita et ego, serus con-

1 cf. IV Reg. 4, 16

1 intellegas *transp. post* canticorum ς canticorum] *add.* explicit eps ad principiam uirginem *L*

Γ = *Lugdunensis 600 s. VI* (*continet p. 647,* 5 sanato— *648, 3* exulcerem; *648, 6* quis parturientem—*12* desiuimus; *649, 7* inpari—*10* feruentes; *650, 6* nec sororis—*8* fluctuare; *652, 5* ardentes—*653, 4* dealbatur; *654, 5* prima—*8* essem; *655, 6* quamuis—*10* turpauit; *656, 5* si uis—*13* consequatur; *658, 10* Christus—*13* omnibus; *658, 18* non coturnatam—*659, 2* sanitati est; *659, 7* felices—*8* iudicarent; *661, 8* et diuturnam—*10* cacumen; *662, 15* imiteris—*663, 4* dissicimus; *663, 11* si offeramus—*664, 5* mors).
G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII.*
K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
𝔅 = *Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
Ψ = *Augustodunensis 17 A s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

4 ad pammachium (pammatium *Γ*) de dormitione paulinae (-ne) *ΓA*𝔅 ad pammachium (pammacium *K*) de morte paulinae (-ne) *KDΨB* ad pammacium *G*; *Hieronymi nomen exhibet titulus in* 𝔅 5 sanato—*p. 648, 9* uideat *cum titulo epistulae a librario omissa eiusdem aetatis manus in membranula inserta add. K* uulnere *GDΨB,KAa.c.m2* cicatrice *KDΨ* superductae *codd. praeter Γ* cutis *Ka.r.DΨB* 6 pulcr. *GDB* pulchritudine *K* 7 quaeret *K* ita—*p. 648, 3* exulc.] sic facit et ille, qui aliquid pro tristi casu loquendi tempore reticens transacto dolore consolatur. exulcerat potius commemoratione sua, quod iam tempore et ratione curatum est *Γ* et *om. G* seruus *KAΨa.c.* saeuus *D* consolatur *K,Aa.c.m2*

solator, qui inportune per biennium tacui, uereor, ne nunc inportunius loquar et adtrectans uulnus pectoris tui, quod tempore et ratione curatum est, commemoratione exulcerem.
2 quae enim aures tam durae, quae de silice excisa praecordia et Hyrcanarum tigrium lacte nutrita possunt sine lacrimis Paulinae tuae audire nomen? quis parturientem rosam et papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis et tota rubentium foliorum pandatur ambitio, inmature demessum aequis oculis marcescere uideat? fractum est pretiosissimum margaritum, uirens zmaragdi gemma contrita est. quid boni habeat sanitas, languor ostendit. plus sensimus, quod habuimus, postquam habere desiuimus.

2. In agro terrae bonae tres fructus legimus, centesimum, sexagesimum et tricesimum; in tribus mulieribus et sanguine et uirtute coniunctis tria Christi praemia recognosco. Eustochium uirginitatis flores metit, Paula laboriosam uiduitatis aream terit, Paulina castum matrimonii cubile conseruat. tali filiarum mater fulta comitatu totum sibi in terris uindicat,

4 cf. Verg. Aen. IV 366 sq. 7 cf. Anth. Lat. 84, 3. 5 Riese 13 cf. Matth. 13, 23

1 ut] sicut *B* 3 reddemus *Da.c.Ba.c.m2* schola *W* scola *cet.* 4 retor. *DB* rethor. *cet.* babtismis *W* 5 mundis (s *eras.*) *Σ* mundum *D* pollente *D* mic. astris *LΣ* 6 materiam *W* abiss. *WB* abys. *Σa.c.* ab ipsorum *D* 7 magnitudinem *D* magnitudo *LΣ,Ba.c.* magnitude *Bp.c.* deformes tenebrae(-e) *LΣ,Ba.c.* obp(pp *Σ*)rimebant *LΣ* 9 figuram *Σa.r.* 10 ebraicis (s *eras.*) *B* hebreici *L* 11 ethimologiā *Σ*, *uariant cet.* non caelum *LΣ* samaym *B* somaim *Σ* 12 cae(e)lo *W,Σa.c.* cae(e)los *cet.* dei *ς* 13 et *om. B* zechiel *W* ezechihel *Σ* hiezechiel *L* edechiel *B* ezechiele *ς*; *add.* propheta *ς* c(ch *Σm2W*)ristallum *codd.* cherubim *Bp.c.m2* cerubin *W* cerubym *Σ* uidet *Σp.r.* extentum *LB,Σa.c.* 15 uiuit *ς* et (t *s. l. m2*) *L* pennatos *ΣBp.c.m2,D* 16 *num* leuant (*sc.* aquae)? 17 paradysus *LD,Σp.c.m2* edem *D* eden *cet.* 18 quatuor *ΣWB* 19 aquas| quas *D*

gatur. statimque columba spiritus sancti expulso alite taeter-
rimo ita ad Noe quasi ad Christum in Iordane deuolat et
4 ramo refectionis ac luminis pacem orbi adnuntiat. Pharao cum
exercitu suo nolens populum dei exire de Aegypto in typo
baptismatis suffocatur. et in Psalmis de interfectione illius
scribitur: tu confirmasti in uirtute tua mare, tu con-
triuisti capita draconum in aquis, tu confregisti
caput draconis magni. unde et reguli et scorpiones arentia
quaeque sectantur et, postquam ad aquas uenerint, hydrophobas
5 et lymphaticos faciunt. Merra mutatur sacramento crucis et
septuaginta palmae apostolorum dulcoratis legis gurgitibus
inrigantur. Abraham et Isaac puteos fodiunt, repugnant allophyli.
et Bersabee, ciuitas iuramenti, regnumque Salomonis nomen
sumit a fontibus. Rebecca inuenitur ad puteum. Rachel propter
aquas subplantatoris osculo salutatur. Moyses filias sacerdotis
Madiam aperto puteo ab iniuria uindicat. praecessor domini
in aquis fontium iuxta Salim, quod interpretatur 'pax' siue
6 'perfectio,' Christo populum parat. ipse saluator post baptisma
et sanctificatas suo lauacro Iordanis aquas regnum caelorum
incipit praedicare. primum signum ex aquis facit, Samaritana

1 cf. Gen. 7, 17 cf. Gen. 8, 6—11 2 cf. Matth. 3, 16 etc. 3 cf. Ex. c. 14 6 *Ps. 73, 13—14 10 cf. Ex. 15, 23. 25 11 cf. Ex. 15, 27 12 cf. Gen. 21, 25 cf. Gen. 26, 14—22 13 cf. Gen. 21, 31 cf. III Reg. c. 1 14 cf. Gen. c. 24 cf. Gen. 29, 11 15 cf. Gen. 25, 25 cf. Ex. 2, 16—17 16 cf. Ioh. 3, 23 18 cf. Matth. 3, 13—15 etc. 20 cf. Ioh. 2, 1—11 cf. Ioh. 4, 7—30

1 taetermino *W* 2 ita] *add.* et *LΣ* noae *WDB* 3 pharaho *Σ* 4 egipto *WB* tipo *WB* 6 *alt.* tu *om.* *W* contribulasti *W* 7 tu— magni *om.* *W* 8 capita *D* magni *om.* *B* *pr.* et *om.* *Σ* 9 hydr.— faciunt] et lympaticos faciunt hydrophobas *W* ydrofobas *L* idropofas *B* hydropas *D* ydropas *Σ* ὑδροφόβους *ς* 10 lympaticos *W* limph. *LΣB* merra *D* mirra *W* my(u *m2 L*)rra *LΣ* marra (*pr.* r *exp.*) *B* mare *ς* 11 sept.] XX *W* 12 all(l *W*)ophili *codd.* 13 bersabeae *LΣD* bersabe *WB*; *add.* et *W* salamonis *ΣW* 14 rachael *L* prope *Bp.c.* 15 oculo *W* 16 madian *codd.* *praeter* *W* praecursor *ς* precussor *D* 18 saluator noster *LΣ* post *s. l.* *m2 Σ*, *om.* *L* 19 sanctificata *L* 20 aqua fecit *Σ*

uocatur ad puteum, sitientes inuitantur ad potum. Nicodemus
discit occulte, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto,
non intrare eum regna caelorum. quia ab aquis coeperat, finiuit
in aquis: latus percutitur lancea et baptismi atque martyrii
pariter sacramenta funduntur. post resurrectionem apostolos 7
mittit ad gentes, praecipit eis, ut baptizent eas in mysterio
trinitatis. paenitet facti populum Iudaeorum et statim a Petro
ad baptismum mittitur. antequam parturiat, parit Sion et
nascitur gens simul. Paulus, persecutor ecclesiae et lupus
rapax Beniamin, Ananiae oui submittit caput nec ante recu-
perat aspectum, quam curet baptismo caecitatem. eunuchus
Candacis reginae lectione prophetica Christi baptismati prae-
paratur; mutat contra naturam Aethiops pellem suam et
pardus uarietates suas. qui Iohannis acceperant baptisma, 8
quia spiritum sanctum nesciebant, iterum baptizantur, ne quis
putaret e gentibus aut Iudaeis aquas sine spiritu sancto ad
salutem posse sufficere. uox domini super aquas, domi-
nus super aquas multas, dominus diluuium inha-
bitare facit. dentes eius sicut grex detonsarum,

1 cf. Ioh. 3, 5 4 cf. Ioh. 19, 34 5 cf. Matth. 28, 19 etc. 7 cf. Act. 2, 37—41 8 cf. Esai. 66, 7—9 9 cf. Act. 9, 17—18 cf. Gen. 49, 27 11 cf. Act. 8, 27—38 13 *Hier. 13, 23 14 cf. Matth. 3, 11 17 Ps. 28, 3. 10 19 *Cant. 4, 2

1 sitiens inuitatur *ς* potum] puteum *W* nicodemus *B* nichodemus *W* nicodimus *La.c.m2* nicodemo *D* nic(ch *Σm2*)odimo *Lp.c.m2Σ* 2 discit *Wa.r.B* dicit *cet.* et *om. W* sancto *om. ς* 3 eum] *add.* in *codd. praeter W* regno *Ba.c.* regnum *LΣ* quia] qui *W* quod *LΣ* finit *LΣ,B* (nit *in ras. m2*) finiunt *D* 4 latus] *add.* xp̄i *codd. praeter W* 5 mitt. apost. *ς* apostolus *La.c.W* 6 gentes et *ς* prae(e)cepit *LΣD* eis] ei *W* eos *Σ* ei *W* in *om. B* ministerio *B* 7 populum *s. l. Σ, om. L* 8 baptisma *ς* syon *B* 10 annanie (*pr.* n *s. l.*) *Σ* submitit *ex* submitat *B* 11 curet (e *in ras. m2*) *B* eunucus *B* enuchus *W* 12 candachis *La.r.* reginae] *add.* aeth(eth *L* et *B*)iopum *codd. praeter W* baptismate *Ba.c.* baptisma *L,Σa c.* 13 ethiops *L* ethiobs *W* etiops *B* 15 sanct. spir. *W* 16 e *W* ex *cet., om. ς* iud. ac gent. *Σ* aut *W* ac *cet.* aqua *B* 19 facit] *add.* et proicit in profundum maris omnia peccata nostra *B* (*cf. p. 692, 8*) detonsarium *D*

quae ascenderunt de lauacro, omnes gemellos ha-
9 bentes, et infecunda non est in eis. si non est infe-
cunda nec sterilis, omnes habent ubera lacte rorantia, quae
cum apostolo possint dicere: filioli mei, quos iterum
parturio, donec Christus formetur in uobis, et: lac
uobis potum dedi, non escam. Micheas de gratia baptismi
uaticinatur: ipse auertet et miserebitur nostri; de-
merget iniquitates nostras et proiciet in profun-
dum maris omnia peccata nostra.

7. Quomodo in lauacro omnia peccata merguntur, si una
uxor supernatat? beati, quorum remissae sunt iniqui-
tates et quorum tecta sunt peccata. beatus uir,
cui non inputauit dominus peccatum. arbitror, quod
possimus et nos huic aliquid cantico iungere: 'beatus, cui non
2 inputauit dominus uxorem'. audiamus et Ezechielem, filium
hominis, quomodo de eius uirtute pronuntiet, qui hominis
futurus est filius: adsumam uos de gentibus et asper-
gam super uos aquam mundam et mundabimini ab
omnibus inmunditiis uestris; et dabo uobis cor
nouum et spiritum nouum. 'ab omnibus', inquit, 'mun-
dabo uos sordibus'. in 'omnibus' nihil praetermittitur. sordes
3 emundantur: quanto magis munditiae non coinquinantur? dabo

4 *Gal. 4, 19 5 I Cor. 3, 2 7 *Mich. 7, 19 11 Ps. 31, 1—2 17 *Ezech. 36, 24—26 22 *Ezech. 36, 26

1 lauacrho *W* habentes foetus *ς* 2 inf.] fe(fe *Σ*)cunda *Σ,Ba.c.* 3 sterelis *LW,Σa.c.* rorantiam *W* rotantia *D* 4 possint *W* possunt *cet.* 6 michaeas *ς* bapt. gratia *LΣD* 8 et proiciet—nostra *in mg. sup. Σ, om. L* et *om. W* proiecit *W* profundo *ΣD* 10 quomodo ergo *ς* in *om. W* lauachro *W* mergantur *Ba.c.,Σa.c.* (*in mg. add.* peccata *m2*) sic *ΣD,La.c.* 11 uxor *s. l. W* sunt *om. B* 13 inputabit *Σp.c.m2* 14 possumus *Σ* aliquid huic *LΣ* aliquod *D* beatus uir *ς* 15 inputabit *D* et *om. B* ezechihelem *Σ* hiezechielem *L* in ezechiel *W* 16 de eius] et *L* 17 aspargam *Σ* ad(d *exp.*)spa(e *s.l.m2*)rgam *L* adspe(e *in ras. m2*)rgam *B* 18 mundamini *La.c.B* mundabo mihi *W* 19 et *om. LΣ* 21 praetermititur (*alt.* i *ex* a) *B* si sordes (si s *in ras. m2*) *B* 22 quoinq. *LW* inq. *B* dauo *D; add.* uobis *LΣD*

cor nouum et spiritum nouum; in Christo enim
Iesu neque circumcisio aliquid ualet neque prae-
putium, sed noua natura. unde et cantamus canticum
nouum et ueteri homine deposito non ambulamus in uetustate
litterae, sed in nouitate spiritus. hic est calculus nouus, cui 4
nouum nomen inscribitur, quem nemo scit legere, nisi qui
illum acceperit. quotquot enim baptizati sumus in
Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus,
consepulti ei per baptismum in morte, ut, quomodo
surrexit Christus a mortuis per gloriam patris,
ita et nos in nouitate uitae ambulemus. totiens noui-
tatem legimus et tamen maculosum nomen uxoris non potest
ulla nouitate deleri? consepulti sumus Christo in baptis- 5
mate et resurreximus per fidem operationis dei, qui
suscitauit eum a mortuis. cumque essemus mortui
in delictis et in praeputio carnis nostrae, conuiui-
ficauit nos cum illo donans omnia delicta, delens,
quod aduersum nos erat, chirographum decreti,
quod erat contrarium nobis; et ipsud tulit e medio
affigens illud cruci. omnia nostra cum Christo mortua 6
sunt, uniuersa chirographi ueteris peccata deleta: solum nomen
uiuit uxoris? dies me deficiet, si cuncta, quae ad potentiam
baptismi pertinent, de scripturis sanctis uoluero digerere et

1 *Gal. 6, 15 3 cf. Ps. 32, 3 etc. 4 cf. Rom. 7, 6 5 cf. Apoc. 2, 17 7 *Rom. 6, 3—4 13 *Col. 2, 12—14

1 enim] hoc *B* 3 natura *W* creatura *cet.* et *om.* ς 4 uetere *W* depositum *ex* deposita *m2W* ambulemus *Wp.c.m2* 6 nominū *B* inscribitur *W* scribetur *D* scribitur *cet.* quem *W* quod *cet.* 7 illum *W* illud *cet.* 8 marte *D* mortem ς ipsius *Σ* 9 consepulti enim *Σ* ei *om. Σ* (sumus *s. l. m2*) ei sumus ς in babtismo *W* mortem *La.c.ΣB* 11 nouitatem ς uitae] u (*eras.*) et (*exp.*) nos (*exp.*) *L* toties ς 13 enim sumus in xp̄o in babtismate *W* 16 *alt.* in *om. W* cumuiuificauit *W* 18 cirograph. *B* cyrograph. *Σ* cyrograu. *W* cyrofrar. *L* 19 ipsud *W* ipsum *cet.* tullit *W* ę *B* de *W* 21 chyrographi *W* cirographi *B* cyrograph(f *L*)i *LΣD* delecta *Ba.c.m2; add.* sunt ς 22 me] mei *La.c.D* mihi *ΣB* deficient *LΣa.c.,D* 23 degerere *W* disserere (ss *in ras. m2*) *Σ*

natiuitatis secundae, immo in Christo primae, ponere sacramenta.

8. Antequam dictandi finem faciam — iam enim intellego
me mensuram excedere epistulae —, uolo superiora capitula,
in quibus futuri episcopi uita describitur, cursim exponere, ut
apostolum non in unius uxoris elogio, sed in omnibus, quae
praecipit, doctorem gentium suscipiamus. simul obsecro, ne
quis me in sugillationem istius temporis sacerdotum scripsisse,
2 quae scripsi, aestimet, sed in ecclesiae utilitatem. ut enim
oratores et philosophi describentes, qualem uelint esse perfec-
tum oratorem et philosophum, non faciunt iniuriam Demostheni
et Platoni, sed res ipsas absque personis definiunt, sic in
descriptione episcopi et in eorum expositione, quae scripta
sunt, quasi speculum sacerdotii proponitur. iam in potestate
et conscientia singulorum est, quales se ibi aspiciant, ut uel
dolere ad deformitatem uel gaudere ad pulchritudinem possint.
3 *si quis episcopatum desiderat, bonum opus desi-
derat*: opus, non dignitatem, laborem, non delicias: opus,
per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio. *opor-
tet ergo episcopum inreprehensibilem esse*: id ipsum,
quod ad Titum: *si quis est sine crimine*, omnes uirtutes
in uno sermone conprehendit et paene rem contra naturam
exigit. si enim omne peccatum, etiam in otioso uerbo, repre-
hensione dignum est, quis est ille, qui absque peccato, id est
4 sine reprehensione, uersetur in mundo? sed futurus pastor

7 cf. I Tim. 2, 7 17 I Tim. 3, 1 19 I Tim. 3, 2 21 *Tit. 1, 6 23 cf. Matth. 12, 36

1 primo *L* primum *Σ* 4 mens. me *D* 5 discribitur *W* 6 uxoris uirum *D* 7 praecipit *W* praecepit *cet.* doctor *Lp.r.* 8 sugillatione *D* sulgillationem *B* sacerdotium *La.c.* 9 existimet *D,B* (exis *in ras. m2*) exhistimet *W* ecclesiam *Σ* 10 esse ualent *W* 11 faciant *W* demo(on *ΣW*)steni *codd.* 12 Pl. sed] plathonis et *W* ipsa *L* 15 constihentia (h *eras.*) *W* ut] et *W* 16 pulcr. *DB* pulchiritudinem (tu *add.*) *W* 17 *pr.* deserat *W* 19 per] pro *L* fastigio *B* fastiio *W* fastidio *LΣD* 21 quod *W* quoque *cet.* at *W* 22 et *om. L* 23 exegit *La.c.Σ* uerbo *s. l. Σ, om. L* 25 hoc mundo *ς*

ecclesiae talis eligitur, ad cuius conparationem recte grex ceteri nominentur. definiunt rhetores oratorem: 'uir bonus, dicendi peritus.' ante uita, sic lingua inreprehensibilis quaeritur, ut merito suscipiatur. perdit enim auctoritatem docendi, cuius
sermo opere destruitur. unius uxoris uirum: de hoc supra 5
diximus. nunc tantum admonemus, ut, si unius uxoris uir etiam ante baptismum quaeritur, cetera quoque, quae praecepta sunt, ante baptismum requiramus. neque enim conpetit uniuersa post baptismum et unum hoc mandatum intellegere
ante baptismum. sobrium siue uigilantem — νηφάλιος quippe 6
utrumque significat —, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem: sacerdotes, qui ministrant in templo dei, prohibentur uinum et siceram bibere, ne in crapula et ebrietate adgrauentur corda eorum et ut sensus officium exhibens deo uigeat semper et tenuis sit. quod autem infert 'prudentem', excludit eos, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. nisi enim cerebrum sanum fuerit, omnia membra
in uitio erunt. 'ornatum' quoque ἐπίτασις est prioris uerbi, id 7
est 'inreprehensibilis'. qui uitia non habet, inreprehensibilis appellatur; qui uirtutibus pollet, ornatus est. possumus et aliud intellegere ex hoc uerbo iuxta illud Tullii: 'caput est artis decere, quod facias'. sunt enim quidam ignorantes mensuram suam et tantae stoliditatis ac uecordiae, ut et in motu

2 cf. Catonis sententia p. 80 Iordan 5 I Tim. 3, 2 10 I Tim. 3, 2 12 cf. Leu. 10, 9 13 cf. Luc. 21, 34 21 cf. Cicero de or. I 132

1 conparatione *D* 2 nominantur *ex* -natur *W* ret. *DB* reth. *ΣW* rect. *L* uir *W* qui sit *D* qui sit uir *cet.* 3 uitam *Σa.r.D* 4 ut *W* ut doctus *cet.* perdet *W* dicendi *LΣ,Ba.c.* 5 in opere *Σ* distruitur *W* 6 tantum *W* autem *cet.* hoc tantum *ς* ammon. *ΣB* 10 seu *B* ΝΝΦΑΑΙΟC *LΣD* ΝΝΦΑΝΙΟC *B* ΝΗΦΑΑΕΙΟC *W* 14 adgrauantur *W* 15 ten. sit.] tenuisset *Σa.c.* tenuissent *W* 16 excludet *La.c.m2DB* 17 sacerdotis *B* 18 EIIITACIE *Σ* ENITACIC *D* et TITACIC *B* et ΠΤΑCΙ *L* ETIIſACIT *W* est *ex* et *m2L* 19 inpreh. *W* inreprehensibilem *Bp.c.m2*, *om.* *D* 20 polletur natus *W* 22 decere *ς* docere *codd.* quod *s. l.* *Σ*, *om.* *L* quid *W* 23 suam *s. l.* *Σ*, *om.* *L* tantae] tanta est *WD* ante *LBa.c.* stolidatis *La.c.Σ* soliditatis (ti *s. l.* *W*) *Wa.r.Ba.c.m2* oliditatis *Wp.r.Da.c.m2*

et in incessu et in habitu et in sermone communi risum spectantibus tribuant et quasi intellegentes, quid sit ornatus, comant se uestibus et munditiis corporis et lautioris mensae epulas parent, cum omnis istius modi ornatus et cultus sordibus
8 foedior sit. quod autem doctrina sacerdotibus expetatur, et ueteris praecepta sunt legis et ad Titum plenius scribitur. innocens enim et absque sermone conuersatio quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet; et latratu canum baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. non uinolentum, non percussorem: uirtutibus uitia obposuit.

9. Didicimus, quales esse, discamus, quales non esse debeant sacerdotes. uinolentia scurronum est et comissatorum uenterque mero aestuans cito despumat in libidines. in uino luxuria, in luxuria uoluptas, in uoluptate inpudicitia est. qui luxuriatur, uiuens mortuus est: ergo, qui inebriatur, et mortuus et sepultus est. Noe ad unius horae ebrietatem nudat femora sua, quae per sexcentos annos sobrietate contexerat. Loth per temulentiam nesciens libidini miscet incestum et, quem Sodoma non uicerat, uina uicerunt. percussorem autem episcopum ille condemnat, qui dorsum suum posuit ad flagella et male-
2 dictus non remaledixit. sed modestum: duobus malis unum

5 cf. Leu. 10, 10—11 cf. Tit. 1, 9 9 I Tim. 3, 3. Tit. 1, 7 13 cf. Eph. 5, 18 15 cf. I Tim. 5, 6 16 cf. Gen. 9, 21 17 cf. Gen. 9, 28—29 cf. Gen. 19, 31—38 20 cf. I Petr. 2, 23 21 I Tim. 3, 3

2 spectantibus *Bp.c.m2* expectantibus *cet.* tribuant] praebeant ς 3 comant *W* comunt *LΣ,Bp.c.* communi *D* ornant *Ba.c.* 4 parent *W* parant *cet.* omnis] omnes *L* hominis *Wp.c.m2* modi ornatus *om. W* 5 fediores *Σ* fedior *cet.* sint *Σ* a sacerd. *codd. praeter W* expetatur *W* ex(xs *Σ* pectatur *LΣB* expectetur *D* et *om. W* 8 et *W* nam *cet.* nam et ς latratus *Σ* que *eras. Σ* 9 luporumque *Σp.c.* deterenda *B* 11 *pr.* esse *W* esse debeamus *cet.* non *om. D* 12 scurarum (*sic*) *W* commiss. *La.c m2ΣWD* commess. *Lp c.m2* comess. *B* 13 que] quem *W* aestuans] statuans *W* dispumat *LΣD,Ba.c.m2* libidinem *LΣ* luxoria *La.c.m2W* 14 luxoria *La.c.m2* luxoriatur *LΣa.c.m2,W* 15 *pr.* et *om. W* 17 loht *W* lot ς temolenciam *W* th(h *eras.*)emo(u *m2*)lentiam *L* 18 et *om. D* 20 suum *W*, *om. cet.*

obposuit bonum, ut temulentia et ira modestia refrenetur. non litigiosum, non auarum: nihil enim inpotentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant et parati semper ad lites in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. auaritiam in sacerdote uitandam et Samuel docet nihil coram populo eripuisse se cuiquam probans et apostolorum paupertas, qui refrigeria sumptuum a fratribus accipiebant et praeter uictum atque uestitum nihil se aliud nec habere nec uelle gloriabantur. quam ad Timotheum auaritiam, ad Titum turpis lucri cupiditatem apertissime notat. domum suam 3
bene regentem: non ut opes augeat, non ut regias paret epulas, non ut caelatas patinas struat et Phasides aues lentis uaporibus coquat, qui ad ossa peruenianti et superficiem carnium non dissoluant artifici temperamento, sed ut, quod populis praedicaturus est, prius a domesticis exigat. filios habentem subditos cum omni castitate: ne scilicet imitentur filios Heli, qui in uestibulo templi cum mulieribus dormiebant et religionem praedam putantes, quidquid optimum in hostiis erat, in suas delicias conuertebant. non neophytum, 4
ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli: mirari satis non queo, quae hominum tanta sit caecitas de uxoribus ante baptismum disputare et rem in baptismate mor-

1 *I Tim. 3, 3 5 cf. I Reg. 12, 1—5 8 cf. I Tim. 6, 8 9 cf. I Tim. 3, 3 et Tit. 1, 7 10 *I Tim. 3, 4 15 I Tim. 3, 4 17 cf. I Reg. c. 2 19 I Tim. 3, 6

1 adposuit *LΣD* refrenentur *Σp.c B* 2 enim *W* est *cet.* inpudentius *B* 5 tonant *ex* consonant *m2B* samuhel *LΣp.c.,D* 6 se *s. l. B*, *om. L* 7 accipiebat *Σa.c.* 9 gloriabatur *Σa.c.* *alt.* ad] at *W* 11 opes] possessiones *B* parat *D* 12 patenas *LWp.c.m2.ΣDB* instruat *LΣ,Ba.c.m2* et] non ut *ς* pasides (e *ex* i *m2*) *W* fasides *cet.* 13 coquant *W* cocat *B* superficie(-iae *L*) *LD* superficies *Σ* carnis *ς* 14 artificii *B* temporamento *W* temperando *L,Σa.c.* ut *s. l. Σ*, *om. L* populo *L* 15 praedicaturus *W* praecepturus *cet.* 16 nec *La.r.* 17 ely *B* eli *ς* dormiebat *D* 18 quicquid *ΣDB* 19 nonne ophitum *WB* nonne ofitum *LD* nonne offitum *Σ* 20 inc. in iud. *W* 22 disputat *D*

tuam, immo cum Christo uiuificatam, in calumniam trahere, cum tam apertum euidensque praeceptum nemo custodiat. heri catechumenus, hodie pontifex; heri in amphitheatro, hodie in ecclesia; uespere in circo, mane in altari; dudum fautor strionum, nunc uirginum consecrator: num ignorabat apostolus tergiuersationes nostras et argumentorum ineptias nesciebat?
5 qui dixit: unius uxoris uirum, ipse mandauit inreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, modestum, non uinolentum, non percussorem, non litigiosum, non auarum, non neophytum. ad omnia claudimus oculos,
6 solas uidemus uxores. quod autem ait: ne in superbiam elatus incidat in iudicium diaboli, quis non exemplo uerum probet? ignorat momentaneus sacerdos humilitatem et mansuetudinem rusticorum, ignorat blanditias Christianas, nescit se ipse contemnere, de dignitate transfertur ad dignitatem; non ieiunauit, non fleuit, non mores suos saepe reprehendit et adsidua meditatione correxit, non substantiam pauperibus erogauit: de cathedra, quod dicitur, ad cathedram, id est de superbia ad superbiam. iudicium autem et ruina diaboli, nulli dubium, quin adrogantia sit. incidunt in eam, qui in

7 I Tim. 3, 2 cf. I Tim. 3, 2—6 11 *I Tim. 3, 6

1 calumniam *eras.* *L* calumnia *W* 3 cath(t *B*)ecuminu(i *L,Σa.c.*)s *LΣDB* cathecūmus (cathicūminus *m2*) *W* eri *B* ampiteathro *W* aufiteatro *B* am(n *L*)phith(t *LΣ*)eatrum (-tro *Σp.c.*) *LΣD* 4 altare *La.c.* altario ς factor *B* histrionum *Bp.c.m2* ystrionum *Σp.c.*; *uulgari forma* (strionum = histrionum) *per contemptum usus est Hieronymus* 5 uirginem *Wa.c.m2* consecratur *W* 6 nostras *eras.* *W* 7 inprehensibilem *W* 10 non neophitum *W* nonne ofitum *LDB* nonne offitum *Σ*; *add. m. 1:* non percussorem, *seq. in mg. m2:* non litigiosum non auarum non neoffitum (*del.*) *Σ* ad haec omnia ς 11 ait *s. l.* *Σ*, *add.* nonne ofitum *B* superbia *W* 12 iud.] laqueum *B* 13 uirum *W* ignorat (at *in ras. m2*) *B* 14 ignoret *La.c.* 15 nesciat *La.c.Σ* ipse *W* ipsum *cet.* 16 flebit *B* suas *W* 17 meditate(-ti *Σ*) *LΣa.c.* 18 erogabit *La.c.m2* chathedra *W* quod *W* quomodo *LD* quo (*eras.*) quomodo *Σ* con *in ras. 7 litt.* (*ult.* o *adhuc apparet*) *m2B* quodam modo ς dicitur *W* ducitur ς chathedram *W* 19 ruina *W* ruinas *cet.* 20 quin *ex* qui in *B* quod *L*

puncto horae necdum discipuli iam magistri sunt. oportet 7
autem eum et testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt: quale principium, talis et clausula. qui inreprehensibilis est, non solum a domesticis, uerum et ab alienis consono ore laudatur. alieni et extra ecclesiam sunt Iudaei, heretici atque gentiles. talis ergo sit pontifex Christi, ut, qui religioni detrahunt, uitae eius detrahere non audeant. at nunc plerosque cernimus uel fauorem populi in aurigarum modum pretio redimere uel tanto omnium hominum odio uiuere, ut non extorqueant pecunia, quod mimi inpetrant gestibus.

10. Haec, fili Oceane, sollicito timore perquirere, haec magis ecclesiae custodire debebunt, hos in sacerdotibus eligendis canones obseruare, non propria odia et priuatas simultates carpentemque semper auctorem suum inuidiam legem Christi interpretari. uide, quantum testimonium sit huius, quem arguunt, bimariti, cui praeter uinculum coniugale — et hoc ante baptismum — nihil aliud ab aemulis obici potest. qui praecepit non 2
moechandum, ipse dixit et: non occides. si non moechamur et occidimus, transgressores legis sumus. qui totam legem obseruauerit et offenderit in uno, fit omnium reus. itaque, cum obposuerint nobis uxorem ante baptismum,

1 *I Tim. 3, 7 18 *Iac. 2, 11 19 cf. Iac. 2, 11 20 *Iac. 2, 10

2 et test. eum *LΣ* eum *om. B* 3 casula *Ba.c.* 4 a] ad *W* uerum *W* sed *cet.* et *om. B* 5 hore *Σa.r.WB* et *s. l. Σ, om. L* ecclesia *W* 7 religione *W* (*ex* releg.) *D* 8 fauore in *W* 9 morem *ς* 10 extorqueat *W* mimi] *seq. ras. 2 litt. B* minimi *L,Wa.c.m2* minime *Wp.c.m2* 11 gentibus *Σ* 12 timore] *add.* non propria hodia (*del.*) *W* magis] magistri *Bp.c.ς* 13 debebunt *W* debeant *cet.* has *D* 14 canonice *ex* canonae *m2L* propria *W* iuxta propria *cet.* (*cf. supra ad l. 12*) hodia *W* 15 carpentes (s *in ras. 4 litt.*) *Σ* suum *s. l. B, om. L* suam *W* inuidia *ΣW* 16 test. sit *W* sit test. *cet.* 17 bimariti *W,Bp.c.m2* mariti *cet.* coniugalem *LD* 18 praecipit *W* 19 mech. *D* maech. *L* mec. *B* moehc. *ex* mehc. *Σ* moechamur *W* mecauerimur (ueri *exp.*) *B* me(moe *Σp.c.* mae *L*)chauerimus *LΣD* 20 et *W* sed *cet.* occidamus *Wa.c.m2* sumus legis *D* 21 seruauerit *LΣD* 22 obposuerit *Wa.c.*

nos ab eis omnia, quae post baptismum praecepta sunt, requiramus. praetereunt, quod non licet, et obiciunt, quod concessum est.

LXX.

AD MAGNUM, ORATOREM URBIS ROMAE.

1. Sebesium nostrum tuis monitis profecisse non tam epistula tua quam ipsius paenitudine didicimus. et mirum in modum plus correctus placuit, quam errans laeserat. certauerunt inter se indulgentia parentis et filii pietas, dum alter praeteritorum non meminit, alter in futurum quoque officia pollicetur. unde et mutuo nobis tibique gaudendum est, quia nos filium recepimus, tu discipulum conprobasti.

2. Quod autem quaeris in calce epistulae, cur in opusculis nostris saecularium litterarum interdum ponamus exempla et candorem ecclesiae ethnicorum sordibus polluamus, breuiter responsum habeto: numquam hoc quaereres, nisi te totum

2 et] $\overline{\text{et}}$ (= etiam) *B* cessum *W*

K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
L = *Coloniensis 35 s. IX.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X.*
l = *Vaticanus lat. 341 s. X—XI.*
m = *Vaticanus lat. 354 s. XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

5 ad magnum oratorem urbis romae cur interdum in tractatibus suis saecularium litterarum utatur exemplis *K* ad magnum oratorem urbis rome de exemplis secularium litterarum *l* ad magnum oratorem urbis romae *M m* ad magnum oratorem *LΦB; Hieronymi nomen exhibent tituli in omnibus codicibus praeter K* 6 saebesium *K* seuesium *Φ* sibesium *L* libesium *B* proficisse *KLΦ* 7 penetudine *Φ* 8 correptus *l* laeserant *KΦa.r.* 10 non *s. l. m2 Φ* officio *L* 11 et *K* (*exp.*) *Mlm, om. cet.* uobis *Φ* quia et *K* 12 recipimus *KΦ* 13 epist.] *add.* t *K* tuae ς 15 candore *Φ* etnic. *La.c.B* ethinic. *la.r.* 16 habeo *Φ* quae(e *Φ*)reris *Ka.c.Φ* te] se *Φ*

Tullius possideret, si scripturas sanctas legeres, si interpretes
earum omisso Uolcatio euolueres. quis enim nesciat et in
Moysi ac prophetarum uoluminibus quaedam adsumpta de
gentilium libris et Salomonem philosophis Tyri et proposuisse
nonnulla et aliqua respondisse? unde in exordio Prouer- 2
biorum commonet, ut intellegamus sermones prudentiae uer-
sutiasque uerborum, parabolas et obscurum sermonem, dicta
sapientium et enigmata, quae proprie dialecticorum et philo-
sophorum sunt. sed et Paulus apostolus Epimenidis poetae
abusus uersiculo est scribens ad Titum: *Cretenses semper
mendaces, malae bestiae, uentres pigri.* cuius heroici
hemistichium postea Callimachus usurpauit. nec mirum, si 3
apud Latinos metrum non seruet ad uerbum expressa translatio,
cum Homerus eadem lingua uersus in prosam uix cohaereat.
in alia quoque epistula Menandri ponit senarium: *corrum-
punt mores bonos confabulationes pessimae.* et
apud Athenienses in Martis curia disputans Aratum testem
uocat: *ipsius enim et genus sumus,* quod Graece dicitur:

2 *Volcatius scripsit commentarios in Ciceronis orationes, cf. Hieron. adu. Rufin. I 16* 5 cf. Prou. 1, 1—6 10 Tit. 1, 12 12 cf. Callimachus hymn. I 8 15 *I Cor. 15, 33 = Menandri fr. 218 Kock 18 Act. 17, 28 = Aratus Phaen. 5

2 eorum *L,Ba.c.m2* uolcatio *K* uulgatio *l* uulg(g *ex* c *m2*)atione *Φ* uulcatio *cet.* euolueris *K* uolueris *Φ* nescit *L* et *s. l. m2 K* 3 moyse *MΦl,mp.c.m2* moysen *B* moisen *L* ac] et in *ς* adsumpta de *om. K* de] a *B* 4 salamonem *K* solomonem *Φ* phil. Tyri] philophistari *Φ* tiri *mB* tirii *K* nonn. prop. *ς* 5 exord. prou.] exordiorum *K* 6 ut *ex* et *M* uersutias] uersutas *l,mBp.r.* 7 que] quoque *LB* 8 sapientum *ς* aenigm. *Φ* et] ac *K* 9 epiminaedis *K* 10 semper *s. l. m2B, om. L* 11 mala *Φ* uentris *Km,Ma.c.m2* eroici *L* hieroici *Φ* 12 emistichium *ΦlB* e(ę *L*)mistic(h *s. l. M*)ium *LM* emisticum *m* et misticum *K* callimacus *Φ* calimach(c *B*)us *Ma.c.m2lmB* chalimacus *L* 14 omeros *Ma.c.m2* omerus *lm* in prosam *om. l* prosa *L* eo hereat *Φ* 15 alio *Φ* manendri *Φ* ponet *LB* 16 pess.] malac(-e) *LΦB* 17 atenienses *B* athenenses *Φ* athinienses *K*; *add.* et *LB* cura *l* 18 inuocat *Bp.c.m2*

4 τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν et est clausula uersus heroici. ac ne
parum hoc esset, ductor Christiani exercitus et orator inuictus
pro Christo causam agens etiam inscriptionem fortuitam arae
retorquet in argumentum fidei. didicerat enim a uero Dauid
extorquere de manibus hostium gladium et Goliae superbissimi
5 caput proprio mucrone truncare. legerat in Deuteronomio domini
uoce praeceptum, mulieris captiuae radendum caput, super-
cilia, omnes pilos et ungues corporis amputandos et sic eam
habendam in coniugio. quid ergo mirum, si et ego sapientiam
saecularem propter eloquii uenustatem et membrorum pulchri-
tudinem de ancilla atque captiua Israhelitin facere cupio, si,
quidquid in ea mortuum est idolatriae, uoluptatis, erroris,
libidinum, uel praecido uel rado et mixtus purissimo corpori
6 uernaculos ex ea genero domino sabaoth? labor meus in fami-
liam Christi proficit, stuprum in alienam auget numerum
conseruorum. Osee accipit uxorem filiam Debelaim, id est

3 cf. Act. 17, 23 5 cf. I Reg. 17, 51 6 cf. Deut. 21, 10—13 16 cf. Os. 1, 2—4

1 τοῦ] TWI *B* γὰρ] TAP *Ll* TA *K* καὶ γένος *uarie corruptum in codd.* ἐσμέν] ETMEN *LB* ENMEN *m* EMEN *l* IMEN *M* est] es *Φ* eroici *L* hieroici (*pr.* i *exp.*) *K* hieronici *Φ* ac *ex* a *L* hac *Φ* 2 parum] per uim *l* est *Φ* doctor *KLB* 3 agent *Φ* etiam *ex* et *m2K* inscribcionem *ex* scribcionem *m2K* arae re(re *s. l. m2*)torquet *K* are torquet *L* retorquet *Φ* arte torquet *ς* 4 didicerit *Φ* uiro *KΦ,La.c.* 5 extorquere (ext *in ras. m2*) *B* destorquere *L* goliae (li *in ras. m2*) *M* goliath *KΦ* superbissimum *L,la.r.* 6 capiat *L* propric *Φ* legerat enim *K* 7 mulieri *LB* 8 amputandas *L* 9 in *om. MΦlm* coniugium *Ma.c.* 11 captiuam *Φ* hisrahelitin *Φa.c.* i(hi *Φ*)sraheliten *Mlm,Φp.c.* israhelitē *L* isrłitē *B* istrahelitem (*pr.* t *exp.*) *K* israelitidem *ς* cupio *KΦ*, *add.* et (*in ras. m2B*) *cet.* 12 eam *K,Ba.r.* ortum *l* ydolatriae *l* idolatria *L,Ba.c.m2* idololatriae *ς* uoluptates *L,Ba.c.m2* uoluptatibus *Φ* errores *L,Ba.c.m2* 14 sabaoht *LΦ* meus] merc:s *L* familia *Φlm,Ba.c.m2* 15 xp̄o *Ma.c.* àliena *ex* alina *Φ* 16 conseruo* (*s. l.* rum) *Φ* conseruulorum *l* oseae *LMlm* ose *B* accipit *KΦ* accepit *cet.* uxorem fornicariam gomer filiam *partim in mg., partim in ras. m2B* filiam *s. l. m2K* debellai *L* debalaim *l* debahalim *K* id est dulc. *om. ς*

dulcedinum, et nascitur ei de meretrice filius Iezrahel, qui uocatur 'semen dei'; Isaias nouacula acuta barbam et crura peccantium radit; Ezechiel in typo fornicantis Hierusalem tondet caesariem suam, ut, quidquid in ea absque sensu et uita est, auferatur.

3. Cyprianus, uir et eloquentia pollens et martyrio, Firmiano narrante mordetur, cur aduersus Demetrianum scribens testimoniis usus sit prophetarum et apostolorum, quae ille ficta et commenticia esse ducebat, et non potius philosophorum ac poetarum, quorum auctoritati ut ethnicus contra ire non poterat. scripserunt contra nos Celsus atque Porphyrius: priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius et Apollinaris fortissime responderunt. quorum Origenes octo scripsit libros, Methodius 2 usque ad decem milia procedit uersuum, Eusebius et Apollinaris uiginti quinque et triginta uolumina condiderunt. lege eos et inuenies nos conparatione eorum inperitissimos et post tanti temporis otium uix quasi per somnum, quod pueri didicimus, recordari. Iulianus Augustus septem libros in expeditione

2 cf. Esai. 7, 20 3 cf. Ezech. 5, 1 6 cf. Lactantius diuin. inst. V 4, 3—7

1 dulcedinū (ū *in ras. m2*) *B* dulcedine *ex* -nē *L* zesrahel *L* 2 domini *K* isayas *l* ysaias *L* esaias *KB* barbam (*in mg.*) et crura (*in ras.*) *m2B* barba *Φ* 3 radit] *add.* et *ς*, *add.* in *Φ* ezecihel *Φ* hiezechiel (-hel *m*) *Mlm* typo *Mp.c.m2lm* tipo *cet.* iherusalem *lB* tondet *K,Mp.c.* totondit *B* tondit *cet.* 4 caesariam *K* ut] et *L* 5 auferat *Φ* 6 *pr.* et] etate (*add.* et *s. l. m2*) *B, om. MΦlm* martirio *LB* misterio *K* 7 aduersum *K* 9 commenticiae (a *exp.*, *non* e!) *K* commentacia *L* commentatitia *Mlm* ducebat *KΦ* dicebat *cet.* 10 ac] hac *Φp.c.* et *l* auctoritate *Φ* ut *eras. m. om. l* contra ire] contraria *ς* 11 celsius *Mlm* porphir. *B* porfyr. *m* porfir. *KLMl* priore *Φa.c.* prior *L* 12 origenis *KMΦlm* metodius *KLB; add.* usque ad decem milia procedit uersuum (*exp.*) *Φ* eusebius *exp. Φ* appollin. *K* apollon. *Ma.c.* appollon. *Φ* 13 origenis *KMΦ* origines *L* metodius *KLB* 14 et *om. LB* apollonaris *Φ* 15 et *eras. Φ* 16 comparationes *B* 17 uix] rex *Ka.c.m2* somnum *KL* somnium *cet.* 18 septem] semper *Φ* expedicionē *Φ*

Parthica aduersum Christum euomuit et iuxta fabulas poetarum suo se ense lacerauit. si contra hunc scribere temptauero, puto, interdices mihi, ne rabidum canem philosophorum et historicorum doctrinis, id est Herculis claua, repercutiam? quamquam Nazareum nostrum et — ut ipse solebat dicere — Galileum statim in proelio senserit et mercedem linguae 3 putidissimae conto ilia perfossus acceperit. Iosephus antiquitatem adprobans Iudaici populi duos libros scribit contra Apionem, Alexandrinum grammaticum, et tanta saecularium profert testimonia, ut mihi miraculum subeat, quomodo uir Hebraeus et ab infantia sacris litteris eruditus cunctam Graecorum bibliothecam euoluerit. quid loquar de Philone, quem uel alterum [uel secundum] uel Iudaeum Platonem critici pronuntiant?

4. Curram per singulos: Quadratus, apostolorum discipulus et Atheniensis ecclesiae pontifex, nonne Adriano principi Eleusinae sacra inuisenti librum pro nostra religione tradidit et tantae admirationi omnium fuit, ut persecutionem grauis-

1 partica *KLB* particam *Φ* aduersus *LB* euomuit] *add. s. l. m2* pessime (*eras.*) *K* et—lacer. *om. Mlm* 3 interdicis *KMΦ,ma.c.* rapidum *KM* et *om. LB* 4 histoic. *Φ* histerich. *l* sthoric. *K* stoicer *L* stoicorum *B* (oicorum *in ras. m2*) *ς* est *om. l* erculis *LB* clauam *Φ* claue *Ma.c.* percutiam *ς* 5 nazoreum *Ba.c.* nazarenum *Mp.c.* solebat (ba *in ras. m2* t *s. l. m2*) *Φ* soleat *l* 6 galilaeum *m* gallilaeum *K* galileam *Φ* praelio *ΦlmB* 7 puditissimae *K* putridissime (r *exp.*) *B* conto ilia] contumelia *LMlmB* conto milia (m *eras.*) *K* percussus *Φ* iosephus (osephus *in ras. m2*) *B* iosepus *Φ* iosippus *L* antiquitatum *Kp.c.m2* 8 scribit *KΦ* scripsit *cet.* apion. *KB* appion. *cet.* 10 testimonium *Φ* hebraeos *KMa.c.* 11 eruditū *Φ* iunctam *L* 12 bibliotecam *M,ma.c.* blibiotecam *B* reuoluerit *LB* phylone *l* filone *Mm* 13 alterum] tercium *K* uel secundum *seclusi praeeunte Vallarsio* uel iudaeum *eras. m* *alt.* uel *om. LB* iudaeo *Φ* critici *Φ* heretici *L,Ba.c.m2* cretici *cet.* 15 disc. apost. *K* 16 et *om. K* atheniensi *L* attreniensis (r *exp.*) *B* pont. eccl. *ς* adriano *ex* hariano *Φ* arriano *K* 17 eleusine *Φm* eleusina *LB* 18 tantae] ante *L* omnium (um *in ras. m2*) *B* omnibus *L* ut] et *L* durissimam *LB*

simam illius excellens sedaret ingenium? Aristides philosophus, uir eloquentissimus, eidem principi Apologeticum pro Christianis obtulit contextum philosophorum sententiis; quem imitatus postea Iustinus, et ipse philosophus, Antonino Pio et filiis eius senatuique librum contra gentes tradidit defendens ignominiam crucis et resurrectionem Christi tota praedicans liber-
tate. quid loquar de Melitone, Sardensi episcopo, quid de 2
Apollinari, Hierapolitanae ecclesiae sacerdote, Dionysioque, Corinthiorum episcopo, et Tatiano et Bardesane et Irenaeo, Photini martyris successore, qui origines hereseon singularum, ex quibus philosophorum fontibus emanarint, multis uoluminibus explicarunt? Pantaenus, Stoicae sectae philosophus, ob praecipuae eruditionis gloriam a Demetrio, Alexandriae episcopo, missus est Indiam, ut Christum apud Bragmanas et illius
gentis philosophos praedicaret. Clemens, Alexandrinae ecclesiae 3
presbyter, uir meo iudicio omnium eruditissimus, octo scripsit Stromatum libros et totidem Ὑποτυπώσεων et alium contra gentes, Paedagogi quoque tria uolumina. quid in illis indoctum, immo quid non de media philosophia est? hunc imitatus Ori-

1 excedens *l* aristhides *L* arithidis *Φ* aristiades *B* 2 apolegiticum *Mm* 4 antonio *Ba.c.m2* 5 gentiles *ς* 6 totam *Φ* libertatem *Φ* 7 *pr.* quod *Φ* militone *MΦlm* sardiensi *Ma.r.* *alt.* quod *Φ* *add.* loquar (*exp.*) *M* 8 appollinare *Mlm* ap(pp *Φ*)ollonari *Φ,Ba.c.m2* apollinario *ς* hieropo(o *s. l.* *Φ*)litane *LΦ* iheropolitane *B* dionisique *Ma.c.* dinisioque *Ba.c.* honisioquẹ *L* dionisioque *cet.* 9 corint. *B* chorinth. *Ka.c.* bardesanae *KB* bardessane *L* bardasane *Mm* barnasane *l* yreneo *l* hire(e *ex* i *Φ*)neo *LΦ* hirineo *Mm* hyreneo *B* hierineo *K* 10 fotini *lB* potini *KL* origenes *B* origenis *KΦlm* orienis *M* heresion *MΦ* heresē *L* ereseon *B* sing. et *ς* 11 emanarent *KL,Φp.c.* 12 pantaen. *Mm* panthen. *L* phanten. *Kp.c.* panten. *cet.* sthoicae *K* 13 alexandrine *L* alexandrino *B* 14 est] *add.* in *s. l.* *KΦ* Bragmanas *scripsi coll. p. 444, 10* bragmanos *B* bracmanas *L* brachmanas *Φ* bracamanas *K* brachamanas *Mlm* 16 uir *om.* *Mlm* eruditissimum *Φ* 17 strommatum *m* strum(m *ex* mm)atum *M* 17 ὑποτυπώσεων *plus minusue corruptum in codd.* contra gentes] congregantes *L* 18 quod *Φ* 19 quod *LΦ* de media] demidia *l* dimidia *ex* dimedia *m2M* de *om.* *LB* est *om.* *Φ* imitatus est *K* imitatur *Φ* origenis *KΦ*

genes decem scripsit Stromateas Christianorum et philosophorum inter se sententias conparans et omnia nostrae religionis dogmata de Platonē et Aristotele, Numenio Cornutoque confirmans. scripsit et Miltiades contra gentes uolumen egregium Hippolytusque et Apollonius, Romanae urbis senator, propria opus-
4 cula condiderunt. extant et Iulii Africani libri, qui temporum scripsit historias, et Theodori, qui postea Gregorius appellatus est, uiri apostolicorum signorum atque uirtutum, et Dionysii, Alexandrini episcopi, Anatolii quoque, Laodicenae ecclesiae sacerdotis, nec non presbyterorum Pamphili, Pierii, Luciani, Malchionis, Eusebii, Caesariensis episcopi, et Eustathii Antiocheni et Athanasii Alexandrini, Eusebii quoque Emiseni et Triphyllii Cyprii et Asterii Scythopolitae ac Sarapionis confessoris, Titi quoque, Bostrensis episcopi, Cappadocumque Basilii, Gregorii, Amphilochii: qui omnes in tantum philosophorum doctrinis

1 stromatheas *KL,B* (*alt.* a *eras.*) strommateas *Mm* 2 nostra *LM* 3 aristotile *M,Bp.c.m2* aristole *Ka.c.m2* numenio *ex* humenio *K* numinio *Φ* numedio *B* nymenio *Mm* nemenio *l* 4 melediades *K* militiades *cet.* hippolitus *KLΦ* (h)ypolitus *lB* yppolitus *Mm* 5 que] quoque *Ba.r.ς* qui *L* appollonius *ΦlmB* senatur *L* senatores *Kp.c.m2Bp.c.Φ* cond. op. *B* 6 iuli *K,Ba.c.* affricani *ΦB* affricā *L* temp.—qui *om. L* 7 hystorias *m* historiam *K* ystoriam *B* storiam *Φ* teodori *ex* eodori *K* theodorii *Φ* 8 dionisii *LΦlm* dionisi *K* (us *add. m2*) *MB* 9 anatoli *Ba.c.m2* anatholii *Mm* anatholi *KL* anotholii *l* laodicinae *Φ* laodocenę *l* laudicene *LB* 10 non] *add.* quoque (*del.*) *B* p̃sbitrū *Φ* pamphili (pam *in ras. m2*) *B* pamfili *K* panfili *L* pamphilii *Φ* pampili *Mm* pieri *K,Ba.c.* pyeri *L* 11 malchidonis *Kp.c.m2* malcyonis *L* eusebi *Ka.c.m2* cessariensis (*pr.* s *exp.*) *l* eustathii—Alex.] drynii *L* eustatii (-ti *M*) *Mm* eustha(*add.* th *s. l.*)ii *K* eustasii *l* eustachii *B* anthiocini et athanasi *in mg. K* antioceni *B* antiochenae *l* anthiocene *Φ* 12 athanasi *KΦ* atanasii *B* quoque] que *Ka.c.m2L* emisini *Φ* emesini *K* miseni *l* triphilli *l* trifilli *LMm* triphili *B* trifilii *Φ* trephyli *ex* trephli *m2K* 13 cyprii *ex* cypri *m2K* ciprii *MmB*, *om. Φ* asterici *B* scytopolite *B* scitopolitae (-te) *LMlm* schytopholitae (*alt.* h *eras.*) *Φ* schitopolitae *K* ac] et *ς* sarapyonis *L* saraponis *la.c.* serapionis *B* tyti *l* 14 botrensis *l* capadocumque *B* cappodocumque *M* capp. quo *Φ* 15 amphilocii *Kl* an philoeis *L*

atque sententiis suos referserunt libros, ut nescias, quid in
illis primum admirari debeas, eruditionem saeculi an scientiam
scripturarum.

5. Ueniam ad Latinos. quid Tertulliano eruditius, quid
acutius? Apologeticus eius et contra gentes libri cunctam
saeculi continent disciplinam. Minucius Felix, causidicus Ro-
mani fori, in libro, cui titulus 'Octauius' est, et in altero
contra mathematicos — si tamen inscriptio non mentitur auc-
torem — quid gentilium litterarum dimisit intactum? septem 2
libros aduersus gentes Arnobius edidit totidemque discipulus
eius Lactantius, qui de ira quoque et de opificio dei duo
uolumina condidit; quos si legere uolueris, dialogorum Cice-
ronis ἐπιτομήν repperies. Uictorino martyri in libris suis, licet
desit eruditio, tamen non deest eruditionis uoluntas. Cyprianus,
quod idola dii non sint, qua breuitate, qua historiarum omnium
scientia, quo uerborum et sensuum splendore perstrinxit!
Hilarius, meorum temporum confessor et episcopus, duodecim 3
Quintiliani libros et stilo imitatus est et numero breuique
libello, quem scripsit contra Dioscorum medicum, quid in
litteris possit, ostendit. Iuuencus presbyter sub Constantino

1 ref(ff *l*)erunt *Llm,Ma.c.m2* resarciunt ς   nescis quod *Φ*   2 an *s. l. m2L*   4 *pr.* quod *Φ*   tertuliano *Φm*   eruditus *L*   5 accutius *M* apolegiticus *Mm* apollogeticus *Φ* apologetico *LB*   cuncta *Φ*   6 continentes *L* obtinent ς   minutius *MΦlm* mincius *La.c.*   causedicus *KΦl*   romanus *Φ*   7 octauius *Φ* octauus *cet.*   8 mathemathicos *K* matematicos *B*   9 litterum *la.c.* scripturarum ς   et (*s. l. m2*) septem *K*   10 aduersum *KΦ*   11 qui *ex* quo *Φ*   *alt.* de *om. B*   opifitio *l,B* (pi *in ras. m2*) officio *Φ*   12 quod *L*   dialegorum *L* dialogo *K* dialogum *Mm* dyalogum *l*   ciceronis *K,La.c.m2l* ciceronis eis *Lp.c.m2* ciceronis in eis *cet.*   13 repp(p *L*)eries ETIITOMHN (EVTѠMHN *B*) *LB*   ἐπιτομήν ***plus minusue corruptum in codd.***   reperies *Ll*   uictorino (u *in ras. m2*) *B*   martiri *LlB* marthiri *K* 14 ciprianus *B*   15 dii *s. l. m2K*   sunt *l*   quam breue *L*   *alt.* quā *L* 16 quo] quoque *Mlm* quorum ς   splendorem *L,Ma.r.*   pertrinxit *L* pertrincxit *K* praestrinxit *B*   17 hylarius *m* ylarius *l*   temp. mea(o *s. l.*)rum conf. *Φ* meorum conf. temp. ς   duodecem *KΦ*   18 cütiliani *L*   est *om. l*   19 contra *om. L*   quod *Φ*   20 posset *Φ,MBp.c.m2* ostendi *B*

historiam domini saluatoris uersibus explicauit nec pertimuit euangelii maiestatem sub metri leges mittere. de ceteris uel mortuis uel uiuentibus taceo, quorum ex scriptis suis et uires manifestae sunt et uoluntas.

6. Nec statim praua opinione fallaris, contra gentes hoc esse licitum, in aliis disputationibus dissimulandum, quia omnes paene omnium libri exceptis his, qui cum Epicuro litteras non
2 didicerunt, eruditionis doctrinaeque plenissimi sunt. quamquam ego illud magis rear, quod dictanti uenit in mentem, non te ignorare, quod semper doctis uiris usurpatum est, sed per te mihi proponi ab alio quaestionem, qui forsitan propter amorem Historiarum Sallustii Calpurnius cognomento Lanarius sit. cui quaeso ut suadeas, ne uescentium dentibus edentulus inuideat et oculos caprearum talpa contemnat. diues, ut cernis, ad disputandum materia, sed iam epistolari angustia finienda est.

12 cf. Sallust. hist. fragm. I 95 Maurenbr. et Hieron. apol. c. Ruf. I 30 (XXIII 441 M) et epist. CII 3

2 legis *K* legem *L* 3 ex *KΦ,Ls.l.m2* in *ς, om. cet.* suas *Φa.c.* 4 manifestes *L* manifestatae *K* 5 opinatione *l* falleris *LMlm* esse] est *L* 6 simulandum *L* quia] qui *Φ* 7 epicurio *Ma.r.* littere *Φ* 8 plenissimae (-me *m*) *LM,ma.c.m2* 9 illum *Mm* quod rear *Φ* reer *Ka.c.m2* reor *LB* mente *l* 10 semper doctis *L,Ba.c.* doctis semper *Φ* semper a doctis *cet.* 11 forte *ς* 12 sallusti *Ka.c.m2L* salustii *MlmB* capurnius *Ma.c.* calpurnus *K* calpornius *L* calphurnius *l* 13 cui] qui *L* aedenti ullus *L* 14 oculus *KLΦ* 15 epistolaris *Mlm* epistulariae *L* 16 est] *add.* explicit ad magnum oratorem *K* explicit epis hier ad magnum oratorem urbis romae *M*